




ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

De Codice Hamburgensi Wilhelmi Procuratoris Chronicon referente, ex quo Vita Westphalina fuit, fuse egit Cl. Lappenberg in Pertz Archiv für ält. Geschichtsk. T. 6. p. 662. sq. — Dolet et ipse Lappenbergius dolet, se Kluvii perspectione *non uti potuisse*

HISTORIA CRITICA
COMITATVS
HOLLANDIAE ET ZEELANDIAE

AB ANTIQVISSIMIS INDE DEDVCTA
TEMPORIBVS.

TOM. I. PARS I.

SISTENS

CHRONICON HOLLANDIAE

VETVSTISSIMVM
ANONYMI
MONACHI EGMONDANI
AB ANNO IↃCXLVII. AD ANNVM CIↃCCV.

NOTIS VV. DD. MATTHAEI DOVZAE ALIORVMQVE
NEC NON PERPETVO EDITORIS COMMENTARIO ILLVSTRATVM

AVCTORE
ADRIANO KLVIT
IN ILLVSTRI MEDIOBVRGENSIVM ATHENAEO
ELOQVENTIAE ET LINGVAE GRAECAE PROFESSORE
SCHOLARVM RECTORE
VARIISQVE SOCIETATIBVS LITERARIIS ADSCRIPTO



MEDIOBVRGI
APVD PETRVM GILLISSEN ET ISAAC DE WINTER
ANNO CIƆIƆCCLXXVII.
1777

NOBILISSIMIS

AMPLISSIMIS

VRBIS

MEDIOBVRGENSIS

PROCERIBVS

VESTRO DEVOTVS

NOMINI

ADRIANVS KLVITIVS

S.

Haud diu deliberandum mihi fuit, cui meum hunc qualemcumque laborem, qui viam maiori sternat operi, gratae cum mentis testificatione devoveam conse-

cremque. Cui enim potissimum hoc fieri par est, quam Vobis, PATRES! quibus, quod in praesenti rerum statu sum, debeo; quibus, ut uno cuncta verbo, sinceritatis pleno, complectar, omnes in me collatos honores debeo. Vos me, munifici PATRES! ante octo hos annos vestram in urbem, Zeelandiae principem, evocastis, ut Scholarum vestrarum moderamini adessem. Vos meam in erudiendis atque expoliendis iuventutis animis curam vobis haud ingratam esse, verbis ac rebus non semel declaravistis. Vos, quo me artiori quodam vinculo Vobis Scholisque vestris devinciretis, in Illustri vestro Lyceo professionem Eloquentiae et Linguae Graecae sponte mihi et ultro obtulistis. Et, qui cumulus Vestrae bonitati accessit, Vos meum in perscrutandis Patriae nostrae monumentis ardorem fovere, stimulare, promovere haud dedignati estis. Nota profecto vestra in elegantium literarum studia insignia sunt merita, et prolixa iuvandi benevolentia. Nota imprimis vestra in patriae Historiae amantes est cura. Hanc expertus

an-

ante XXXVII. hos annos est FRANCISCVS MIERISIVS, ſtrenuus ille *Codicis Diplomatici Comitum Hollandiae atque Zeelandiae* Auctor ac Digestor, cui non ſolum vestra aperuistis Archiva, ſucci plena, ſed, quod miraculi fere inſtar haberi par est, ipſa Inſtrumenta vestra Originalia, Privilegia, Choras, Chartasque omnes autographas itineris navalis periculo obiicere, quam in bonum publicum quidquam redundaturi denegare, maluistis. Hanc praeter MIERISIVM expertus haud ita pridem est vir Rev. ADR. GRAVEZANDIVS, quum, Vestrae urbis ab Hispanae militiae tyrannide liberatae altera ſecularia celebraturus, res tunc temporis gestas limata dictione quam accuratisſime recenſuit. Hanc expertus et ego ſum, quum honorifico Vestri Senatus Decreto, eadem qua MIERISIVM, GRAVEZANDIVMque proſecuti estis benignitate, interiora vestra Chartophylacia perſcrutandi, indeque ea, quae ad opus promovendum meum conducerent, deſcribendi copiam ac facultatem haud denegastis. En! quae me moveant rationes, ut tamquam animi grati tesſeram hanc meam opellam

vestro nomini inscribam. Ad ipsum opus si spectatis: CHRONICON complectitur omnium, quae nostris de rebus cognita sunt, antiquissimum, ex celeberrimae vetustissimaeque his in terris Egmondensis Abbatiae ruinis et flammis feliciter ereptum; quod res gestas enarrat, primordiaque recenset Comitatus Hollandiae iuxta atque Zeelandiae, unde insecuti Scriptores sua ubertim arva rigarunt, eaque hauserunt de nostri Comitatus primordiis, quae, si absque hoc fuisset, obscura in nocte semper latuissent; CHRONICON hactenus male sedula WILHELMI cuiusdam Egmondani Procuratoris manu misere interpolatum, nunc vero pristinae suae integritati restitutum, et uberrimo ni fallor Commentario illustratum; cui comites daturus sum non modo plures, quae ob diffusiorem rerum tractandarum copiam ipso in Commentario inseri non poterant, Commentationes sive EXCVRSVS; sed imprimis etiam CODICEM DIPLOMATICVM CHARTARVM maximam partem ineditarum, vel ex Originalibus depromtarum, vel accuratius exhibitarum; qui et permultum vestro debet

bet favori. Ex quo enim ille Vestra ad documenta mihi patuit aditus, praeter alia multa haud poenitenda incideram in Indicem Diplomatum, quae in Archivis Regiis Insulensibus Autographa asservari dicebantur, quae etsi nostris in terris penitus incognita, tamen ad interiorem iuris Zeelandici olim inter Hollandos Flandrosque controversi apprime faciebant: quae omnia, vestro mihi indice viam monstrante, haud satis laudanda Viri humanissimi GODEFROY, Archivarii Insulensis, benevolentia, ex Originalibus inde comparare mihi contigit; ingenti profecto Operis mei emolumento!

Hanc igitur operam VESTRO favore ac benivolentia tantopere adiutam, VESTRO nomini iure meritoque nuncupo, et in exiguum grati animi testimonium colloco; quam ut benigna excipiatis fronte, enixe precor.

Interim DEVM O. M. Batavici nominis Statorem, felicisque nostrae Reipublicae conservatorem, supplex rogo

quae-

quaesoque, ut vestra, PROCERES! consilia, facta dictaque, rite secundet; vestra conamina in *Ecclesiae*, *Patriae*, *Gymnasii* et *Scholae*, in publicam, privatamque utilitatem, rata esse iubeat; VOS, Vestrosque coniuges atque liberos coelesti et aeternum duraturo favore perfundat.

DABAM MEDIOBVRGI IN ZEELANDIA, IPSIS NONIS MAIIS A. CIↃIↃCCLXXVII.

AD

LECTOREM

Venit tandem ad te ea *Historiae Criticae Comitatus Hollandiae et Zeelandiae* pars, quae *Chronicon* complectitur *Comitum Hollandiae, omnium quotquot sunt antiquissimum*; ut tamquam basis sit et fundamentum integri, quod molior, Operis, quodque ut diu quidem exspectatum, ita hactenus omnino fuit intentatum. Multi scripsere multa, et laboris haud poenitendi. Praeclara imprimis hoc seculo, ut anteriora mittam, sunt WAGENARII, praeclara MIERISII opera; quorum hic stupendo iuxta atque utili labore undecumque congessit, quidquid ubique monumentorum ad enucleandam explicandamque Comitum, qui his olim terris praefuerunt, historiam fuit obvium, et, quascumque Chartas, Choras, Libertates, Privilegia, Nobilibus, Vrbibus, publicis, privatis, concessa, reperire contigit, cum erudito orbe communicavit, sive, ut eius verbis utar, *Codicem* dedit *Diplomaticum Comitum Hollandiae Zeelandiae et Dominorum Frisiae, inde a primis et antiquissimis harum regionum Diplomatibus usque ad mortem Iacobae*

Ducissae Bavariae, i. e. ad a. 1436. deductum *a*), et ingentem hinc bene utentibus thesaurum, an fontem dicam, rei patriae amantibus aperuit, ex quo qui hauriat, genuinam historiam hausturus, nec nebulam pro Iunone in posterum amplexurus est: alter vero perpetuo elegantique Commentario Comitum res gestas, quid? Comitum, immo universam Patriae Historiam ab eius incunabulis ad nostra usque tempora pertexuit, i. e. *Res gestas Belgii hodie federati, praecipue vero Hollandiae, inde ab adventu Batavorum ad annum huius seculi* 1751. conscripsit, XXI. Voluminibus *b*), quorum Tom. II — VII. res sub Comitibus gestas recenset, et ita scripsit, ut omnium doctorum suffragium, et immortale inde nomen abstulerit. Verum longe diversa mei laboris est ratio. Collegit MIERISIVS Comitum Chartas, in subditos erogatas; scripsit WAGENARIVS res sub Comitibus gestas, sive ut ipsius verbis *pag.* VI. *Praefat.* utar, *imprimis tractavit Historiam magis populi quam Comitum* (*c*). Ego vero Comitum res et fata illustrare; horum Primordia, Progressus, Iura, Dominia; civiles Hollandiae Origines recensere; qui nexus Imperii; quae Feuda, quae Alodia; quae in Subditos, in Nobiles, in Vrbes in-

(*a*) Quum exteris minus notum sit hoc opus, adscribam titulum, prout vernacule habetur: *Groot Charterboek der Graaven van Holland, van Zeeland, en Heeren van Vriesland, beginnende met de eerste en oudste Brieven van die landstreeken, en eindigende met den dood van onze Graavinne, Vrouwe Jacoba van Beijere — door* FRANS VAN MIERIS, *Te Leyden bij* PIETER VAN DER EYK. M. D. CC. LVI. IV. Vol. fol.

(*b*) Operis titulus vernacule sic habet: *Vaderlandsche Historie vervattende de Geschiedenissen der nu vereenigde Nederlanden, inzonderheid die van Holland, van de vroegste tyden af: uit de geloofwaardigste Schryvers en egte Gedenkstukken samengesteld, met Konstplaaten en Kaarten opgehelderd.* Te Amsterd. bij de Wed. Is. Tirion, 8: 21. Deelen.

(*c*) Cf. *Het leeven van* J. WAGENAAR, Epist. IV. p. 12.

iura; quae Origo Vrbium, Iudicum, urbanorum Magistratuum, quaeque huc referri plura poterunt, explicare mihi proposui. Quae quo clarius oculis exhibeantur, ante omnia id agendum mihi duco, ut antiquissimorum Comitum historiam, e maxime genuino fonte, ex Abbatiae Egmondanae Archivis depromtam, praemittam, et CHRONICON aequalis aevi scriptoris, ante 600. fere annos conscriptum, exhibeam.

De quo priusquam speciatim et accuratius loquor, integrum Operis conspectum ante oculos ponere libet.

Ipsum, quod exhibeo, CHRONICON, *priorem Tomi primi Partem* absolvit; cuius altera Pars constabit aliquot *Excursibus* sive amplioribus commentariis rerum, quae in hoc Chronico illustrandae occurrebant, nimis tamen prolixiores, quam ut intra *notarum* cancellos compingi possent. Huius generis sunt:

EXCVRSVS I. ad a. 728. p. 9.

Num S. Wulfrannus Episcopus Senonensis Radbodum Frisiae Regem a. 719. aquis februis lustrare potuerit? qua occasione IONAE *Fontanellensi*, Vitae S. Wulfranni scriptori, lux affunditur, isque ab Interpolationibus vindicatur.

II. ad a. 863. p. 16.

De vera origine vocum *Theoderici*, *Feodi*, *Alodii*, *Leodii*, *Leodes*, *Neomagi*, et similium.

III. ad a. 1018. p. 44. 46.

De prima *Zuidhollandiae*, olim sub *Merewedae* et *Flardingae* nomine cognitae, occupatione a Comitibus, *Hollandiae* postea dictis. Cum Probb.

IV. ad a. 1057. p. 48.

Vindiciae Chronici Hollandiae contra Vir. Ill. HUYDEC. super *Walacriae* infeodatione ab Imperatore Henrico.

V. ad a. 1063. p. 50. 54. 69.

De fatis et rebus gestis *Roberti Fresonis* Comitis Holland., dein Flandriae, praesertim in Hollandia.

VI. ad a. 1063. p. 53. 65.

De *Hollandiae* et *Fresiae* distinctione sub *Roberto Fresone*, ac deinceps.

VII. ad a. 1168. p. 118. 158. 162.

Zeelandia Occidentalis quomodo inter Flandriae et Hollandiae Comites iuris olim controversi dicta sit.

VIII.

VIII. ad a. 1198. p. 111. 162.

De conditione Comitatus *Oostergoae* et *Westergoae* sub Wilhelmo I. fratre Theoderici VII. Com. Hollandiae.

IX. ad a. 1200. p. 173.

Vindiciae Chartae Brabantinae, de Feudo *Zuidhollandiae* a. 1200.

X. ad a. 1203. p. 176. sq.

De iure devolutionis Comitatus *Hollandiae* post mortem *Theoderici* VII. Com., relictis filia ADA et fratre WILHELMO Comite Fresiae Orient.

XI. ad a. 1203. p. 180. 188.

Genuina *Adae* Comitissae *de Los*, et coniugis *Ludovici* Lossensis, post illorum fugam, historia, ex authenticis documentis et coaevis scriptoribus illustrata, vindicata.

Quandoquidem autem haec omnia ex Chartis aliisque authenticis instrumentis adstruuntur, probanturque; idcirco *Tomus* II. complectetur *Codicem Diplomaticum* omnium Chartarum et Documentorum, quae ad illustrationem praecedentis *Chronici* et *Excursuum* maxime spectant, inde ab anno 839. usque ad a. 1323. numero amplius *trecenta*; magna cura, multis impensis, un-

dique collecta, plurima vel inedita et penitus incognita, vel ex Originalibus descripta, adiectis multorum *Sigillis* ac veteris scripturae specimine in aes incisis, et adspersis ubique notis et explicationibus, ubi necessitas postulat. Nimirum postquam a. 1774. Operis, quod tentabam, *Conspectum* publice prodire iussi, tantam, imprimis in exteris terris, expertus sum virorum honoribus muneribusque iuxta ac natalibus perinsignium humanitatem, ut ingentem hinc colligere Chartarum MIERISIO nostratibusque penitus incognitarum thesaurum mihi contigerit; cuius particula ad rem factura nunc prodit in lucem. Horum Maecenatum, cum grati animi testificatione, ad singulas honorifica fiet mentio. Nunc tantummodo Archiva locaque, unde plurimum derivavi, excitare liceat. Sunt autem in HOLLANDIA Hagae Comitum, ex Archivis Rijnsburg. In ZEELANDIA Medioburgi, ex Archivis cum *Vrbis*, tum *Camerae Rationum Provincialis*. In BRABANTIA Bruxellis ex *Camera Rationum* et *Registris Brab.* Mechliniae ex *Suprema Curia* et e *Palatio Rev. Archiepiscopi.* In NAMVRCO ex *Supremo Consilio.* In FRANCIA ex *Archivis Regiis Insulensibus*, unde maior Originalium Chartarum, quas exhibebo, copia hausta est. Vt nunc mittam Abbatias *S. Petri*, *S. Bavonis*, *Baudeloënsem*, *Affligemensem*, *S. Michaëlis*, *Ecclesiam S. Donatiani*, quae *Gandavi*, *Brugis*, *Antverpiae*, alibique sunt. In his autem Chartis multae sunt singulares. Duas tresve hîc depromere ne pigeat. Sic ex. gr.

Descripsi ex *Originali* in *Abbatia S. Bavonis*, Chartam, qua Otto II. Imperator d. 18. Ian. 976, confirmat Abbatiae bona *in Bevelandia*, *Walacria*, *Borsela*, alibique sita, subscribente EGBERTO *Theoderici* II. Comitis Holland. filio, Archiepiscopo Trevirensi.

De-

Descripsi ex *Originali* cum Sigillis et literarum specimine in aes incisis, in *Ecclesia Cathedrali Episc. Brugis*, Chartam, quam vocant, *Cyrographatam*, qua *Florentius* Comes Holl. a. 1167 cum *Philippo Flandriae Comite* pacem init super *Feudo Zeelandiae* inter Scaldin et Heedensee.

In eadem Ecclesia ex *Originali* itidem cum scripturae specimine et Sigillis descripsi pactum Pacis d. 14. Oct. 1206. inter *Ludovicum Comitem de Los et de Hollandia*, et *Wilhelmum Comitem Frisiae*, super divisione terrarum Hollandiae et Zeelandiae initae *d*).

Haec de duobus Tomis prioribus, qui *Chronicon* complexi tamquam insequentis Operis fundamentum considerari debent; quo innixus *Criticam Comitum Historiam* sequi iubebo, aliquot *Dissertationibus*, sive separatis *Commentationibus*, plus minus pro argumenti natura prolixis, absolvendam, et duobus tribusve Tomis complectendam. Quarum haec est series:

I.

Dissertatio Chronologico-Diplomatica, qua omni in posterum dubio eximetur, duas illas Donationum Chartas, quas hactenus plerique Nostratium, immo et exteri (*e*), CAROLO CALVO a. 863. et

d) Hac de Charta, uti et de proxime antecedente a. 1167. quot dubia et rixae haud ita pridem fuerint exorta, nunc mitto dicere. Vid. not. meas ad CHRONICON p. 213. et 118.

e) J. G. HEINECC. in *Opusc. Post.* p. 893. in *Cod. Diplom. Ludovici Germanici* posteriorem hanc Chartam adhuc ad a. 868. collocavit, de fraude quidem propter omissum *Imperatoris* titulum, nec tamen de

et LVDOVICO GERMAN. a. 868. attribuerunt; non alios agnoscere datores nec annos, quam CAROLVM SIMPLICEM a. 922. et LOTHARIVM, Reges Francorum, a. 969. Vnde laetior postmodum Historiae Comitum facies, et explanatior rerum series evadet.

II.

Dissertatio Critico-Genealogica, sistens Origines et Genealogiam Comitum Hollandiae, ex Domo *Widikindea*, *Billungana*, et *Gandavensi* repetendas.

III.

Dissertatio Critico-Historica, de Regno Frisiae, inde ab adventu Sancti Willibrordi a. 690. usque ad a. 734., quo quidem anno *Regnum Frisiae* sub Carolo Martello, Franciae Maioredomus, in potestatem Francorum devenit, et in Ducatus formam redactum est.

IV.

Dissertatio Historico-politica, de Francorum imperii administratione politica; ubi de Francorum Rege; populi conditione, et eius statu quadruplici, Praelatis, Comitibus, Dynastis, Ingenuis, ac Rusticis. Porro de Regis dominiis (*Domeinen*); de bonis

de alio Rege largitore sollicitus. Ad annum 834 retraxit iterum V. Ill. HVYDECOPER ad M. STOKE *Rijmchronijk*, T. I. p. 223—226.

nis Ecclesiarum, Nobilium et Ingenuorum. Inquiritur, quae sit natura Fidelium, seu vasallorum; quae ratio Beneficiorum sive feudorum, et origo Dominiorum (Gall. *des Seigneuries*). Quid sint Duces, Comites, Comitum Vicarii et Centenarii, Scabini, Missi Regii, Pagi. Denique Francorum Placita, Regum Palatia; Leges, Capitularia cett. strictim explicantur.

V.

Dissertatio Critico-historica de rebus in Frisia gestis ab a. 735. usque ad annum obitus Caroli M. 814., in qua de multiplici et iterata Frisiae inter Francos divisione; de rebus S. Bonifacii nostris in terris; de Radbodi Regis Frisiae posteris; de bellis Frisonum et Saxonum cum Carolo Magno gestis. Denique disquiritur, qua in re proprie constiterit illa *libertas*, quam sibi a Carolo M. donatam Frisii tantopere iactant.

VI.

Dissertatio Historico-politica, sistens origines Frisiorum politicas sub regibus Francis: in qua fusius ex chartis et coaevis monumentis probatur, omnia ea, quae Dissert. IV. de administratione Francorum politica disseruntur, etiam his in terris per haec tempora valuisse et locum obtinuisse: agiturque de statu Populi Frisiae in genere; in specie de Ecclesiasticis, Dynastis, et Comitibus, de Ingenuis et Servis, horumque differentia, ministeriis ac iuribus. Recensentur Frisiae Duces, et Comites; Bona Regum et Fisci in Frisia; bona Ecclesiarum, et

Dynastarum; eorumque crescens potentia. Porro iura et origo Comitum hereditariorum, imprimis Hollandiae, Teisterbantiae, Zutphaniae, Cliviae, Benthemiae, cett. summatim proposita.

VII.

Dissertatio Historico-iuridica, de forma Iurisprudentiae Frisiorum sub Regibus Francorum historice proposita.

VIII.

Dissertatio Critico-historica de rebus Frisicae gestis sub Regibus Francorum a Carolo M. usque ad captivitatem Caroli Simplicis Reg. Francor. ab a. 815. — 922., quo anno 922. Theodericus Comes sua dona ac bona a Rege Francorum accepit, quando Regnum Lothariense ditionis Germanicae esse coeperat.

IX.

Dissertatio Geographica, sistens Pagos medii aevi Frisicos ex chartis et coaevis monumentis maximam partem petitos et illustratos; ordine alphabetico propositos, in qua multis locis emendatur, explicatur, augetur ALTINGIUS.

X.

Dissertatio Historico-politica, sistens Origines Civiles Hollan-

landiae seu Frisico-Hollandiae sub Germanis Imperatoribus, variis partibus absoluta:

1. Habitus seu relatio Episcoporum Traiectensium et Comitum Hollandiae erga Imperatores Germaniae; una cum Catalogo Comitiorum Imperii, quibus Episcopi et Comites, tamquam Principes Imperii, interfuerunt, nempe in Imperatoris *electione*, *unctione* et *coronatione*, aliisque publicis Imperii deliberationibus. Adduntur Imperii Comitia in nostris regionibus *Traiecti* ac *Neomagi* ab Imperatoribus celebrata.

2. Quid armis Episcopi et Comites Imperio R. G. praestiterint.

3. Officia alia ab Episcopis et Comitibus extra Ordinem Rom. Germ. Imperio praestita, ubi docemur, inter nostros Comites fuisse Imperii *Vicarium*, immo et ipsum *Regem* Germaniae.

4. Hollandiae Comitum agendi ratio cum vicinis populis.

5. Ratio et relatio Comitum erga Ordinem Equestrem (Milites olim dictos) ac Terrae Nobiles; deque eorum statu immediato ac mediato, et iure, in Comitiis Imperii publicis.

6. Iura Comitum in proprios subditos: in quibus sequentia nova methodo discutiuntur:

a. Homagium a subditis Comiti praestandum seu potius inauguratio Comitum sollemnis; ac discrimen inter Homagium Nobilium et praestationem fidelitatis Vrbium.

b. Privilegia Comitum cum fundamentalia tum munifica, postero tempore urbibus privatisque concessa.

c. Status Rusticorum et Civium.

d. Origo Vrbium Belgicarum, earumque crescens potentia. Origo Magistratuum, iuris Municipalis ac Gildarum.

e. Origo Statuum ſive Ordinum Provincialium. 1. Nobilium. 2. Vrbium.

f. Regimen Politicum Comitatus et diviſio in Satrapias.

g. Administratio Iustitiae et erectio Curiarum.

X I.

Iurisprudentia Hollandica ac Zeelandica, ſub Germanis, Historice propoſita, ubi de introducto vel admiſſo iure Iustinianeo in Terras nostras.

X I I.

De eo, quod Comites nostri vel Alodii, vel Feudi Imperialis titulo poſſederunt: duabus partibus; quarum prior continet:

1. Alodia Comitum, quantum ſpectant cum ad bona avita, tum ad comparata per Regum aliorumque donationes; per arma; per hereditates, permutationes cett. ex chartis aliisque monumentis illustrata.

2. Quid Feudi iure veniat in Comitatu Hollandiae et Zeelandiae; ubi diſſeritur de Iurisdictione Comitum; de Regalibus; de crebra Comitatus apertura, indeque orta Hoekiorum et Cabeliaviorum tumultu; de Homagio Imperio R. Germ. praeſtando ac praeſtito, et id genus aliis.

X I I I.

De Origine, Diverſitate, et Natura Feudorum Belgicorum, impri-

primis Hollandicorum et Zeelandicorum; ex quibus Feudorum diversitas 4. Capp. absolvitur:

1. De Feudis ab Hollandiae Comitibus datis, in eoque de Curia feudali erecta.

2. De Feudis Comitibus raptis.

3. De Feudis Comitibus oblatis.

4. De Feudis Comitibus emto aut alio onere acquisitis.

Accedent Indices varii generis.

Haec generatim de integro Opere dicta sunto. Superest, ut de *Hollandiae Chronico*, et opera huic praestita, pauca dicam.

De illo verbis G. J. VOSS. (*f*) sic habeto:

„ Eodem [Philippo] imperante, praeclarum industriae suae „ monumentum reliquit Monachus Egmondanus, qui Chronicon „ Belgicum, et potissimum Hollandiae, condidit. Incipit ab anno „ Christi IↃCXLVII. Desinit in an. CIↃCCV. quo vixit, ut ex operis „ extremo satis liquet (*g*). Scriptor hic, ex Bibliotheca V. Cl. „ Andreae Schotti (*h*) prodiit Francofurti [a. 1620. fol.] in lucem, una cum Ioanne a Leidis Carmelita, et Reinero Snoio, „ Goudano. Sed a typographis pessime est habitus, magno rei „ historicae, et Batavicae imprimis damno. Vsque adeo multa in „ eo, vel praeterita sunt, vel corrupta, plane etiam perturbata „ temporum ratione. Quod partim ex antiquo Coenobii Egmondani

(*f*) De *Hist. Lat.* L. II. Cap. LV. p. m. 446.

(*g*) Immo etiam ex Contextu. Vid. not. p. 130. 20).

(*h*) Rectius haec teste SWEERTIO Dedic. *Ann. Belg.* fol. III. quam quod prodit MATTH. *de Nobil.* L. I. p. 127. *Primus edidit Andreas Schottus. Dein una cum aliis Franciscus Sweertius.*

„ dani Codice membranaceo; partim ex ingenio, deprehendit, et „ occasione prima publico testatum faciet, vir summus Petrus „ Scriverius. Qui et continuatorem eiusce Chronici hactenus ine„ ditum, longeque fusius cuncta prosequentem (quippe qui ultra „ Florentii V. tempora provehatur) comitem ei dabit ex codice „ paris vetustatis. Ei nomen Guilielmo Procuratori —— Quod „ autem ad Chronicon Egmondanum attinet, eius auctorem es„ se Monachum Egmondanum, non tam ex vulgatis elicias li„ bris, quam membranis eiusdem Scriverii. Nam vulgo quidem „ legitur ad an. CIↃCLXXVI. *Hoc ex eius relatione dictum ac certificatum sit, qui eius peregrinationi interfuit; et idem mortis periculum timuit. Postea moritur.* Vbi in Scriverii MS. est: *timuit, postea monachus noster* (*i*). „Aetatem autem clare cogno„ scas ex verbis istis extremo Chronico puta ad an. MCCV. *Ecce longam gestorum seriem qualicunque stylo exaravimus. Alia praeter haec si forte supervenient, quae ad praesens negotium spectant, alterius executioni committimus*".

Vides, quid in edendis *Chronico* et Chronici Continuatore *Wilhelmo Procuratore* molitus sit V. D. SCRIVERIVS, quamquam res successu caruit. Vtrumque postea in *Analect. Med. Aevi* praestitit Vir Cel. A. MATTHAEVS, sed ita praestitit, quo nomine iam reprehensus est ab Ill. HVYDECOPERO (*k*), ut ab hoc inde tempore obscurari, et sub *Wilhelmi Procur.* nomine delitescere coeperit anterius hoc et vetustius Chronicon, multis etiam WILHELMI *interpo-*

(*i*) Vid. Chron. *m*. p. 131.

(*k*) M. STOKE Tom. I. p. 462.

(*l*) Vid. *Oper.* Tom. II. p. 223. 226. 233. 260. 262. sqq. Cf. not. *m*. ad p. 134. *k*.

polationibus inquinatum. De ſingulis ſeparatim. Et primo quidem de *nomine* Chronicographi mei.

Poſtquam Vir Cl. MATTHAEVS hoc Chronicon Egmundanum ſub *Wilhelmi Procurat.* nomine edidit, non eo aestimatum est pretio, quo meruerat. WAGENARIVS *Pat. Histor.* hinc in fraudem inductus est, qui ſub hoc nomine ſaepius nostrum laudat (*l*). Antea crebro venit nomine PETRI MEERHOVT. Sic vocatur ab A. MATTHAEO (*m*), GER. VAN LOON (*n*), B. HVYDECOPER (*o*). Sed perperam. Natus est error ex Codice meo *MS.*, cuius in fronte, ut videtur manu *J. Douzae*, leguntur verba: OLIM *fuit P. Meerboutano*; quae *Petrum Meerbout* Codicis tantum *poſſeſſorem* agnoſcunt. Quod ut omni dubio eximam, adſcribere haud pigebit verba *Jani Douzae*, in Epistola ad *Lamb. Burchium* (*p*): „Literae interea Amſterodamo — O mihi nuncium beatum, lepidum, festivumque adeo ac voluptabilem. Quid vero boni? inquies. Nimium. Exemplaria Manuſcripta ſcilicet, totidem quot ego, ac tu ſumus. Quorum alterum, ſane vetus, a *Caroli Calvi* Donatione initio facto, domi militiaeque medio tempore res gestas, usque ad GVLIELMI VII. (*q*) principatum, commemoratione non indignas, ſtrictim et quaſi ſummatim complectitur: alterum, univerſa COENOBII EGMONDENSIS Dominia, Iura, Immunitates, Latifundiaque ac poſſeſſiones iam inde ab anti-

(*m*) Praefat. ad *Anal.* T. II. 4°. p. 414.

(*n*) *Aloud. Histor.* T. II. p. 139. 3).

(*o*) Tom. I. p. 507. ſq. imprimis p. 240. f. et 577. Add. p. 579. 603.

(*p*) Epistol. XLIII. a. 1582. inter GABBEMAE *Claror. Vir. Epist.* Centur. II. p. *m.* 322.

(*q*) Scribendum *Theoderici VII.* vel mutandum VII. in I. Nullus hoc titulo *Comes Gulielm. VII.* exſtat, ſed I.

„ tiquo usurpatas dissignat (*r*). Auctor boni tanti P. MEERHAV-
„ TANVS *Gymnasio Amsterodamensi Praefectus*, a quo alia item
„ nonnulla, proposito huic nostro non aliena, brevi me sane ha-
„ biturum confido". Vides, *P. Vekemannum Meerboutanum*, quo praenomine etiam venit, a. 1582. Gymnasii Amstelodam. praefectum (*s*), antea etiam Alcmariae (*t*), huius *Chronici* MS. duntaxat fuisse possessorem; quod iam suboluit acutissimo WAGENARIO (*u*). Hic autem MEERHOVT alia antiquissima Bibliothecae Egmundanae Exemplaria MSS. habuit (*v*), quae in destructione

(*r*) Videntur designari, quos A. MATTH. a. 1692. edidit, *Annales Regalium Abbatum Egmund.* auctore JOHANNE DE LEYDIS, vel ea, quae saepius *Egmundae Registra* laudat ille J. DE LEYDIS.

(*s*) Ab hoc *Petro Meerboutano Rectore Scholae Amsterdamensis* P. C. BOCKENBERG *Egmond. Gent. Histor.* Praefat. in f. ed. 1589. in opere suo maxime adiutum se refert.

(*t*) Vid. not. *v*.

(*u*) *Vad. Hist.* T. II. p. 327. not.

(*v*) Ex eadem Abbatia venisse Codicem WILLERAMI *Abbatis paraphrasi Franco-Teutonic. in Canticum Canticorum*, docet *Catalogus Biblioth. Leidens.* p. 330. b. No. 130. in MSS. ubi sic: *Willerami Ebersperg. Abbat. expositio in Canticis Canticorum. Item expositio Angelomi in eisdem. Hic Liber donatus Monasterio Egmondensi ab Dompno Stephano Abbate eiusdem loci quinto.* [Fuit Stephanus Abbas a. 1057 — 1205.] *In fine carmen de Symoniaca heresi. Membrana satis antiqua.* Ne dubites, vidi egomet Apographum Codicis MS. Egmond. qui praeter alia multa complectitur *Necrologium Nobilium* etc. nec non *Catalogum Librorum MSS. qui in Bibliotheca* Monast. Egmond. olim existebant, ubi memorantur:

Tripartitum Psalterium.

Donatus I^us. in quo continentur Libri de Metrica arte et Canticis.

Expositio Willerami [et] *Angelomii super Cantic. Canticorum in uno volumine.* Vbi additur, scripta esse *circa a.* 1058. *sqq. tempore Abbatis Stephani.*

Quum autem Abbas WILLERAMVS floruerit a. 1070 — 1080., Stephanus vero Abb. Egm. obierit a. 1205. hinc admodum credibile est, hunc Codicem WILLERAMI manu esse conscriptum, contra quam P. LAMBECIO visum, qui *Biblioth. Caesar. Vindobon.* T. II. p. 768 — 772. Codicem suum Caesareum magnopere

ne Abbatiae quaquaverſum diſperſa fuerunt. Fuisſe tamen eius Auctorem Monachum Egmundanum, qui rebus ſub Florentio III. Theoderico VII. et Wilhelmo I. vivendo interfuit, ſatis ipſe prodit (*w*). Autographum nemo ſe vidisſe testatur. Sed, de quo ſupra VOSSIVS et DOVZA loquuntur, Codex MS. P. MEERHOVTANI ſuperest adhuc in Bibliotheca inſtructisſima Illustr. GER. MEERMANNI, cuius immaturum obitum lugent quisquis literarum amore tenentur, et propenſisſimam viri egregii in adiuvandis Doctorum conaminibus benivolentiam admirantur. Codex hic membranaceus 35. foliis conſtat 4°. minori, eleganti ſatis ſcriptura, exaratus ſeculo circiter XIII. medio, ut praeter literarum ductus etiam conficias ex Catalogo Comitum et Abbatum, qui in *Wilhelmo* II. et *Nicolao* deſinit (*x*); orditur autem a *Caroli Calvi donatione*, repetitis in Libri initio, quae ad a. 863. et 985. in Chronico habentur, hoc modo: „Anno „Domini dccc° LXIII. Karolus caluus filiº lodewici pii —" Ab hac aetatis Codicis definitione parum abludit J. DOVZA, qui anno 1601., *ante annos* 360. exaratum ſcribit (*y*).

Fata huius Codicis MS. recenſere, et difficile et parum utile reor. Abbatia Egmundana, ut ſpoliata, ut vexata, ut tandem peni-

****

pere extollit, et ob elegantiam priori praeferendum cenſet. Nitidius enim ſcripta non ſemper ſcriptoris Autographa redolent. Contraxit Lambeciana C. OVDINVS *de Script. Eccl.* T. II. p. 729. ſqq. Posſedisſe autem P. MEERHOVT Willeramum, testis est Epiſtola ad Merulam, in praefat. Ed. Willer. a. 1598. &. *Nam quod offerimus Willerami, est praeceptoris nostri D.* PETRI *Vekemanni* MEERHOVTANI, *doctoris multorum ingeniorum hisce XL. annis proximis cum Alcmariae tum Amſterodami.*

(*w*) Vid. ad a. 1133. 1143. Ac p. 70. not. 3) de *nostro peculio* loquitur.

(*x*) Vid. not. p. 1. Cf. p. 217.

(*y*) *Annal. Holl.* p. 381. in marg. idque

nitus sit destructa sec. XVI. flagrantibus turbis Hispanicis, alii scripserunt uberrime (z). Fuit a. 1573. funditus deleta (a), postquam a. 1567. a Militibus Brederodiis iam exspoliata fuit (b), quo tempore Doct. VAN LOON etiam *Libros MSS. Abbatiae* refert violentis militum manibus vel dilaceratos vel dispersos vel cuique obvio divenditos; unde multi in cuiusdam insignis viri manus venerint, qui eos in Brabantiam secum abstulisset (c). Ego

que rectius, quam quod habetur in *Descript. Holland.* SCRIVERII, ubi dicitur scriptus circiter a. 1200. Huius aetatis meminit SOETEBOOM *Zaanlandsche Oudh.* T. I. p. 242. ubi *Chron. MS. vetustissimum Egmond. ante annos* 400. *scriptum vocat.*

(z) Vid. quos laudat LVD. SMIDS, *Schatkam. der Nederl. Oudh.* ed. 1774. p. 90.

(a) WAGEN. *Vad. Hist.* T. VI. p. 440. L. XXIV. §. 15. Alii a. 1572. Auct. BAT. SACR. T. I. 430.

(b) *Tegenw. Staat van Holl.* T. VIII. p. 355. ex VAN METEREN. Add. VAN LOON Praef. ad NIC. KOLIJN. fol. V. Cf. tamen *Maetschappy der Ned. Letterk.* T. III. p. 231.

(c) Num his verbis ADR. WESTPHALEN innuatur, an vero *Nicol. Witsen*, Consul Amstel. dicere non habeo. De celebri Abbatiae Bibliotheca consule H. IVNII *Batav. Ill.* p. 515. Quos qualesque autem Libros MS. praeter *not. v.*) laudatos Abbatiae Bibliotheca servaverit, me docuit eius MS. quem vidi, *Catalogus*. J. DE BEKA etiam suam se scripsisse *Chronicam* p. 2. testatur *ex diversis Historiis, Annalibus, Chronicis, Codicibus, Privilegiis, dictaminibus et Epistolis apud* EGMVNDAM *studiose collectis* (1). Habetur apud Vir. Ill. Meermann. exemplar Cod. MS. *de gestis illustr. Dominorum de Egmonde*, descriptum *ex Originali* 4. *ligato, Pergameno, deaurato, veteri monachali manu Monasterii Egmondensis*, qui a. 1617. exstare dicebatur apud *Excell. Vir.* CAROLVM *Comitem de Egmonde Principem Gaverensem*; cuius apud heredes, forte cum aliis, latebit adhuc. Idem MEERMANNVS servat Cod. MS. *Chronicarum Hollandrinorum cuiusdam Religiosi*, Libris decem iisque in capita divisis absolutum, qui et Bekam et meum *Chronicon*, et alia complectitur; ubi in Libri Octavi fine haec leguntur: *Explicit liber octavus cronicarum hollandie. Et sequitur tabula libri noni que in quo-*

(1) Non exstare voces *apud Egmundam* in suo Cod. MS, nec in Teutonico antiquo notat V. D. BVCHELIVS. Exstant tamen etiam in Chronico MS. FARDER. DE SEVENWOLDE infra laudato. Ex fidem. facit, quid is BEKAE passim Chronicon ad verbum fere inseruit.

go vero haud ab re opinari mihi videor, P. MEERHOVT Rectorem t. t. Alcmariae, eundem qui *Willeramum* et hunc mei Chronici *Codicem* posſedit, libros Egmondanos quaquaverſum diſperſos quanto potuit ſtudio collegiſſe. Vnde tandem, ut ſupra vidimus, devenit in manus J. DOVZAE, cuius explicationes ad Codicem MS. adiectae ſunt. Teſtatur id in *Praefat.* ad M. STOKE (*d*), et in *Annal. Holl.* p. 381. Hinc transiit ad P. SCRIVERIVM, ut ſatis adiecta manus indicat. At ſua etiam al-

quaterno ſequenti habetur. Scripta ſunt anno domini 1469. circa festum ſti Ypoliti martiris per manus fratris Frederici de Sevender. ſub patre nostro venerabili, nec non priore fratre Ysbrando Delff. Deo gratias. Eodem die idem prior novum organum in ecclefia nostra poſuit ad honorem dei et ordinis. Deſiit a. 1466. Fueritne hic *Isbrandus* Prior Egmondae, nondum reperi. Credibile tamen est. Videtur certe quoddam Chronicon Egmondae exſtitiſſe, quod a meo et Wilhelmi Procur. diverſum. Sic enim WILHELMVS PROC. p. 610. ed. Matth. ad a. 1323. *Si, qualiter dictus Comes ſe cum Traiectenſibus habeat, quaeritur, liber* CHRONICORVM *Egmondenſi Coenobio videatur.* Hunc fortasſe continuavit dictus FREDERICVS. Servabantur tempore adhuc *Adriani Iunii illic* LACTANTII FIRMIANI *Epistolarum libri duo, quorum meminit nominatim D. Hieronymus: quos dum ad me* (inquit IVN. *Batav.* p. 516.) *cogitat, editioni deſtinandos, mittere Antonius Hovaeus, illic religioni operatus, vir doctus, qui postea Abbatem Abſternacenſem proſpera fama egit, reperit a bibliotapho quopiam librorum plagiario ſublatos atque ita diſperiit ille theſaurus, ab haeredibus ſacrifici, in quem cadebat ſuſpicio, in cucullos et piperis involucra conciſos.* Ex libris historicis porro plures pasſim recenſet Auctor BATAV. SACRAE. Nunc modo vid. p. 423. ſq. Quae ſatis docent, quam dives MSS. Codicum ad rem historicam ſpectantium fuerit Abbatia Egmondana. Sed haec obiter.

(*d*) Praefat. Ed. 1620. Maer onder ic dit raem
Deez' [STOKE] een geweest te zijn / van wegen ſijnen naem
Alsnoch ons onbekent / als insgelijx DEN TWEEDEN
Die (*) tot Vrouw ADES door verbolicht heeft zijn Beeden /
En die van teynde diens anvangen heeft zijn werck /
Die ſich Wilhelmus noemt.

(*) *In margine additur: Een Monic aldaer, die gebloeft heeft (zo t'schynt) ten tyde van Graef Willem de eerſte van dien naem.*

allevit ADR. WESTPHALEN (*e*), quae tamen vix cuiusquam ſunt momenti. Fortasſe ex eius Bibliotheca in Brabantia hunc Codicem ſuo aere nactus est V. Doct. G. VAN LOON; certe ſe hunc in Brabantia emisſe, docet locus ſupra laudatus. Vnde tandem emtus devenit in Bibliothecam Viri Ill. G. MEERMANNI, ex qua accurate deſcribere et publice edere mihi nunc contingit (*f*).

Non confundi igitur debet Scriptor cum *Wilhelmo Procuratore*, quorum ille deſiit a. 1205. alter anno 1332. De prioris aetate nullum est dubium. Hanc confitetur ipſe MATTHAEVS (*g*); hanc confitetur M. STOKIVS, cuius Chronicon Rhythmicum vernacule ſcriptum usque ad a. 1205. non alium agnoscit auctorem, quam hunc Chronicographum, quem ſecutus est, et fere ad verbum deſcripſit; id monere non negligens (*h*), quod tamen moni-

(*e*) V. C. p. 12. 7. et 117.

(*f*) Huius Codicis praeter iam dictos meminit etiam D. V. MIERIS *Clerck der lage landen* p. 75. (3). qui p. 62. 80. 93. cett. Belgicam verſionem vetustam excitat. Nec ab hoc diverſum esſe videtur, quod J. B. GRAMMAYE *Hiſtor. Brab.* in Catalogo MSS. refert *Chronicon Egmondanum Auctore loci religioſo* usque ad a. 1200. ex *Bibliotheca Collegii Trilinguis.*

(*g*) Cuius Interpolati a *Wilhelmo* Codicis membranacei orae haec adſcripta ad a. 1205. legi, testatur in Praef. ad *Anal.* T. II. p. 414. *Huc usque ſe extendit Chronicon MS. membranaceum Meerhoutani, indidemque maior et melior pars istorum de verbo ad verbum imo ſyllabatim tranſcripta.*

(*h*) Vid. Ed. 1620. fol. 25. a. in Wilhelmo I. ubi haec inſignia verba habentur:

Dit was als ick vinden conde |
Vanden Grave tote Egmonde /
Ende niet meer ne vandic daer.
Deze Willem ſtarf in ons Heeren jaer
MCC. XX. ende drie.
Enen ſone ſo liet hie.

i. e. „ Haec ſunt quae de Comitibus invenire potui Egmondae; plura de his illic memoriae prodita non inveni. Obiit autem Wilhelmus I. a. 1223. unico relicto filio ". Immo id iam inculcavit STOKIVS L. I. vs. 511. ubi ſermonem esſe

nitum Ill. Editor, (quamquam consentit, *Petrum Meerboutanum* sive nostrum Chronicographum, cuius Codice etiam usus est (*i*), *fidum* hactenus *ducem* STOKII fuisse; adeoque in rebus ante suam aetatem postea gestis poëtam admodum ieiunum esse,) e contextu eiecit, L. III. vs. 572.

De altero, *Wilhelmo Procuratore*, paucis dicendum. Eius elogium persequitur hoc modo G. J. VOSS. (*k*) „*Sub Guilielmo* Hannonio, Hollandiae Comite, cognomento Bono, floruit quoque „ GVILIELMVS PROCVRATOR: quod nomen adeptus est a cura „ Coenobii Egmondani. Hic continuavit CHRONICON EGMONDANVM. Itaque incipit ab Adae principis et Ludovici Comitis de Lone infelicibus nuptiis, hoc est ab anno CIↃCCV. ubi „ Chronicon Egmondanum terminari diximus Cap. LV. Desinit autem in anno CIↃCCCXXXII. Eo in Chronico ipse, ad „ annum CIↃCCCXXIV. ait, se monachum fuisse Egmondanum, „ et quondam Cappellanum in Brederode. — — Annis XII. „ aut amplius, fuerit scribendo huic Chronico intentus: si recte „ legitur in Florentio ad annum MCCLXXXVII: *ficut per eandem hactenus possidetur, scilicet anno* CIↃCCCXXII. Sed, ut „ suspicor, denarius excidit. — Chronicon hoc minime poenitendum, ex optimo et antiquissimo codice membranaceo, in lucem propediem dabit Vir praecellentis doctrinae et summus „ patriae antiquitatis assertor ac vindex, Petrus Scriverius —". Fuit igitur WILHELMVS, ut vides, Chronici mei vetustioris Con-

se de nostro Chronico consentit eius Editor not. ad vs. 507. Cf. quae dixi ad CHRON. p. 215.

(*i*) Visum esse Ill. HVYDECOP. meo Codice Meermanniano testatur ipse Tom. I. p. 603. ad p. 247. et 252. 604. l. 2—4.

(*k*) *De Histor. Latin.* L. II. C. LXIV. p. m. 511.

tinuator, sed et, quod nolim factum, eiusdem *Interpolator*. Non solum enim, ut ad a. 1324. p. 619. Ed. Matth. testatur, *Chronicam* suam *a tumultu Comitis de Lone* persecutus est, et variis intervallis narrationem suam contexuit (*l*), in his profecto rebus fide dignus scriptor; sed pro more illorum temporum priori Chronico varia interspersit, multa interpolavit, et narratae rei seriem saepius invertit. Quae quanto genuinae historiae incommodo noxaeque facta sint, dicere supersedeo. Vnum alterumque exemplum in *Notis* attigi (*m*), unde pateat, quantum in his WILHELMVS sibi permiserit, a quibus utinam Ill. Editor *Stokeanus* cavisset! Huius autem *Wilhelmi* praeter eos, quos VOSSIVS (*n*) *Oxonii* et *Moguntiae* superstites recenset, Codices MSS. duo Nostratibus cognita fuere Exemplaria MSS., quorum altero usus est A. MATTHAEVS in sua Editione procuranda, *Codice* nempe *Membranaceo*, fol., qui olim fuerat *Nicolai de Nova Terra Episcopi Harlemensis* (*o*), cui Codici deest principium, recisis aliquot foliis, usque ad ann. 1168. ad verba: *de Idibalis egressi Frisones vias* cett. quae leguntur p. m. 117. Hunc defectum Vir D. in editione sua supplevit ex SWEERTIO, ut l. l. not. *n.* notavi, ubi a V. D. WESTPHALEN vocatur *Pergamenum in folio antiqua Latina litera scriptum.* Quae caussa etiam est, cur ab hoc demum a.
[illegible] 1168.

(*l*) Vt videre licet p. 578. 582. l. 9. 609. m. 611. r. 8. sqq.

(*m*) Pag. 118. not. 98.) p. 149. (80). p. 165. 96.) De immutato penitus ordine p. 152. 70). Add. *Variant. lect.* p. 150. *n.* 152. *a.* 154. *b.* cet. Quot quantaque de suo adiecerit, vid. in *Var. Lect.* p. 71. *f.* p. 84. *e.* p. 93. *b.* p. 95. *a.* p. 111. *x.* p. 119. *y.* 121 — 123.

(*n*) l. l. p. 511. *MS. exstat Oxonii in Collegio Corporis Christi. Sed Autographum est in Carthusia Moguntiae, teste Bostio in viris illustribus Cap. XI.*

(*o*) Vid. MATTH. praef. ad *Anal.* T. II. p.

1168. apud Matthaeum *Wilhelmi* additiones et interpolationes conspiciantur (*p*).

Postea tamen nactus est idem exemplar integrum, ipso testante (*q*), *e quo multa*, inquit, *suppleri possunt, et imprimis defectus, qui occurrit pag.* 218. [T. IV. sed p. 622. T. II. 4°.], *qui edendus rursum auctior, ubi erit occasio.* Integer autem hic Codex Matthaei idem esse videtur, quem insuper adhibuit I. DOVZA, adhibuit SCRIVERIVS; uti satis constat ex adiectis ad oram Chronici mei MS. additionibus; hinc haustis; qui a Douza (*r*) et SCRIVERIO (*s*) vel ambobus simul (*t*), vocatur *MS. Alcm.* quod *Alcmariensem* interpretari liceat. Nec dubium mihi, quin de hoc integro *MS. Cod.* sermo sit in Libello *S. A. Gabbemae* (*u*). Ex hoc autem Codice MS. integro in meum Codicem 4°. derivata sunt manu *Douzae*, *Scriverii*, et *Westphalen* ea omnia, quae ante a. 1168. MATTHAEVS dare ex mutilo Codice non potuit.

Visus praeterea sum Editione SWERTII, cuius ad oram manu SCRIVERII adiectae erant reliquorum Codicum, de quibus hactenus [illegible] dixi,

p. 413. Ac DOVZA in *Var. Lect.* p. *m.* 117. *e.* hunc Codicem MIEROPII Episc. Harlem. *Nicolai* successoris fuisse monet. Quia in [illegible] vel errata vel postea is ad *Mieropium* transiit. Vbi hodie lateat, ignoro.

(*p*) Incipiunt haec p. 117. Cf. p. 121—123.

(*q*) Vid. Dedicat. ad Tom. IX. 6ᵈ. [T. V. p. 282. 4°.]

(*r*) Vid. p. 46. f. *Var. Lect.* p. 45. c. p. 70. *x.*

(*s*) P. 71. *f. Var. Lect.* 50. *n.* 61. *a.*

(*t*) P. 60. *a.* 65. *m.* 66. *o.* 71. *f.* 87. *l.*

(*u*) S. A. GABBEMA, *Nederl. Waterdoo-den*, p. 38. 39. a. 1703. qui hunc Codicem refert suo tempore latuisse in Bibliotheca Instructissima Dni HORATII KNIJFF, Senatoris in Frisiae Curia. Quamquam illic Chronicon meum antiquius, quod a. 1205. desinit (male ibid. 1250.) confundat cum WILHELMO PROCVR. Verba enim, quae hinc excitat, non exstant in eo Chronico, quod editum a SWERTIO refert, sed in *Wilhelmi Procur.*, eaque Latine habentur in *Var. Lect.* p. 123. Idem dixeris de Observat. quae habetur in Catalogo Leidensi apud IOH. DE VIVIE 5. Maii 1710.

dixi, Collationes et nonnullae viri docti observationes: quod exemplar mecum pro solito suo favore communicavit Vir Celeberr. P. BVRMANNVS SECVNDVS; quodque idem fortasse est, de quo obiter tamquam deperdito MATTHAEVS locutus est (v).

Praeter haec autem subsidia, nactus etiam sum humanitate Viri Rev. Abbatis CHEVALIER, Bibliothecae publicae Burgundicae, quae Bruxellis est, praefecti, Apographum accuratum illius Codicis MS. Egmondani Anonymi, non interpolati, quem in illa Bibliotheca offenderam. Qui, collatus cum depravata Sweertii editione, et habita ratione cum lectionum, tum hiatuum ac transpositionum, satis me docuit, esse eundem Codicem, ex quo SWEERTIVS suam procuravit editionem: quam tamen comparationem postquam institui, ab oscitantiae culpa hunc Editorem liberare non possum (w), fortasse iccirco excusandum; quod minutilis literis multisque scripturae compendiis exaratus sit hic Codex, qui ibidem exstat *MS. N°.* 1338. complectiturque *Chronicon MS. Bekae*, quod definit a. 1393. in quo alia manu in fine ad marginem habetur, ad voces, quae in BEKA Edit. fol. p. 121. lin. antepen. occurrunt, *illis praesentibus*: „ l. *villis*. †. „ in edito haec male, ut alia multa leguntur ". Vnde suspicor, collatum postea esse cum Edito, sed a quo, incertum. Huic igitur BEKAE Chronico subiungitur meus *Chronic. Egmundan.* Codex, quo usum Sweertium dixi.

Postremo, interdum etiam fit mentio *MS. Iun.*, per quem non alius indicatur *Codex MS.* nisi *Chronici Rhythmici* Vernaculi M. STOKE, quem Douza adhibuit, ut loca conferenti unicuique patebit (x).

Vtrum

(v) Dedic. ad *Anal.* T. II. p. 420.

(w) Vid. not. p. 12. *y.* 14. *d.*

(x) E. gr. p. 189. *a.* cf. STOK. L. II. vs. 1387. P. 182. *y.* cf. II. 1401. P. 183. *l.* cf. III.

Vtrum autem omnes WILHELMI interpolationes, praesertim eas, quae in MATTHAEI Editione iam prostant, recudendas curarem, primo quidem dubitabam. Praevaluit tamen sententia de edendis omnibus. Rationes si rogas? primo quidem occursabat usus exterorum, adiectaeque *Matthaei* ad illas notae (y), quae nonnisi in eius Analectis prostant. Deinde harum interpolationum plurimae, quae Nostrum scriptorem deformabant, silentio praetermitti non poterant (z). Quas si addere necesse esset: quidni et reliquas? Postremo ut hinc Nostrates videant, quanta in nostra historia opus sit prudentia, ut genuina a suppositiciis et adiecticiis discernamus. Cuiusmodi multa dare possem, si id huius loci esset.

In concinnanda igitur Editione ut scias, Lector, quibus usus sim adminiculis, quaeque in *Variantibus Lectionibus* scripturae sint compendia, brevi hac tabella haec omnia proponam.

C. M. i. e. *Codex MS. Meermannian.* 4°. pergam.
Ma. vel Ed. Ma. — Editio *Matthaei, Anal. Med. Aevi.* 4°.
D. — Douzae not. ad C. M.
D. C. M. — idem.
S. C. M. — Scriver. not. ad eundem.
Sw. vel Sch. — Editio Sweert. in fol.

*****

S.

III. 13. P. 189. *g*, *h*. cf. III. 160. P. 204. cf. III. 307. c. not. Imprimis not. 99) p. 212.

(y) E. C. p. 122. 123. 129. 131. 146. 147.

(z) Sic e. gr. perperam a. 1168. p. m. 119. *y*. adduntur verba: *XI. Kal. Febr. — quae erat feria II.* quae illic mentem auctoris misere pervertunt, Viroque Ill. HUYDECOPERO fraudi fuerunt, ut notavi in not. 98.) p. 118. Idem dixeris de aliis, quae hic mitto.

S. S. vel Scr. Sw. — Scriver. not. ad Edit. Sweert., quarum partem ipse in Cod. Meerm. transtulit, partem hausi ex Editione Sweert. adiectis notis MS. Scriverii viri Cel. P. Burmanni Secundi.

B. vel *Burg.* — MS. Codex 4°. ex Bibliotheca Burgund. Bruxell.

MS. fol. vel MS. Harl. — Wilhelmi Procur. Codex mutilus, a Matth. adhibitus, et a Douza, Scriver. in C. M.

MS. Alcm. vel Al. — Integer Wilhelmi Procurat. Codex, qui vulgo *Alcmariens.* quem in C. M. adhibuere etiam Douza, Scriver.

MS. Iun. — Manuscriptus Codex AEM. STOKII.

His utere, Lector, et si quid humanitus admisisse tibi videar, homines omnes nos esse memento; cuiusmodi admissa esse puta, quae hîc emendanda tibi sisto:

P. 33. col. *b.* l. 16. *Godefridi.* l. *Sigefridi.*
P. 37. col. *a.* l. 15. *Catvicenses.* l. *Nortvicenses.*
P. 55. col. *b.* l. 26. p. 953. l. 951.
P. 57. col. *a.* l. 35. p. 591. l. 951.
P. 78. col. *a.* l. 9. *innuatur.* l. *innuat.*
P. 190. var. l. 1. *segunius.* l. *segnius.*
P. 191. col. *b.* l. 10. *hoc.* l. *hos.*
P. 192. l. 4. *adiutorum.* l. *adiutorium.*

HOL-

HOLLANDIAE CHRONICON 1)

VETVSTISSIMVM

ANONYMI, MONACHI EGMONDANI.

AB ANNO IↃCXLVII. AD ANNVM CIↃCCV.

Anno Domini DCXLVII. 2) Obiit *Pippinus* [a] 3) filius *Karlomanni* [b] filii *Lotharii* Regis, relinquens filium, nomine *Grimoaldum*,

A

et

VARIAE LECTIONES, NEC NON INTERPOLATIONES WILHELMI PROCVRATORIS.

a S. S. „ In membranis nostris semper *Pippinus.*" Sic et ANNALES MET. FVLDENS. alii.
b *Carolomanni* Sweert. et sic per *C* semper in eiusmodi vocibus.

1) *Hollandiae Chronicon*] Codex MS. quem ex Bibliotheca Viri Illustris G. MEERMANNI habui, ac secutus sum, scriptus esse videtur circiter tempora Wilhelmi II. Comitis Holl. Seculo XIII. medio, vel paullo post. Vide quae dixi in Praefatione, ubi plura de ipso Chronico eiusque Auctore.

2) Anno DCXLVII.] Non ab re Anonymus hic scriptor primordia Annalium Hollandiae ab huius *Pipini* Landensis stemmate repetit, cum quia huius stirpis cum nostra terra quaedam fuit relatio; tum etiam, quia ab hoc *Pipino* Austrasiae Regni maiore Domus, insecuti postea Reges Francorum, *Carolingi*, descenderunt, qui primi terras nostras, Hollandiam, Zeelandiam, reliquasque Provincias, suam sub ditionem redegerunt, ac Frisiam Francorum imperio subiecerunt. In hac autem recensenda Genealogia occupatur Noster ad a. 647—685. 714. sqq. Conf. ad a. 750. Vt autem *Gertrudis*, *Grimoaldi*, et *Pipini* cum nostra terra relatio quodammodo innotescat, nunc tantum exhibebo verba ex VITA S. BEGGAE *Ducissae Brabantiae Andetennensium Begginarum et Beggardorum Fundatricis veteri*, ut prae se fert titulus Libri, quem edidit JOSEPHVS GELDOLPHVS A RYCKEL *ab Oorbeeck*, *Abbas S. Gertrudis Lovan.* Lov. A. 1631. 4° in Prologo Vitae p. 2. *Karlomannus*, *Princeps quondam nobilis*, *avus fuit huius S. mulieris*; *genitor vero Pipinus*, *vir potestatis simul et nobilitatis dignitate praeclarus. Hic potentia sui principatus*, *sub Lothario* (i. e. Clothario)

et

et duas filias, *Gertrudem*, virginem Sanctam, et *Beggam*, quam *Anchiſus*, Dux egregius, filius Sancti Arnulfi [c] Metenſium [d] Epiſco-

[c] *Arnulphi* Sw. et Matth. [d] *Mediensis* Sw. *Metensis* Ms. *Madensium* Cod. Meerm. [e] *Duxit in uxorem* statim Sw.

et Dagoberto Regg, una cum beato ARNVLPHO *noſtris imperavit finibus: his ſcilicet, quos* MOSAE *et Moſellae decurſus*, FRISONVM *quoque* MARE *et Carbonariae Silvae praecingendo circumdat terminum. Mater vero eius dicta est Iduberga, ſoror autem ipſius beata fuit* GERTRVDIS. *Erat autem eius frater, nomine Grimoaldus, qui S. Cuniberti Colonienſis Archiepisc. adiutorio functus, ſub Sigeberto Rege ſublimatur honore principatus.* Praeterea S. Bavo, qui Sec. VII. his terris inclaruit, et unde vix dubium, quin nomen *Bevelandiae* in Zeelandia ortum trahat, huic S. *Gertrudi* cognatione iunctus fuit. Vocatur enim in *Actis SS.* ad D. 1. *Octobr.* p. 202. *in Commentar. Praevio, S. Bavo beatisſimae Gertrudis Virginis* CONSOBRINVS, *nobilisſimus atque ditisſimus Hasbanienſis Pagi Comes.* Et p. 203. B. *Pater eius Eilolphus, mater Adeltrudis.* Vnde Docti Editores concludunt, *Bavonem* ex *B. Ittae*, ſive ex ipſius *B. Pipini*, ſorore aut fratre natum fuisse: ubi et de *Itta* plura p 203. §. 24, 25. Habuit etiam *S. Gertrudis* bona in Inſulis *Bevelandia* et *Borſelen*, vel ut in Originali Charta Imperatoris OTTONIS II. d. 18 Jan. 976., quam in *Codice Probationum* ex Autographo deſcriptam exhibebo, ſcribitur *Bevelanda*, et *Bruinſale*. Hinc MIRAEVS *Opp. Diplom.* T. I. p. 654. in Charta Ottonis ad a. 966. *Hereditas* S. GERTRVDIS *ſita in Pago Tesſandria ſuper fluvio Struona* [hodie *Striena*], *in Villa quae dicitur Bergom, cum integritate ſua illic aſpiciente; inſulae tres, prima* BIEVELANT, *ſecunda Spieſant, tertia* GERSELRE [*l. Berſelre*].

3) *Obiit Pipinus*] Tres olim Pipini, ut dixi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 28. Pipinus primus, cuius meminit hic, est Pipinus de Landis. *De Landis* à praedio, quod habebat, Landino prope opidum ac monaſterium S. Trudonis, in quo et dicitur ſepultus, translatis poſtea reliquiis in monaſterium, quod Nivellis, ubi colitur inter Sanctos XII. Kal. Mart. WILLIBRORD. BOSSCHAERTS de *prim. vet. Friſ. Apost. cap.* 37. MABILLON. *ſecul.* 2. *SS. ord. S. Bened.* ad *vit. S. Gertrud. pr.* Maior domus ſub Clothario II. quem Lotharium vocat Auctor, filio eius Dagoberto, et Sigeberto Dagoberti filio, Regibus Francorum. Ad dignitatem hanc evectus Ann. DCXV. ut BOSSCHAERTS *ibid.* Vita functus, ut idem Ann. DC. XLII. quamvis non neget extendi vitam ab aliis, inter quos et DIVAEVS, usque ad a. DC. XLVII. De potentisſimis Auſtraſiorum ortum ait Aimoinus *lib.* 7. *hist. cap.* 20. *Erat in Regno eius Pipinus de potentisſimis Auſtraſiorum, familiaritati eius inhaerens, qui oderat improbos, nec ſe miſcebat flagitioſis.* Idem loquens de Dagoberto *ibid. c.* 10. *Vſque ad id temporis conſilio beati Arnulfi Metenſis urbis Pontificis, nec non Pipini, in Regno Auſtraſiorum Maioris domus officium gerentis uſus est.* Patrem habuit Carolomannum, quem obiisse ait Jodoc. Coccius *in Dagobert.* a. DC. XIV. matrem Ermengardem, uxorem Ittam, ſororem S. Modoaldi Archiepiscopi Trevirenſis. DIVAE. *Rer. Brab. lib.* 1. *pr.* Ex Itta religioſisſima foemina ſuſcepit Grimoaldum, Gertrudem, et Beggam, inſignes omnes pietate. Ex Begga ducta ab Anchiſo, ſeu ut alii, Anſegiſo, filio S. † Arnulfi Mediomatri-

(†) Clotharii Regis filia Arnulfum ait ortum Henricus IV. Imperator *Apolog. apud Freher. p.* 178. eumque, cum pri-

ſcopi duxit uxorem, ex qua genuit 4) *Pippinum* Seniorem et Ducem 5).

DCL. ᵉ *Itta* relicta 6) *Pippini* Nivellae Monaſterium aedificat.

 DCLXIIII.

ᵉ DC. I. Sw. et Cod. MS. Burg. *Nivellae* Sw. vitioſe, uti et alia multa.

tricum ſeu Metenſium Epiſcopi Pipinus prodiit ſecundus, qui et vulgo *Herſtallus.* Herſtallus caſtrum ad * Moſam non procul à Leodio. Radulphus de Rivo apud Chapeavill. *Hiſt. Leodienſis cap.* 9. [p. 20.] *in pago Herſtallio, quod vix medio miliari à Leodio diſtat.* Add. IO. A LEIDIS *lib.* I. *cap.* 20. Ex eo Carolus Martellus. Auctor ad a. 714. Ex Carolo Pipinus tertius, primus autem eius generis Francorum Rex. Ita Stephanus Abbas Moiſiacenſis in vita S. Modoaldi Archiepiſcopi Trevirenſis et ex eo Baronius ad a. DC. XXXI. A. MATTH.

Adde *Vitam beati Pipini Ducis* apud DVCHESNE Tom. I. p. 594. ſeqq. Ipſum *Pipini Landenſis* ſtemma duxit HEINECC. *Opusc. Post.* T. V. in *Vita et rebus geſtis Ludovici Germanici* p. 727. Errant tamen, qui ſerius obiiſſe putent, quam anno 639. Vid. ECCARD. *Rer. Orient. Franc.* T. I. XIII. §. 3. p. 212.

4) *Genuit*] Stirps igitur *Carolingica* repetenda est ab *Arnulpho* Metenſi Epiſcopo. Huius Genealogiam exhibet *Prooemium*, ſive, quod Prooemii loco adſutum est CHRONICO FONTANELLENSI, apud L. D'ACHERY *Spicileg. Vett. Script.* T. II. p. 263. unde plura Noſter expreſſiſſe videtur. Hoc in recenſenda Carolidarum ſtirpe intactum reliquit HEINECC. *Opp. Post.* l. l. p. 712. ſqq. Ad *Beggam* autem nomen et Inſtitutum Virginum *Beghinarum* ſeu *Begginarum* referri, vetus est traditio, ſecundum A. MIRAEVM *Opp. Dipl.* T. I. p. 429. a. b, ubi plura. Sunt tamen, qui negent, et harum inſtitutum referant ad *Lambertum le Begue* circa a. 1170. fortaſſe rectius. Vide quos ex Noſtratibus laudat ſcriptoribus V. D. VAN DE WALL *Handveſten, Privilegien, van Dordrecht*, Part. I. p. 163. Adde Doct. WAGENAAR, *Beſchryving van Amſterdam*, T. VIII. p. 580. Ed. 8°.

5) *Seniorem et Ducem*] Nota, apud Francorum Annalium Scriptores *Ducis* et *Maioris domus* (Fuit enim Pipinus Maiordomus) voces ſaepe coniungi; pro altero vero etiam *Seniorem*, unde Gallice *Seigneur*, uſurpari. VIT. B. PIPINI in DVCHESNE Tom. I. p. 594. *Pipinus Carolomanni filius Dux et Maiordomus.* GESTA DAGOBERTI I. *ibid.* p. 587. C. *Pipinus Maiordomus — et* CETERI *Auſtraſiorum* DVCES. *Prooemium* CHRON. FONTAN. *Anchiſus Dux genuit Pipinum* SENIOREM *et* DVCEM. *Iterum Karolus* SENIOR *et* DVX *genuit Pipinum.*

6) *Relicta*] Id est, *vidua*, pro more huius aevi. IPERII *Chronic. Bertin.* in MARTENE *Theſ. Anecd.* T. III. p. 441. *Plectrudis relicta Pepini.* Interdum *vidua* additur, ANN. FVLD. ad a. 715. *Eius relicta vidua.* De ipſa *Itta* ſeu *Iduberga* Pipini Landenſis coniuge, quae obiit anno duodecimo ab exceſſu mariti, i. e. 750. vel 751. Vid. DVCHESNE Tom. I. in *Vita Pipini* p. 597. ſq. VIT. S. GERTRVDIS apud SVRIVM D. XVII. Mart. p. 302. ſq. Adde de BB. PIPINO, ITTA et *S. Gertrude* plura ex *Comm. Praev.* et *not.* in ACTIS SS. ad XXI. Febr. et VIII. Maii, et XVII. Martis. Multa paucis comple-

primum eſſet Maior domus, Epiſcopum dein factum, citato Auctore veteri, quo id probet, cuius verba haec: *Fuitque eo tempore Maior domus in palatio Clotharii Regis Arnulfus, vir (ut postmodum claruit) Deo amabilis, qui post ſeculi gloriam Chriſti ſe ſervitio ſubdens mirabilis in Epiſcopatu extitit.* MATTH.

* Aliud olim ad Viſurgim. Sed de eo non est ſermo hic. Vid. Auctor. vitae Karoli Magni Chr. Fr. Paulin. ad Cron. Haxorienſ. *p.* 24. MATTH.

DCLXIIII. Obiit Sancta *Gertrudis* 7).

DCLXXXV. *Anchisus* 8) Dux perimitur; *Pippinus* filius 9) eius successit.

DCLXXXX.

plexus est ECCARD. *Rer. Franc.* Tom. I. L. XIII. §. 15. p. 221. *Anno* 650. *vel sequenti rebus humanis excessit S. Iduberga vel Itta Pippini Maiorisdomus, Landensis vidua. Pippinus enim anno* 639. *obiit, et Auctor Coaevus* Vitae S. GERTRVDIS *eius filiae, nec non is, qui Vitam* S. PIPPINI *scripsit, affirmant,* ITTAM *decessisse ab obitu mariti sui* ANNO DVODECIMO. *Mortuo marito illa Sanctae continentiae propositum elegit. Advenit ad domum eius S. Amandus iam Episcopus Traiectensis* [ad Mosam], *ut scimus ex* STEPHANI *Abbatis Leodiens. Vita* S. MODOALDI *Episcopi Treverensis et fratris Ittae huius, eamque rogavit, ut sibi filiaeque Gertrudi Monasterium construeret. Obsecuta est Itta precibus Sancti viri, ac Nivellae in Episcopatu Traiectensi insignem Parthenonem fundavit, ubi* GERTRVDIS *ab Amando prima Abbatissa constituta est.*

7) *Obiit Sancta Gertrudis*] „ S. Gertrudis Nivellana non obiit a. IↃC LXIV. ut vult SIGEBERT. Hoc enim est contra supputationes vitae ipsius. Sed obiit a. IↃC LVIIII. aetatis a. 33. XVII. Mart. die Dominico." Margo COD. MEERM.


Obiisse ait MABILLON. in *not.* ad eius vitam anno DCLVIII. XV. Kal. April. MATTH.

Cum Nostro in a. 664. consentit *Stemma Pipinorum* ex *MS. Cod. Eccles. S. Gudulae Bruxellis* in AVB. MIR. *Notit. Eccl.* c. VIII. *in Opp. Dipl.* Tom. I. p. 642. Sed perperam. Bene habet annus 659. Vid. PAGII *Critic. Baron.* a. 664. No. XXI. ECCARD. *Rer. Franc.* L. XIV. 6. p. 243. et D. SAMMARTH. *Gallia Christian.* T. III. p. 576. Nata autem est, non a. 631. Sed 626. Vid. *Comm. Praev.* in ACTIS SS. ad *S. Bavonem* D. I. Oct. T. I. §. 37. p. 206. Ab hac *Gertrude* dicta etiam est urbs *Mons S. Gertrudis*, olim dicta *Mons littoris*, nobis *Geertruidenberg.* Vid. *Fundationem Coenobii Therensis* factam a. 992. ab *Hilsuinda Comitissa de Strien*, apud AVB. MIRAEVM *Opp. Dipl.* T. I. p. 146. a. *Ipsam Ecclesiam de Stryen, quae est consecrata in honore Mariae Virginis, Montem Littoris, ubi beatissima Gertrudis corporaliter conversata est, et Cellam habet a B. Amando consecratam.* Vnde nomen *Montis* habuerit, coniectat M. ALTING. *Not. Germ. Inf.* P. II. p. 129, sq. Meliora dabit Vir Rev. IZ. VAN NVYSSENBVRG, libro Vernac. *Korte Beschryving van Geertruidenberg*, 8°. 1774. p. 63. sqq. Sita fuit haec Vrbs in ipso *Comitatu Striënensi*, quae olim amplissima regio, nunc fere aquis obruta, et Zuidhollandiae accensita. Quae de *S. Gertrudi* habet DVCHESNE Tom. I. p. 592. C. et 782. ea totidem verbis refert SIGEBERT. GEMBLAC. a. 646. Ab hac etiam *Gertrudi* ortum trahit sollemnis illa propinatio nostratibus olim usitata; qua de vide doctam *notam* Viri Ill. HVYDECOPER ad Chronicon Vernaculum Rhythmicum MELIS STOKE sive AEMILII STOKE Tom. II. p. 343—346. qui STOKIVS Auctorem nostrum usque ad a. 1205. presso pede secutus est et Belgicis versibus reddidit. Duplex autem *S. Gertrudis* vita est, una ab auctore coaevo et fide digno conscripta, ab HENSCHENIO ad d. 21. febr. et MABILL. *Seculo II. Benedict.* curatius edita: altera a *Nivellensi* vel clerico vel monacho seculo circiter decimo exarata, non uno in loco interpolata; qui posterior eam perperam cum alia Gertrudi, sec. VIII. in Franconia celebri, confudit. ECCARD. l. l. L. XIV. 6. p. 243. Addo hic Schema Genealogicum, ex quo, collatis quae infra dicuntur ad a. 650—685., appareat, quae nostrae Regionis cum Francis Regibus, cumque ipso Carolo M. fuerit cognatio.

8) *Anchisus Dux*] Nomen varie exaratur. *Angisi* dabit *Fragm. auct. incert.* in DV-


Ad pag. 4. not. 7.) f.

TABVLA I.



Vnde ſimul in propatulo est, ex huius noſtrae *S. Gertrudis* familia *Carolum Magnum* deſcendiſſe, ut iam obſervatum est ECCARDO in *not.* ad *Vit. Hatbumodae* p. 29. in *Vett. Monum. quaternione*; qui Schema hinc ſequens exhibuit, noſtro conſonum.

B. PIPINVS Maior Domus Auſtriae.
Vxor ITTA, ex Aquitaniae Principibus, fundatrix Coenobii Nivalens.



DCLXXXX. Sanctus *Willibrordus* 10) tunc presbyter fuit, miraeque sanctitatis vir. *Adalbertus* Confessor 11) cum aliis decem de *Brittannia* 12) gentis [f] Anglorum, in *Gallias* transeuntes ad *Pippinum* 13) Francorum Ducem pervenerunt.

f *Gente* Sw. Ma. et Cod. Burg.

DVCHESNE *Hist. Franc.* Tom. I. p. 783. *Ansgisi* ANNAL. FVLD. et CHRON. REICHERSP. ad a. 703. *Anchisus* CHRON. FONTAN. *Prooem.*, unde Noster sua hausisse videtur. *Ansigisus* VIT. SIGEB. REG. in DVCHESN. T. I. p. 593. A. *Ansegisilus* ERCHANBERTI *Fragm.* ib. p. 780. *Ansegiselus* HEDA *Hist. Trai.* p. 19. *Ansegisus* notavit SCRIVER. Ipse se *Ansgisilum* vocat in MARTEN. *Vett. Monum. Coll.* T. I. fol. 20.

9) *Pippinus filius*] Hic * Pipinus Herstallus. Annal. Francor. Metens. pr. *Erat ei gloriosa genitrix, cunctis laudibus digna, nomine Begga, filia Pippini praecellentissimi quondam Principis, qui populum inter Carbonariam silvam, et Mosam fluvium, et usque ad Frisionum fines vastis limitibus habitantem iustis legibus gubernabat*, etc. *Praedicta autem matrona Begga repleta omni prudentia filium Pippinum cotidie salutaribus alloquiis ammonebat. etc.* Primi hic ergo nepos, ut fuit tertius secundi. A. MATTH.

Habet haec eadem fere MATTH. de *Nobil.* I. 28. p. 114. et iterum ad *Annal. Egmund.* p. 167. sq. Cf. FREDEGAR. Cap. 97. Fuit itidem Austriae Maiordomus. Vid. DVCHESN. Tom. I. p. 685. A. p. 718. C. AIMOIN. *Mon. Floriac. Hist. Franc.* L. IV. c. 19. Vxorem habuit *Plectrudem*, ex qua genuit *Drogum* et *Grimoaldum*; ex *Alpaide* vero (concubina fuerit an uxor, non disputo) habuit *Carolomannum*, qui postea Maiordominatum tenuit. Vid. FREDEGAR. C. 102. sq. p. 769. Add. BVCHEL. ad HED. p. 21 (m).

10) *Willibrordus*] De *Willibrordo*, sive, ut alii, *Willebrordo* eiusque Epochis pluribus agam in *Dissert.* III. ad *historiam* meam *Criticam* spectante.

11) *Confessor*] MATTH. Edit. interpungit post *Adalbertus*. BEKA in *Willibr.* p. 10. utrumque *Willibrordum* et *Adalbertum Confessores* vocat. Forte omissa voce *fuit*, rectius legas; *S. Willibr. tunc presbyter, miraeque sanctitatis vir Adalbertus, Confessor, cum aliis* etc. *Confessores* qui dicantur, vide MATTH. *Anal. Med. Aevi* T. III. p. 29 (1). Willebrordum advenisse cum suis, XII. numero, testantur scriptores. Vid. SIGEB. GEMBLAC. a. 692. BVCHEL. ad BEK. p. 11. p. 13. (x) et ad HED. p. 31. (b) sqq. imprimis F. WILL. BOSSCHAERTS Diatribe *de primis Vet. Frisiae Apost.* Diss. XXIX. p. 103. sqq. ne exoticos numerem.

12) *De Brittannia*] Notum est, S. Willebrordum non ex *Britannia*, sed ex *Hibernia* advenisse. An igitur errat Noster? Non videtur. Res conciliari potest. Willibrordus enim ex nobili oriundus stirpe Anglorum, gentis Germaniae, speciatim *Saxonicae*, seu, quod accuratius forte, *Frisicae*; quae nationes in Britannia tunc consederant (Vid. BOSSCH. Dissert. *de primis Fris. Apost.* I. p. 5. et II. p. 14. et G. VAN LOON *Aloude Hist. van Holl.* T. I. p. 289) usque ad 20. aetatis suae annum in Anglia fuerat commoratus; sed tandem permotus fama SS. virorum, imprimis *Egberti*, sanctissimi viri, in *Hiberniam* transierat, ubi, postquam per XII. annos rebus

* Chron. Reichersperg. ad a. DCC. III. *Pipinus Ansgisi filius obtinuit Regnum Francorum cum Regibus illi subiectis.* MATTH.

DCLXXXXIIII. *Pippinus* Dux 14) Francorum *Ratbodum* [g] Regem *Fresonum* bellando vicit, et eum sibi subiugavit, et Sanctum *Willibrordum* a beato *Sergio* Papa Archiepiscopum consecratum, illuc ad praedicandum Verbum Dei *Fresonibus* direxit; qui sedem Episcopalem in *Traiecto* inferiori, Christianitate crescente, primus optinuit.

Sanctus *Adalbertus* 15) in loco, qui dicitur *Ekmunda* [h], usque ad

g *Ratbordum* Cod. Meerm. h *Egmonda* Sw. Ma. „*f. Eggensmunde, ab hoc Eggone nempe*, Scriv. ad Cod. Meerm.

bus sacris operam navasset, ut testatur ALCVINVS in eius *Vita*, Cf. BOSSCH. l. l. VI. p. 27. et BED. *Hist. Angl.* L. III. C. 27. anno aetatis labente 33. *undecim*, aliis *duodecim*, nactus comites, ex *Hibernia* solvit in *Fresiam*, quo iam ante a. 686. ab *Egberto* Presbytero fuerat destinatus. Oriundus igitur *Willibrordus* fuit ex Britannia, quamquam solvit ex *Hibernia*. Possis alioqui sub *Britanniae* nomine etiam ipsam *Hiberniam* comprehendere. A quo haud multum abludit RICARD. CORINENS. Monach. Westm. *Comment. Geograph. de Brit. situ* L. I. C. I. §. 2. *Veteres*, inquit, *Brittanniam — primum Albionem, postea vocabulo gentis suae Brittanniam cognominaverunt, cum* BRITTANNICAE *vocarentur omnes.* Edidit hunc scriptorem, una cum GILDA NENNIOque *Britannicarum rerum scriptoribus*, observationibus illustratum V. D. CAROLVS BERTRAMVS Hafniae a. 1757. 8° sub titulo: *Britannicar. gentium Histor. Antiq. Scriptores tres.* Willebrordus recte vocatur ab HEDA p. 26. et BEKA p. 9. *natione Anglicus de gente Saxonica.*

13) *Ad Pippinum*] In eo consentiunt fere omnes scriptores, Willibrordum a. 690. cum sociis in *Frisiam* appulisse. Vid. Auctt. laudatos a BOSSCH. l. l. Diss. XXVI. p. 89, 90. et BVCHEL. ad BEK. p. 12. (n). Noster tamen cum multis aliis eius in Frisiam adventum vel omittere vel confundere videtur cum itinere eius ex *Frisia* ad *Pipinum*, quod paullo post contigit, et eodem forte anno, argum. BEDAE VENER. *Hist. Angl. Qui cum* ILLO *advenissent, (erant autem numero XII.) diverterunt ad praefatum Principem Pipinum.* Neque etiam hic prior in Frisiam adventus confundi debet cum altero illo, quo impetrata a Pipino post devictum Radbodum Regem facultate divini verbi praedicandi, Traiectum huius rei ergo concessit. Vid. BOSSCH. l. l.

14) *Pippinus Dux*] Ab hoc *Pipino* repeti debent initia *Frisiae* sub Francorum potestatem redactae; quae testatissima res est; qua de vide *Dissert.* III. Paucis complectitur SIGEB. GEMBL. ad a. 694. prout in ipso SIGEBERTI MS. habentur, quemadmodum mecum benigne communicavit Vir excellentis doctrinae J. NAT. PAQVOT. *Pipinus*, RABBODVM *ducem fresonum bello uicit, et UUillibrordum genti illi ad predicandum dirigit.* Reliqua habet ad a. 697. *Vuillibrordus a sergio papa clemens agnominatus et ad predicandum genti fresonum episcopus consecratus, ex dono pipini principis sedem episcopalem statuit, in loco uultaburch dicto, qui nunc uultraiectum dicitur, a nomine gentis uultarum et traiecto compositum, quasi uultarum oppidum. nam traiectum lingua callica* [sic pro *Gallica*] *oppidum dicitur.* Sed de his alibi fusius. Cf. *not.* ad a. 728.

15) *Adalbertus*] Venerat hic cum S. Willibrordo has in terras. Vid. a. 690. Scripserunt huius S. Viri Vitam MONACHI BE-

ad obitum suum apud quendam Eggonem, usque ad tempus *Karoli* bellicosi Ducis mansit, et circumpositam [i] regionem ad Christianam fidem ex magna parte perduxit, in eademque villa sepultus est. Super cuius sepulchrum fideles Ecclesiam construxerunt 16), quam a *Danis* saepius constat esse destructam. Dei tamen providente [k] gratia inibi semper aliquis remansit, qui corpus Sancti Viri honeste servavit. Nec mirum, si humanis honorabatur obsequiis, qui innumeris miraculorum signis coruscabit [l].

DCLXXXXVI. *Beda* 17) Presbyter et Monachus claret in *Anglia*.

DCCXIII. 18) Apud Francorum gentem *Pippinus* Dux 19) obiit. Cui *Karolus* filius eius Dux bellicosus successit 20).

DCCXVI.

i Totam Sw. Ma. *k Dei praeordinante cum providenti* Sw. Ma. qui mox *honesti* pro *sancti* et *exsequiis*, sed in marg. *obsequiis*. *l Coruscabat* Sw. Ma. Cod. Burg. *Coruscavit* Douz. ad C. M. Sed non opus est.

BENED. *Medelacenses* prope Treviros Sec. X. rogatu, ut volunt, *Egberti* Archiepiscopi Trevir., qui frater erat *Arnulphi* Comitis Hollandiae: quae Vita prolixior originem dedit Epitomae a Monacho Egmondano confectae; vid. VAN RYN *not.* ad *Kerklyke Oudhed.* T. IV. p. 112. sq.

16) *Ecclesiam constr.*] De constructa in honorem S. Adalberti tenui Ecclesia vid. VIT. S. ADALBERTI C. 7. et *Ann. Egmund.* JOH. DE LEID. C. 11. ubi *fideles, qui tunc ibi habitabant, Ecclesiam sive* CAPELLAM *construxisse* dicuntur. Obiit autem *Adalbertus* sec. VIII. ineunte, adeoque ab hoc tempore *Egmundae* iam Ecclesia seu Capella exstitit. De usu vocis *Capellae*, et dictis inde *Capellanis* plura congessit A. MATTH. not. ad *Ann. Egm.* p. 169.

17 *Beda*] *Beda Venerabilis*, de quo SIGEB. GEMBL. ad a. 731. iisdem fere verbis: *Beda venerabilis, presbyter et monachus sanctitate et scientia clarus, obiit.* Errat tamen in anno. Obiit enim a. 735. die 26. Maii. Vid. OUDIN. Comment. ad *Script. Eccl.* T. I. p. 1681. ex *Mabillonio* aliisque.

18) DCCXIIII.] Mirum, cur a Nostro omissus sit *Grimoaldus Pipini* huius filius, qui nos propius spectat. Duxit hic uxorem filiam *Radbodi* Regis Frisiae, dictam *Theutsuindam*. Vid. CHRON. MOISSIAC. *Coenob.* ad a. 713. HEDA p. 19. WAGEN. *Vaderl. Hist.* T. I. p. 365. Add. *Chronic.* ALBERICI *trium fontium* a. 699. p. 68. *Grimoaldus frater* (Drogonis) *a patre Pipino in Aula Childeberti Regis Maior-Domus statuitur, eique filia* RABBODI *Ducis Frisonum in uxorem desponsetur.* Hic Grimoaldus, quum Leodium patrem Pipinum morbo decumbentem visum iret, a Sicario quodam *Frisone* perfide interfectus est. SIGEB. GEMBL. ad a. 713. ex *MS. Grimoaldus maiordomus leodii, ante altare S. lamberti orans, a raingario satellite rabbodi ducis fresonum perimitur.* De desponsatione etiam *Reinerus ad S. Laurent*, Cap. XXVII. in CHAPEAVILL. *Scriptor. Leod.* T. I. p. 433. *Inter orandum exceptus ibidem ante altare S. Lamberti, perimitur a quodam satellite Rabbodonis, Ducis Fresionum, cujus* FILIAE *a patre suo Pipino sibi desponsatae connubium expectabat. Sed Rabbodo id impune non tulit,* CV-

IVS.

DCCXVI. * Sanctus *Bonifacius* 21) ex Anglia ortus a beato *Gregorio* Papa Archiepiſcopus conſecratur.

DCCXXVIII. *Ratbodus* Dux Freſonum 22) praedicante Sancto *Wi-*

* DCCXVII. Sw. Ma. SIGEB. et alii. Abſunt haec de *Bonifacio* MS. Burg. Mox DCCXXVII. Ma. cui et *Papa* deceſſ. cum Noſtro DCCXXVIII. facit MS. Burgund. et Sw.

IVS *inſtinctu innocens occubuit Grimoaldus. Nam non multo post* [post quinquennium tamen] *idem Rabbodo mirabiliter a Daemone ludificatus periit ſubita et aeternali morte.* Sed de his alibi.

19) *Pipinus Dux*] De *Pipini* obitu V. PAG. *Critic.* ad BARON. ad a. 714. nº. III. p. 180.

20) *Karolus — — ſucceſſit*] Non ſtatim tamen. Reliquerat enim Grimoaldi frater Drogo filium *Theodoaldum.* SIGEB. GEMBL. ad a. 713. *Theodoaldus filius Drogonis ab avo ſuo Pipino Maiordomus ſtatuitur.* Qui una cum *Plectrude Pipini relicta* aliquamdiu omnia gubernaſſe fertur in CHRONIC. MOISSIAC. ad a. 713. Add. ANN. MET. a. 714. et *Contin.* FREDEGAR. Capto nempe Plectrudis *privigno* Carolo, Pipini ex Alpaide filio, SIGEB. ad. a. 714. Contra eam vero rebellantes Franci conſtituunt *Raginfredum* Maiorem domus, DVCHESN. T. I. p. 781. T. II. p. 2. *Carolus* vero, teste SIGEB. ad a. 715. ed. Piſtor. a. 1613. *De cuſtodia novercae eripitur, moxque principatum ſuum de manu Raginfredi exterquere nititur, primoque Rathbodum Ducem Friſonum Raginfredo ſolatiantem (i. e. adiuvantem) aggreſſus, multum exercitus damnum conſequitur.* Poſtea vero *Carolus* ſuperior evaſit, et *Auſtraſiorum ſortitus est principatum*, V. ANN. MET. a. 716. SIGEB. a. 718. Hinc patet, ſuas etiam in hac ſucceſſione partes habuiſſe *Radbodum*, propterea quoque poſtea petitum a *Carolo Martello*: quam in rem vide *Diſſertat.* III.

21) *S. Bonifacius*] Vide quos laudat auctores STRVVIVS ad ANNAL. FVLDENS. a. 717. Tom. I. *Script. Rer. Germ.* p. 2. Cfer WAGEN. *Vaderl. Hiſtor.* T. I. p. 385. Ex Bonifacii Sociis forte fuit *Bagga ex Brittannia Oceani inſula Saxonico ex genere ortus*, de quo CHRONIC. FONTAN. c. 5. cf. p. 278. Plura de S. *Bonifacio*, eiusque geſtis et epochis, vid. *Diſſert.* III.

22) *Ratbodus Dux Freſonum*] Cur DVX *Freſonum* Radbodus, qui ad a. 694. ab Noſtro REX *Freſonum* dictus? Nempe erat Radbodus *Rex*, antequam fuit debellatus, quod a. 694. factum eſſe, docebo *Diſſert.* III. Post devictam vero a Pipino *Friſiam Dux* dici a Francis coepit; unde et ipſa deinde *Friſia Ducatus* nomine dicta: ut poſtea ex Charta Orig. Ludov. Regis a. 839. in *Cod. Probationum* demonſtrabo. De hoc *Ducis* faciendi more vid. VAN LOON *aloude hiſtorie van Holl.* Tom. I. p. 243 (5, 6.) p. 244 (i), p. 269. Quod autem his diſcrimen interfuerit, docet Formula, ſeu Lex illa, qua Francorum ſeſe Regno ſubiecit Bavaria in GÖBEL not. ad CONRING. *de finib. Imp.* c. II. §. 2. (f). *Vt de corpore ſuo, ubi opus fuerit, principem legant, at ducem,* NON REGEM, *appellent. Reges Francorum auctores fiant. In bellis auxilio Francis ſit, eosdem pro amicis et hoſtibus habeant. Ceterum ſuis inſtitutis ac moribus libere vivant.* Haec utique pro genio nationis Francicae; a qua formula Friſiae i. e. noſtrae terrae ſubiectionem parum abluſiſſe, oſtendam *Diſſert.* V. Variant tamen ſcriptores in vocibus *Regis* et *Ducis*, quibus promiſcue utuntur, quos vide apud BVCHEL. ad BEK. p. 12. (h). Vnde, ſi cui hoc *Regis* et *Ducis* diſcrimen apud Noſtrum ſubtilius quam verius videatur, is hoc ſaltem perſuaſum ſibi habeat, *Radbodum* post devictam a Fran-

cis

Wlframmo 23) Senonum Archiepiſcopo ad hoc pervenit, ut baptizandus unum pedem in ſacrum fontem intingeret [n]; ſed percunctatus Sanctum Antiſtitem, ubi maior eſſet numerus Regum ſeu Nobilium gentis Freſonum, in coeleſti regno an in tartarea dampnatione: audivit ab eo, quod anteceſſores ſui, qui ſine baptismo obierunt, dampnationis ſuscepiſſent ſententiam. Qui [o] ſtatim pedem a fonte retraxit, dicens: ſe non poſſe carere conſortio praedeceſſorum ſuorum, et cum parvo numero pauperum ſedere in regno coeleſti.

DCCXXXVI. Obiit Sanctus *Willibrordus*. 24)

DCCXLI. Obiit *Karolus* Dux 25) bellicoſus, et duo filii eius; *Pippinus* et *Karlomannus* ſuccedunt.

DCCXLVI. *Karlomannus* frater Pippini monachus efficitur [p].

DCCL. [q] *Pippinus* auctoritate et praecepto *Zachariae* Papae in Regem Francorum electus est, cum usque ad illud tempus tam ipſe quam nobiliſſimi Progenitores ſui adminiſtrationem Regni ſine regio nomine habuiſſent; inunctusque est in Regem a Sancto *Bonifacio* 26) Mogontino Archiepiſcopo, *Hilderico* 27) rege depoſito,

[n] *Attingeret* Cod. Burg. Mox *ibi* C. M. male. *Coeleſti regione* Scriv. ad C. M. ex JONA *Vit. S. Wulfr.* [o] *Quare* S. S. ex coniect. [p] DCCXLVI —— *efficitur*, deſunt Sw. Ma. Burg. [q] DCC. I. Sw. Burg. male. Mox *que* pro *et* C. M. vitioſe. *Maguntinenſi* Ma. *Magont.* C. M.

cis *Friſiam* re ipſa non amplius *Regem* ſed *Ducem* dici potuiſſe.

23) *Wlframmo*] *Radbodum* obiiſſe a. 719. ex omni coaevorum teſtimonio firmiter probatum dabo *Diſſert.* III. Noſter autem, qui cum HED. p. 26. et BEKA p. 10. *Radbodi* mortem transfert in a. 728. emendandus poſſit videri ex SIGEB. GEMBLAC. qui ad a. 718. *Wulfranni* baptismum narrat. Nihil tamen muto. Omnis vero huius de baptismi veritate cardo in eo vertitur, ut diſcutiam, ullone fieri modo potuerit, ut *S. Wulfrannus* Radbodum baptizare potuerit? Quam in rem vide ad calcem huius *Chronici* EXCVRSVM I. *Num S. Wulfrannus Radbodum Friſiae Regem ſeu Ducem aquis ſebruis luſtrare potuerit?*

24) *Willibrordus*] De Sancto hoc viro eiusque obitu pluribus agam *Diſſertat.* III.

25) *Karolus Dux*] i. e. *Carolus Martellus*, quem hoc anno *menſe octobri* obiiſſe, teſtata res est. Vid. *not.* SCHMINCKII ad EGINHART. *Vit. Caroli M.* p. 21. b.

26) *Inunctus* —— *a S. Bonifacio*] Imo Stephanus Papa unxit. Anaſtaſius Bibliothecarius in eius vita, *Quia*, inquit, *tempus imminebat hyemale, idem Pipinus Rex eundem Sanctiſſimum Papam cum ſuis omnibus Pariſius ad venerabile monaſterium beati Dionyſii ad habitandum pergere rogavit. Quo pervento et in eodem venerabili monaſterio cum iam praefato Chriſti amantiſſimo Pipino coniungente, Domino annuente, post aliquantos dies idem Chriſtianiſſimus Pipinus Rex ab eodem Sanctiſſimo Papa, Chri-*

to, qui ultimus de stirpe 28) Marovingorum 29), de quo Franci Reges sibi creare [r] solebant, regnavit. Qui Reges [s] usque ad illud tempus nihil in se clarum, praeter inane *Regis* vocabulum praeferebant [t], cum opes et potentia regni penes Palatii Praefectos nobilissimos et potentissimos, qui Maioresdomus dicebantur, et ad quos summa [u] imperii pertinebat, tenerentur; quod officium *Pippinus* et sui praedecessores usque ad hoc tempus administraverunt.

DCCLII.

[r] *Creari* sine *sibi* Sw. Ma. *Creare* Cod. Burg. [s] *Regis* C. M. [t] *Praeferebant* Sw. Ma. Burg. qui mox *Nex* pro *opes*. [u] *Et ad quos summa* omittit Sw. sed *Cura* in marg. *Imperium* Cod. Burg.

Christi gratia, cum duobus filiis suis Reges uncti sunt Francorum. Et quae probatio adhuc fortior, ipsius Pipini nepos Ludovicus Imperator idem ait, quod Anastasius in Epistola ad Hilduinum, quam habet Baronius ad ann. 754. Nec quicquam tamen falsi hic. Quod fecit Bonifacius, a Stephano repetitum. Chronicon Laurishamense: *Pippinus ex sententia Zachariae Papae, deposito Hilderico per beatum Bonifacium Moguntinae sedis Archiepiscopum et martyrem ex Praefecto palatii in regiam dignitatem, est unctus, ac postea per Stephanum Papam Apostolica auctoritate confirmatus.* Magnum Chron. Belgic. *Pipinus fuit de authoritate et mandato ipsius Papae per beatum Bonifacium Moguntinensem in Regem Francorum unctus, et postea per Stephanum Papam secundum unctionem regalem consecratus.* Casp. Sagittar. *antiquit. gentilism. et Christian. Thuring. lib. 3. cap.* 24. Addam locum insignem ex Chronico Reicherspergensi ad ann. DCC. LII. Auctor eius postquam dixerat ad ann. 750. Pipinum unctum a Bonifacio, addit mox ad d. ann. 752. *Stephanus Papa in Francia manens Christi roboratus virtute inter celebrationem consecrationis et oblationem sacrificii unxit in Regem et confirmavit secundo sancta unctione Regem Pipinum et duos filios eius etc.*

MATTH.

Eadem habent distincte SIGEB. GEMBL. ad a. 750. et 752. ANN. BERTIN. ad a. 749. et 753. qui refert, *Zachariam* Papam sua auctoritate praecepisse, ut Rex fieret, *Stephanum* vero sua illum unctione confirmasse. Add. AD. PATACHICH *Quinque Carolor. Histor.* P. I. p. 37. a. et MABILL. *Rei Dipl.* II. 26. 11, 12. in nonnullis tamen corrigendum. Duplex igitur haec unctio Pipini et consecratio distinguenda est. Cf. AD. MATTH. *Not.* ad *Anal. Med. Aevi* T. I. p. 604. et *notas* ad EGINHART. *Vit. Car. M.* p. 11-13.

27) *Hilderico Rege*] Fuit *Hildericus*, h. n. tertius, pro more istius aevi in Monasterium detrusus, FREDEGAR. *Contin.* c. 107. ANN. FULD. a. 752. ANN. MET. EGINH. et REGINO a. 750. Cf. *not.* ad EGINH. *Vit. Car. M.* p. 13. a.

28) *Ultimus de Stirpe*] Haec observa! A plurimis enim inter quaesita refertur, duxeritne Carolus M. originem ex Sanguine Merovingico, nec ne? Conf. AD. PATACHICH *Histor. quinque Augg. Carolor.* P. I. C. 3. p. 24. sq.

29) *Marovingorum*] In nostro MS. habetur *Muroingorum* pro antiqua scriptura *Marouigorum*. Alii aliter. Quam varie autem haec scribatur vox, vide in *not.* ad EGINHARD. *Vit. Car. M.* C. I. p. 9. a. Ed. SCHMINCK. Quae sequuntur de Francorum Regibus, eorumque Maioribusdomus, sunt ipsa EGINHARDI verba l. l. Cap. I. ubi et de *Maioribusdomus not.* p. 13. b.

30)

DCCLII. Sanctus *Bonifacius*, substituto sibi in sede Moguntina[v] viro venerabili *Lullo*[w] nomine in Episcopatu *Traiectensi* 30) beato *Willibrordo* succedens, ob instantiam praedicationis[x] a Fresonibus cum multis gladio peremptus, coronam martyrii adeptus est. 31)

DCCLXVIII. 32) *Pippinus* Rex *Parisius* 33) obiit. 34) *Karo-*

v *Magunt.* C. M. Modo 702. Cod. Burg. w *Tullo* Sw. Ma. qui in marg. „ lege *Lullo*". x *Ad instandum praedicationibus* Sw. Ma. Cod. Burg.

30) *Episcop. Traiect.*] Num recte dicatur *S. Bonifacius* in Episcopatu Traiectensi successisse *Willibrordo*, pluribus disquiro in *Dissert.* III. ubi de ipso Bonifacio, de substituto sibi Lullo, et de eius in Frisia martyrio. Quaestio etiam est, utrum is, qui Bonifacio subiungitur, *Gregorius*, qui in Catalogo IIIus *Episcopus* recensetur, revera fuerit *Traiectinus Episcopus*. Pro eo a Nostratibus habetur, idque collegisse videntur ex verbis OTHLONI *Vit. Bonifac.* L. c. XLV. p. 233. *Tali autoritate* (nempe archiepiscopatus Moguntinensis a. 745.) *suffultus Bonifacius coepit undique — coenobia ecclesiasque aedificare, pastores cautissimos ecclesiis eisdem praeponere. Nam praeter multos, quos antea constituit Episcopos — — tunc vero GREGORIUM Aetrecht* [l. Ad Tricht] *Episcopali cathedrae consecratum direxit.* Ubi SERAR. *not.* XXIV. p. 900. bene observat, non propterea dici *Episcopum*, quod vere *consecratus* et illo in ordine tamquam *Episcopus* fuerit inauguratus, sed quod *electus*, *designatus*. Nam clare in *Vita* S. LUDGERI ita scribitur: *Gregorius non erat ad gradum Episcopalem ordinatus, sed presbyter Pontificali cathedrae praesidebat*: ideoque ibidem *Abbas* vocatur. Et cap. VI. *Erat ea tempestate et litterarum scientia et morum probitate vir merito nominandus, nomine GREGORIUS, qui discipulus simulque successor S. Martyris Bonifacii, Traiectinae sedi in gradu PRESBYTER residebat*: ubi etc. JOANNES MOLL, bene observasse SERARIUM, *Gregorium* Ecclesiae Traiectensi non *Episcopi* praefuisse titulo, sed tantum *Abbatis*; vereque monuisse MABILLON. *Observ. Praev.* ad Vit. Bonif. §. IX. p. 8. *Gregorium* non *Bonifacio* successisse, sed *Eobano*, qui brevi etsi tempore Traiectensem Ecclesiam *Bonifacii* curae post S. Willibrordi mortem a. 739. traditam, rexit, successoremque habuit S. *Gregorium*, non tamquam Episcopum, sed *Abbatem* et Rectorem Ecclesiae Traiectinae. Est vero, quod magis mireris, apud Nostrum nullum aliorum Episcoporum ante *Lutgerum*, qui vulgo ordine X. est, fieri mentionem. De quo ad a. 850.

31) *Martyrii adept.*] Narrat haec ad a. 752. per Prolepsin. Bonifacius enim a. 755. demum prope *Doccum* in Frisiae Pago *Oostergo* crudeliter a Frisonibus occisus est, dum verbum Euangelii Paganis nostris Maioribus annunciavit. Ut notum in vulgus est. Vide VAN LOON *Aloude Histor.* T. I. p. 342—343. Quod addit *cum multis*, quinam hi fuerint, si tanti est nosse, consule BUCHEL. ad BEK. p. 18. (m-o.), ac reliquos Nostrates de re Ecclesiastica huius aevi Scriptores.

32) DCCLXVIII.] Ab hoc anno 768. usque ad a. 840. hiatum in vetustis Edd. (etiam in MS. Burg.) vidit, et ingentem hinc historiae iacturam deploravit V. D. HUYDEC. ad STOKE T. I. p. 35. Verum suppletus hic hiatus docet, non magni esse

rolus filius eius, qui cognominatus est *Magnus* [y], successit 35).

DCCCI. *Karolus* Rex Francorum Romae a *Leone* Papa Imperator cum consensu Romanorum consecratur 36).

DCCCXIII. 37) Obiit *Karolus* Magnus Imperator. *Lodewicus* filius eius imperio successit, qui cognominatus est *Pius*.

DCCCXL.

y *Pius*, Sw. Burg. et Ma. qui id vidit. Sublevit autem hic ad oram Cod. Meerm. WESTPHALEN: „A. 788. *Dux Widichindus coniunxit se Frisonibus, et rebellavit Carolo Calvo Regi Franciae, et Carolus bellando contra eos triumphavit, occisis multis Frisonibus, ceteris perdomitis.* Quae aliunde deprompta pro more *Westphal.* Ceterum Sw. et Ma. desunt omnia ad a. 801. et 813. Vnde facile deprehensu est, Sweertium secutum esse hunc Codicem Burgundicum, in multis tamen minus accurate.

esse iacturam; siquidem res Francorum notissimas duntaxat commemorat.

33) *Parisius*] Sic pro more huius aevi. Habet ita quoque Numus in VAN LOON *Allud. Hist.* T. I. p. 273. *Vit.* SIGEB. *Reg.* in DVCHESNE I. p. 593. *Vsque ad Parisius ad Monaster.* Add. p. 779. *Ascenderunt Normanni a Parisius Senonis*, ODORANN. *Chron.* a. 886. Cf. MABILLON. *de Re Dipl.* qui hanc τοῦ *Parisius* flexionem, praeter id genus alia, in usu fuisse usque ad seculum XVI, observat, II. 7. 9. p. 95.

34) *Pippinus* — *obiit*] Vid. ANN. FVLD. NAZARIAN. BERTIN. METENS. HILDESH. aliique ad a. 768. NAZAR. diem VIII. *Kal. Oct.* figunt. Sic et MATTH. hoc loco. Cf. SCHMINCK. ad EGINH. *Vit. Car. M.* p. 27. b.

35) *Successit*] Successit quidem *Carolus* M. non solus tamen. Simul enim cum illo successit eius frater *Carolomannus*, et ambo Reges creati, eodem quidem tempore, etsi locis diversis, coronati; *Carolus* nempe *Noviomi*, *Carolomannus* Suessionibus. Vid. ANN. BERTIN. et PETAV. ad a. 768. et PAGII *Critic.* h. a. no. 6. Postquam vero *Carolomannus*, cui *Austria* cesserat, a. 771. obiit, solus posthabitis Carolomanni liberis successit *Carolus M.* Vid. ANNAL. l. l. Huius *Caroli* in nostris Annalib. mentio haud temere inicitur. Nam *Frisii* huic etiam subiecti fuere: quod vel ex ipsis eius *Capitular.* liquet. CAPIT. Lib. VI. p. 1585. *Volumus*, inquit, *ut* OMNES *ditioni nostrae* SUBIECTI, *tam Romani quam Franci*, *Alamanni*, *Baiuuarii*, *Saxones*, *Turingii*, FRESONES, — — *ceterique* NOBIS SUBIECTI OMNES, cett. Add. *Capit.* 806. p. 716. Cf. plura *Dissert.* V. Quis autem fuerit sub *Carolo M.* Frisiorum status, et qualis eorum t. t. *Libertas*, explicabo *ibid.*

36) *Consecratur*] Hoc factum *uno omnium* [Romanorum] *consensu*, dicit SIGEB. GEMBL. a. 801. *In ipsa* quidem *Nativitate Domini* seu 25. Dec. a. 800. ANN. FRANC. apud MARTEN. *Amplissi. Coll.* T. V. p. 907. ANN. FVLD. a. 801. Nec obstat, quod Noster a. 801. nominat. Tunc enim temporis annos ab *Incarnatione* i. e. die natali *Domini* seu d. 25. Dec. inchoabant. Vnde ANNAL. BERTIN. et LOISEL. ad fin. anni 800. dicunt: *Celebravitque Natale Domini Romae. Et immutavit se numerus annorum Domini DCCCI.* Cf. haec tangentem STRVV. *Corp. Hist. Germ.* in *Carolo* M. §. 33. p. m. 172. not. 97. Ed. 4o. Sequitur autem Noster priores hic Chronographos. Contra statim habet a. 813. qui tamen est annus 814. d. 28. Januar. Conf. *not. sq.*

37) DCCCXIII.] Obiit a. 814. D. V. *Kal. febr.* anno aetatis 72. (currente), *regni vero* 47., ut accurate docet EGINHARD. *Vit. Car. M.* C. 30. et *not.* p. 33. et 135. Plura de anno obitus, quaeque alia ad annorum eius Imperii Regnique Francici computum faciunt, diligenter examinat ADAM PATACHICH *Histor. V. Caroll.* P. I. C. 3. p. 35, 36. Ex eo autem, quod supra

a

DCCCXL. Obiit *Lodewicus* [z] Imperator 38).

DCCCXLII. *Lotharius*, *Lodewicus* et *Karolus*, qui dictus est *Calvus*, post dissensiones et bella pace composita, Regnum patris sui aequa sorte inter se diviserunt 39). *Lotharius*, qui maior natu [a] erat, Regnum Romanorum et totam Italiam, et partem Franciae [b] Orientalis, totamque Provinciam [c] obtinuit. *Lodewicus* A-

 le-

z *Ludovicus* semper Sw. Ma. Noster ex Idiomate. a *Natus* C. M. b *Fransiae* C. M. distincte. Perperam *Frisiae* Sw. Cod. Burg. et Ma. c *Franconiam* Ma.

a. 800. d. 25. *Dec.* vocetur annus 801. hic contra d. 28. Januar. 814. audiat annus 813., satis paret, quam lubrica sit argumentatio, quae pro nostri scriptoris computo annorum, in d. 25 Dec. vel 1 Ian. vel 25. Mart. figendo peteretur, certe in antiquis his temporibus, ubi aliorum Annalium fidem sequitur, non vero res sui temporis recenset. Aliter tamen Vir Ill. HUYDEC. ad M. STOKE I. p. 315. qua de re vid. infra *not.* ad a. 1168.

38) *Obiit Lodewicus Imp.*] ANNAL. BERTINIANI ad h. Ann. *Imperator vero a persequendo filio rediens correptus morbo in insula Rheni infra Maguntiam ad conspectum Ingelenheim Palatii sita XII. Kalendas Julii defunctus est.* MATTH.

Sub hoc *Ludovico* etiam *Frisones* Francis paruerunt, immo separatum *Ducatum* fecerunt. Docet hoc eiusdem Ludovici Charta, quam ex *Originum literis* undecumque illaesis beneque conservatis in lucem protraxit Vir R. FALCKEN *Tradit. Corbeiens.* p. 290. ex qua etiam *Gerulfum in Frisiae Ducatu in Pago Westracha* [hodie *Westergo*] bona quamplurima possedisse apparebit. Vid. *Chart.* in *Cod. Probb.* n°. I. ad a. 839.

39) *Regnum — diviserunt*] Duplex distinguenda divisio est, de qua pluribus dicam *Dissert.* VIII. Cf. WAGEN. *Vaderl. Hist.* T. II. p. 46. 56—58. et 59. sqq. Referri autem debet posterior haec divisio ad a. 843. ex Pacto Virdunensi; quamquam PETR. BIBLIOTH. in DUCHESN. T. III. p. 542. eam ad. a. 844. refert. Alii tamen cum Nostro ad a. 842. Vid. HERM. CONTR. et REGINO. In re cum Nostro convenit *Geneal. Arnulphi*, praemissa CHRONICO FONTAN. apud D'ACHERY *Spicileg.* T. II. p. 263. b. f. *Et Lotharius quidem*, inquit, *accepit Regnum Romanorum et totam Italiam et partem Franciae Orientalis, totamque Provinciam. Ludovicus vero praeter Noricam, quam habebat, tenuit regna, quae pater suus illi dederat, id est, Alemanniam, Thuringiam, Austrasiam, Saxoniam, et Avarorum id est Hunorum Regnum. Karolus vero medietatem Franciae ab occidente et totam Neustriam, Britanniam et maximam partem Burgundiae, Gotiam, Wasconiam, Aquitaniam, submoto inde Pipino filio Pipini, et in Monasterio S. Medardi attonso.* Eadem totidem verbis habet CHRONICON CENTULENSE sive S. RICHARII L. III. C. 6. p. 313. nisi quod post *partem Franciae orientalis* interserit, *quae ab eodem nomine mutuato Hlotharingia vocatur*, et *Avarorum* omiitit. Cf. Cap. 12. p. 317. b. et de *Lotharingia* p. 375. b. nec non *Fragm. Hist. Franc.* in DUCHESNE T. II. p. 403. B. Add. HEINECC. *Opusc. Postum.* p. 702. Sub hac vero *Lotharingia* quum nostra regio *Frisia*, inter *Rhenum*, *Scaldim*, et *Mosam* fuerit comprehensa, eaque alibi diserte addatur: (vid. *Dissert.* VIII.) hinc mirum non est, si Noster huius Divisionis meminerit.

40)

lemanniam, Thuringiam, Saxoniam, et Maurorum [l. *Avarorum*] id est, Hunorum [d] 40) regnum, atque Noricam [e] possedit. *Karolus* vero medietatem Franciae ab occidente, et totam Neustriam [f], Brittanniam, et maximam partem Burgundiae, Gotiam [g], Aquitaniam, Wasconiam 41).

DCCCL.

d Maurorum, id est, Amnonum Sw. Ma. *Hunnorum* Cod. Burg. De *Bavaris* intellexit Douza ad C. M. sed recte Scriv. *Avarorum*. *e Noritam* Sw. Ma. Mox *meditatem* C. M. *f Ad totam Nustr.* Cod. Burg. Quae sequuntur, usque ad — *Wasconiam*, C. M. alieno loco posita exhibet post *Lutgerus Episcopus*. In Sw. Cod. Burg. et Ma. usque ad DCCCLV. penitus desunt. *g Sotiam* C. M. male. Vid. *not.* 39.

40) *Maurorum id est Hunorum*] An legendum *Baurorum*? Iidem Bauri qui Bavari. Passim enim Willelmus [Procurator] *Bavarum* vocat *Baurum*. Amnos hactenus quaesivi frustra. An *Amni* eorum pars? Certe occurrit interdum regio, quae notior olim, quam hodie. Sic *Aman* quae et ubi? Baioariae tamen iuncta in Regni divisione, quae facta est inter fratres, et extat apud Pithaeum, *Annal. Franc. in fin. Ad Baiwariam, totam Thringiam, Ribuarias, Atoarias, Saxoniae, Frisiae, Ardennae, Asbaniae, Bragmenti, Franderes, Mempiscon, Medenenti, Aman etc.* An *Alemannorum*, quod et vero videtur propius, non *Amnorum* legendum? MATTH.

Sic MATTH. sed falso. Pro *Maurorum* legi debet *Avarorum*; pro *Amnorum Hunnorum*. Memorantur iam *Avari* in prima Regni divisione a. 817. BALVZ. *Capitul.* T. I. p. 575. apud HEINECC. *Opp. Post.* p. 771. idque eo magis, quod Noster paullo post complectatur *Baioariam* sub nomine *Noricae*; quippe quam *Baioarios* tunc incoluisse scribit PAVL. WARNEFRID. *de gest. Langob.* III: 29. *Avares* autem alio nomine et hic et alibi dicuntur *Hunni*. AIMOIN. L. III. C. 11. *Chuni, qui et Avares*. *Avarum* ab a. 782—805. mentio est in ANNAL. *Bertin.*, quo anno *ibid. Hunni* vocantur. Illic enim *Caganus Princeps Hunnorum*, qui in praecedd. *Avarum* erat. EGINHART. *Vit. Car. M.* C. XIII. p. 65. *bello, quod contra Avares sive Hunos susceptum est.* SIGEB. a. 804. *Avari qui et Hunni longo contra Francos bello perdomiti.* Vnde C. S. SCHVRZFLEISCH. *Disput. Histor.* XII. p. 12. eos carpit, qui bellum Hunnicum sub Carolo M. gestum *bellum Hunno-Avaricum* appellent; quia *Hunni* et *Avares* una gens, neque origine neque natione distincta. Contra vero *Baioarii* ab *Hunnis* probe sunt distinguendi. EGINH. *Annal.* a. 791. *Nam is fluvius* [Anesus] *inter* BAIOARIORVM *atque* HVNORVM *terminos medius currens, certus duorum Regnorum limes habebatur.* Et ad a. 799. *Quorum alter Gerboltus Baioariae Praefectus cum Hunis praelio cecidit.* Vnde M. VELSER. *Rer. Boicar.* L. II. f. p. 76. *Oper.*, *qui Bavaros cum Avaribus confudere, nae illi palam nugantur — — raro duo aliqui populi aeque pertinacibus odiis sese exercuerunt.* *Hunnos* etiam probe distinguas ab *Hungaris*. Illis enim Carolus M. sedes assignavit in *Hungariae* et *Austriae* confiniis ad flumen Danubium. SIGEB. ad a. 805. et ex serioribus ECCARD. *Rer. Franc.* II. p. 37. sq. At horum regio postea demum ab *Hungaris* penitus est occupata. HERMANN. CORNER. ad a. 887. p. 500. *Gens Vngarorum — in Pannoniam venit, et exactis inde* AVARIBVS *sive* HVNIS *usque hodie ibidem permanet.* De *Hungarorum* origine et migrationibus ad a. 862. plura habet ECCARD. *Rer. Franc.* II. p. 487. sqq.

41) *Aquitaniam, Wasconiam*] Hae a Carolo M. devictae gentes quas complecte-

ren-

DCCCL. Huius Lotharii temporibus fuit in Traiecto *Lutgerus* Episcopus.

DCCCLV. *Lotharius* Imperator 42), filius *Lodewici* Pii in Prumia [b] monachus efficitur. *Lodewicus* filius eius imperio successit.

DCCCLXIII. *Karolus* Rex Francorum, qui dictus est Calvus, filius *Lodewici* Pii, contulit *Theoderico* [i] 43) primo Comiti 44) *Ekmun-*

b *Prumia* Cod. M. cui mox deest *eius*. i *TheodOrico* alii. *TheodErico* C. M. semper. Est enim vox Germano-Belgica a *Theod*, *Died*, (*volk*), et *ric* (*rijk*) quasi dicas *volkrijk*, *dives populi*.

rentur olim regiones, vid. GÖBEL ad CONRING. *de finib. Imperii* Cap. 2. §. 10. p. 135. (e) T. I. *Opp.* De reliquis Vid. VALES. *Notit. Gall.* in Vocc.

42) *Lotharius Imper.*] Mox postquam monachus etiam vita concessit, tribus filiis relictis, Ludovico, Lothario, Karolo. Imperium detulit Ludovico. Vnde is passim Imperator. Annal. Metens. ad Ann. 855. *Anno Dominicae incarnationis* DCCC. LV. *Lotharius convocatis primoribus Regni Imperium filiis suis divisit. Et Ludovico Italiam tradidit, eumque Imperatorem appellari fecit. AEquivoco vero suo, id est, Lothario, Regnum, quod ex suo nomine vocatur, concessit, Karolo autem, qui iunior natu erat, Provinciae Regnum largitus est. Dispositis itaque atque ordinatis Regni negotiis valedicens suis seculum reliquit, atque in Prumia monasterium veniens comam capitis deposuit, habituque sanctae conversationis suscepto, in religionis professione diem clausit extremum* III. *Kal. Octobr.* Add. eosd. ad Ann. 867. *in fin.* Obiit Carolus a. 858. Lotharius a. 868. Ludovicus Ann. 874. ut Annal. Metens. Australes, aliique. Vt Fuldenses, aliique, Chron. Reichersperg. et ut sequetur mox Auctor noster, Ann. 876.

MATTH.

Monachus quidem efficitur, sed eodem anno in Prumia obiit. Vid. REGINO, h. a. et BUCH. ad BEK. p. 28 (a). Sed nihil Noster de Regni divisione, qua Lotharius tribus liberis, *Carolo*, *Ludovico* et *Lothario* Regna sua distraxit, *Ludovico* Italiam, LOTHARIO vero *aequivoco suo Regnum, quod ex suo nomine vocatur, concedens. ib.* REGINO. Ad quod *Lotharii* Regnum etiam *FRESIA* inter *Rhenum* et *Scaldin* pertinuit. Nam, teste REGINONE a. 842. tribus Ludovici Pii filiis sua sunt tributa; nempe *Ludovico* omnis Germania *usque ad Rhenum*; *Carolo Calvo* omnia usque *ad Mosam* fluvium; LOTHARIUS vero, *qui et maior natu erat, et Imperator appellabatur, medius inter utrosque incedens, regnum sortitus est, quod hactenus ex eius vocabulo Lotharingia nuncupatur.* Cf. ANN. BERTIN. MET. a. 855. OTTO FRISING. L. VI. 2. Et hinc iidem ANN. BERT. dicunt: *Lotharius totam* FRESIAM *filio suo Lothario donat.* Vnde apparet quoque, quaenam Regni Lotharici portio t. t. sit *Frisia* dicta, nempe quae *Scaldi* et *Rheno* terminabatur. Sed haec fusius alibi, et maxima ex parte iam occupata sunt a Viro Docto et rerum nostrarum peritissimo G. VAN LOON, in docto Opere, *Aloude Historie van Holland.* II. Tomis in folio.

43) *Contulit Theoderico*] Quam vera haec, iam dixi ad *Annal. Egmond.* Cap. 6. et Libr. I. *de Nobilit.* C. 11.

MATTH.

Res nimirum vera est, sed alius est largitor, *Carolus Simplex* a. 922. quod pluribus ostensurus sum, et contra aliorum criminationes vindicaturus in *Dissertat. Chronol. Diplomat.* quae N°. I. Ipsam interim Chartam ex hoc Cod. Egmund. vide in *Cod. Probb.* ad a. 922. De Vocis THEODERICI or-

mundam 45) cum pratis, silvis, et aliis omnibus, quae inter *Suitberdeshaghe* [k] et *Fortrapa* et *Kinnem*, nunc posteri eius possident.

DCCCLXVII. *Lodewicus* 46) Rex Alemanniae filius Lotharii Pii 47) largitus est praefato Comiti *Theoderico* Forestum *Wasda* [l] cum aliis rebus, interveniente *Hemma* Regina [m].

DCCCLXXVI.

k *Suicbardes Hagen* Sw. Cod. Burg. Ma. uti et *Fortispat*, et *Kimnues*. Est autem *Kinheim*. l *Walda* Sw. Ma. Burg. qui et *forestam*. m Desunt haec tria C. M. et Cod. Burg.; adscripta tamen in C. M. manu Scriv., sed Sw. *interven. Herimanna regina.* Ma. *int. Hetimanna reg.*

orthographia quum doctissimis quibusque haesitatum videam, nonnihil dicam in EXCURSU II. *De Etymo vocum Theoderici, Feodi, Leodii, Leodes, Neomagi, et similium.*

44) *Primo Comiti*] Fuit nempe hic *Theodericus* Hollandiae Comes, quatenus hic loci hereditario iure Regioque nomine Comes fuit, ac fixas sibi sedes, et Alodia in *Kennemaria* et *Westfrisia*, non vero *in Hollandia*, acquisivit, quamquam postea latius gubernationem ac dominium suum usque in primaevam Hollandiam, *Zuidhollandiam* nempe, protulit; sed res referri debet ad sequens seculum. Vid. *Dissertat. Critico-Geneal.*, quae No. II. Minus tamen accurate *primus* dicitur Comes, siquidem eius pater *Gerulfus* potiori iure hoc nomen meretur; de quo Noster ad a. 884.

45) *Ekmundam*] Censeri igitur hic debet *Theodericus*, ratione huius doni inter eos, qui vulgo dicuntur *Abba-Comites*, Belgice, *Kloostergraven.* Vid. VAN LOON *Aloud. Hist. van Holl.* II. p. 67.


46) DCCCLXVII. *Lodewicus*] Referri debuerat ex Charta ad. ann. DCCCLXVIII. ex ipsa vero re ad ann. DCCCCLXVIIII. Nempe Charta, unde haec hauserunt Monachi, non data fuit a. 868. sed a. 969. a Rege Francorum *Lothario*; quod omni dubio eximam in *Dissertat. Chronol. Diplomat.* quae No. I. Nuperrime tamen Vir Ill. ad STOKE T. I. p. 223—226. multis probare studuit, hanc Chartam datam esse anno 849. Sed frustra, et suam in re Diplomatica ἀγνωσίαν vehementer prodidit. Quot autem novos hinc in historiam genuinam errores induxerit, non est quod dicam. Ferendus autem esset, nisi tam acerbis ac contumeliosis verbis in Patriae nostrae Historiae scriptorem elegantissimum, etsi suis naevis, ut omnes sumus homines, haud carentem, GER. VAN LOON invectus fuisset, eum ubique perstringens, nec eo magis meliora docens, sed contra plurima a LOONIO bene dicta castigans ac depravans. Sed haec nunc non ago. Postquam vero semel quam certissime evictum erit, hoc *Foresti Wasdae* donum agnoscere donatorem *LOTHARIUM* Regem Franciae; datamque esse Chartam a. 969. non vero a *Ludovico Germanico* a. 868. ac multo minus 849. hinc sequetur, ut, quidquid de hoc *Ludovico* ubique apud Nostrates, puta, M. STOKE, JO. A LEID. BEKAM, HEDAM, et etiam apud Nostrum, occurrit, praeter rhombum sit ac veritati repugnet. *Hemma* haec, quae donationi intervenit, non fuit *Ludovici* Germ. Regis, sed *Lotharii* Regis Franc. coniux. *Theodericus* hic non fuit *primus*, sed secundus *Comes*. *Forestum Wasda* non situm in *Ludovici Germanici* ditione, sed in Francia trans *Scaldin.*

47) *Filius Lotharii Pii*] *Ludovici* scribendum, ut et *Wasda*, non *Walda.* Sic enim diploma habet, quod est apud Miraeum *Cod. piar. don. cap.* 106. *Wasda* Wasia est, ut Miraeus *ibid.* Diploma est Ann. DCCCLXVIII. MATTH.

Per-

Ad pag. 17. not. 49.

TABVLA II.



DCCCLXXVI. [n] Obiit Lodewicus Imperator 48), filius Lotharii Imperatoris. Cui successit *Karolus Calvus* Rex Francorum [o].

DCCCLXXVII. [p] Obiit *Lodewicus* Rex Alemannorum 49), frater [q] *Lotharii* Pii 50).

DCCCLXXVIII. Obiit *Karolus* Imperator 51); cuius temporibus

C Mo-

[n] — LXVI C. M. Cod. Burg. Sw. Ma. Melius REGINO. „ Alii — LXXIV. in quibus est OTTO FRISING". Douza ad C. M. [o] Sw. et Ma. hic turbant, post *Francorum* addentes: *qui Friderico Comiti primo Holl. Egmondam* — — *possident*, uti ad a. 863. [p] Sic Sw. Ma. Sed C. M. male — LXXXVI. [q] *Filius* Sw. Ma. et C. Burg. Mox *Karolus* abest iisdem.

Perperam hic *Ludovicus* vocatur *Lotharii Pii* filius, qui fuit *Ludovici Pii*, nisi *frater* legas pro *filio*. Cf. infra ad a. 877. De anno Diplomatis vid. supra *not.* 46.)

48) *Obiit Lodew. Imperator*] ANNAL. METENS. et REGINO huius obitum ad a. 874. perperam referunt: nec tamen minus falso hic ad h. a. 876. Obiit enim hic *Ludovicus* II. a. 875. *pridie Idus Augusti*. Vid. ECCARD. *Rer. Francic.* II. p. 601. sq. Successit *Carolus Calvus* non iure, sed arte. Alii tamen aliter, prout istius aevi Scriptores vel *Carolo* vel fratri *Ludovico* German. favent. Intellige autem de *dignitate Imperatoria*, quae a. 855. ab Lothario Calvi fratre in Lotharii filium Ludovicum II. transierat, de quo Noster ad a. 885. *Carolus Calvus* enim iam ab a. 840. ac deinde a. 843. ex divisione Regnorum *Ludovici Pii* parentis sui Rex fuerat *Galliae*, *Neustriae*, *Britanniae* cett. Qua de re vid. ad a. 842. 39.)

49) *Lodewicus Rex Alem.*] Videtur hic Ludovicus cum Ludovico confundi. Nam duo tum Ludovici. Lotharii filius Ludovicus Imperator Italiae obiit anno quem dixi. Ludovicus Ludovici Pii filius Rex Alemannorum Ann. 876. Sic Annal. Fuldens. Bertiniani, Metenses. Sed sunt, qui Lotharii filium Ludovicum eodem anno obiisse aiunt. Et hinc ea confusio.

MATTH.

Nihil hic a Nostro turbatum, nisi quod utraque res uno anno serius contigisse traditur, quam revera contigit. Nam *Ludovicus* II. Lotharii filius Imperator obiit *pridie Idus Aug.* a. 875. Vid ann. praec. *Ludovicus* vero Rex Alem., frater Lotharii, obiit V. Kal. Sept. a. 876. Sic REGINO, ANNAL. FVLD. METENS. alii, ad a. 876. Quo vero melius res et personae invicem discernantur, sequens stemma adiicere non inutile duxi. Vid. TABVLA II.

50) *Lotharii Pii*] Recte Ludovicus *frater* Lotharii. An vero praeter *Ludovicum Pium* horum patrem etiam filius Lotharius cognomento *Pii* fuit insignitus? Sunt qui negent. Verum res certa est. Ipsa enim Diplomata id cognominis prae se ferunt. Exempla vide in MABILLON. *de Re Dipl.* II. 26. 15. p. 196. Etiam id eius Numi habent. Vid. ECCARD. *Rer. Franc.* II. p. 445. nº. 12. Immo ipse *Ludovicus Germanicus*, huius Lotharii frater, ita vocatur, HEPIDANN. ad a. 876. *Ludovicus Pius Rex Germaniae obiit*. Add. in HEINECC. *Opusc. Post.* p. 711. add. ANN. FVLD. a. 876. Hoc non observatum aliis saepe turbas dedit.

51) *Carolus Imperator*] Carolus Calvus nimirum. Annal. Bertinian. obitum eius ponunt ad Ann. praecedent. Ad quem de eo ita: *Carolus vero febre correptus pulverem bibit, quem sibi nimium dilectus ac credulus medicus suus Iudaeus nomine Sedechias transmisit, ut ea potione a febre liberaretur, insanabili veneno hausto inter manus portantium transito mon-*

Monasterium Ekmundense fundatum est a *Theoderico* praedicto Comite sub praesule Traiectensis sedis *Odilbaldo* r.

Iste *Theodericus* 52), frater *Walgeri* 53), vir erat valde gloriosus, Deoque per omnia carus, qui dignitatem Praefecturae suscepit a *Karolo* Calvo 54), Francorum Rege, et reliquias corporis beati A-

r *Sanctimonialibus ibidem ad serviendum Deo institutis* addunt Sw. Ma.

monte perveniens ad locum, qui Brios dicitur, misit pro Richilde, quae erat apud Moriennam, ut ad eum veniret, sicut et fecit, et undecimo die post venenum haustum in vilissimo tugurio mortuus est II. *Nonas Octobris. Odilbaldus* ordinis S. Benedicti JO. A LEID. *Ann. Egm.* C. 7.

MATTH.

Et sic etiam reliqui omnes in a. 877. congruunt. Est autem hic decantatus ille apud Nostrates *Carolus Calvus*, cuius ex dono olim creditum est, *Theodericum* Com. Holl. accepisse Ecclesiam Ekmundam, eamque fecisse Monasterium; quod tunc debuisset fieri sub *Traiectino Episcopo Odilbaldo.* Verum sic vara vibiam sequitur. Non fuit donator *Carolus Calvus*, sed *Carolus Simplex*. Vid. *Dissertat.* I. Quidquid igitur hic narratur, referri oportet ad a. 922. quique statim a. 884. vocatur *Gerolfus Comes Fresonum*, pater est huius Theoderici, ut pluribus in *Dissert.* N. II. *Genealog. Comitum.* Si igitur Monasterium Egmundae ex bonis Comitum fundatum est a *Theoderico*, tunc fundatum est, non secul. IX. sed sec. X. Quo maior autem antiquitas, hoc maior, putabant, honos. Et hinc horum Diplomatum Epochae iam olim retractae esse videntur.

52) *Theodericus*] De *Theoderico*, fratre *Walgero*, et patre *Gerulpho* affatim agam in *Dissert. Critico- Geneal.* N°. II. quo lectorem dimitto. Nunc tantum dico, Egmundenses scriptores unice videri fuisse securos in conservanda *Theoderici* sui memoria, qui Egmundam tantopere ditaverat, de patre vero *Gerulpho*, sub titulo *Comitis Fresonum*, obiter tantum loquentes ad a. 884. idque occasione *Diplomatis* ab Arnulpho Rege huic *Gerulpho* concessi, quod penes illos servabatur. De *Walgero* ad a. 914. iterum honesta et praeclara fit mentio, tamquam *illis diebus magno*, et *Imperatoris nepote.* Sed et hunc, etsi fratrem natu maiorem, et *Teisterbantiae* Comitem, non multum curarunt; quia eius stirps eodem fere seculo desiit.

53) *Walgeri*] „ Mirum ni ab hoc in„ sula *Walchria* nomen suum invenerit; „ nam *Walgeren* in vetustissimis Chirogra„ phis nominatur, non *Walcheren*, uti „ hodie, et verisimile, ut iam inde ab „ initio *'t lant van Walgeren* i. e. *Walgeri* „ *terra* dicta fuerit, quemadmodum ple„ raeque Mattiacorum insulae a Dominis „ suis appellationem sortitae. v. g. *Heer* „ *Wolfaertsdijck*, *Heren Aernoutskerk*, *Dirxlant*, et cetera ad haec facientia. Eo „ dico, ne quis MEIERI auctoritate in„ ductus a Wallis populis regioni illi „ nomen inditum temere insistat cre„ dere". Haec DOUZA ad marg. *Cod. Meerm.* cui obnititur *ibid.* SCRIVERIUS; „ *In Francorum tamen*, inquit, *annalibus* „ *longe antiquior occurrit Walchrarum mentio*". Et recte SCRIVER. *Walacriae Comes Eggebardus* iam occurrit a. 837. in ANNAL. FULD. De *Walgero* Cfer. ad a. 914. Errat etiam Douza, quando olim *Walcheren* per *g* scriptum fuisse asserit.

54) *Carolo Calvo*] Non *Calvo*, sed *Carolo Simplice* a. 922.

55)

Adalberti, ipſo cuidam Sanctimoniali 55) ſe revelante, in locum, ubi nunc a fidelibus veneratur, s tranſtulit. In quo idem Comes cum uxore ſua *Geva* t 56) nomine et u ligneam conſtruxit Eccleſiam

s *Venerantur* Sw. Ma. C. Burg. In Cod. M. *n* deleta est. *Calvo* modo deerat Ma. t *Gena* C. M. et Burg. Sw. Ma. Mutavit Scriv. Sw. in *Geua*. ANN. EGM. C. X. *Gena* ſive *Geua*, ſive *Genna*. De qua *ib.* vid. MATTH. *not.* 16. p. 182. u *Et* omittunt C. Burg. Sw. Ma. mox Sw. Ma. *offerensque*. Burg. *offerens*.

55) *Cuidam Sanctimoniali*] *Wilfit* ſeu *Wulfit*. AVCTOR *Vitae S. Adelbert.* Cap. 13. JO. A LEID. *ad. Annal.* C. 8.

MATTH.

56] *Geva*]. Antiqua ſcriptione *Geua*. Vnde ſaepe erratum, legendo *Gena*, quod habent alii. *Gevam* genuinum, non *Genam*, docet M. STOKE in *Chron. Rhythm.*, ubi metrum ſive homoeoteleuton non aliam permittit vocem: idem etiam docet *Diploma*, in Originali, THEODERICI V. in *Cod. Probb.* ad annum 1083. Sic erratum etiam in Charta *Ottonis* A. 966. MIR. *Not. Eccl.* T. I. Opp. p. 654. b. *Robertus Vxorque eius nomine Gena, cum filio ſuo Regenario.* Quod autem noſtratum nemini obſervatum, ſi unum forte G. VAN LOON excipias, nomen hoc *Geva* contractum est ex *Gerberga*. Fuit enim his ſeculis non minus ac hodie familiarisſimum, contractiora ſcribere nomina. Sic *Dedda*, et *Dedo*, pro Theoderico in ECCARD. not. *ad Vit.* HATHVMODAE p. 30. *Benno* pro Bernhardo [et *Berno*] p. 34. f. Adelbertus et Adalricus decurtantur in *Ato* et *Azo*; Bernhardus in *Berno*, et *Benno*; Brunhardus in *Bruno*; Burchardus, *Buro*; Cunradus, *Cuno* et *Cunzo*; Eckhardus, *Ecco*; Erenfridus *Ezo*; Fridericus *Fricco* et *Frizo*; Gebchardus *Gebi*; Giſelbert et Giſelwardus *Giſo*; Gundaracus *Gunzo*; Henricus *Henno* et *Henzo*; Manegoldus *Menno* et *Manico*; Nebelungus *Nebi*; Wandregiſilus *Wando*; Radulfus et Radoaldus *Rado*; Rodulfus *Rodo*; Ruodolfus *Ruodo* et *Ruodi*. Quae omnia habet ECCARD. *Rer. Franc.* L. XIII. §. 6. p. 214. Sic Ludovicus *Lnzo*; Henricus *Hezo*; Godefridus *Gozo*; ibid. p. 699. Add. plura in ORIGG. GVELPHIC. ed. SCHEID. T. I. L. I. p. 10. L. II. p. 206. J. G. ECCARD. *Origg. Saxon.* p. 45, 46. et LEIBNIT. *Scriptor. Brunsvic.* T. I. p. 326. et in *Collectan. Etymolog.* T. II. ex *Hundii* Gloſſar. p. 235. Eadem de nominibus Friſiacis docuit V. D. *Verhandeling over de eigen naamen der Frieſen.* Franek. 1774. Quod autem ad ipſum *Gevae* nomen. Probo hoc ex J. G. ECCARD. ad eandem *vitam* HATHVMODAE *Abbat.* in *Veter. Monument. Quaternione* p. 29. ubi haec: „ Erat tempore Witechindi Ducis clarus inter Saxones *Bruno Dux Angariorum*, qui Witechindo *coniunctus* — —. BOTHO in Chronico Picturato hunc eundem Bernonem vocat — —. Verba eius, e vetuſtiore authore ſine dubio hauſta, haec ſunt: *Konigh Wedekint to Engeren, eyn Hertogh to Saſſen de nam Koningh Syfrides ſuster to Denemark* — — *Vnde ſe het* Geva; *de telde ome twey kinder, eynen ſone de het Wypert*, — —. GEVAE nomen, quod uxori Witechindi tribuitur, non diverſum est ab illo GERBERGAE, quod in filia Ludolfi repetitur". Diſertius etiam ALBERICVS *Chronic.* ad a. 986. p. 26. *Regnat in Burgundia Rex nomine Conradus. Huic Conrado Rex Francorum Lotharius dederat ſororem ſuam Mathildem — de qua genuit Rodulphum II. et ſororem ſuam* GEPAM, *matrem Imperatricis Giſilae.* Atqui hanc *Gepam* ſive *Gevam*, *Giſelae* matrem, *Gerbergam* dici, ſatis notum est. Cf. l. l. ALBER. a. 1024. p. 57. Fuit hoc *Gerbergae* nomen hoc ipſo quo vixit ſeculo in Regia et Imperatoria, aliisque Regali ſtirpe oriundis, fami-

fiam 57), inftituens ibi fanctimonialium vitam, et offerens Deo primitiva dona ad eundem locum, in *Fronla* 58) manfus 59) VIIII. in

miliis adeo familiare, et ufitatum, ut vix aliud nomen magis. *Gerberga* vocabatur *Henrici Aucupis* filia, quae nupfit *Godefrido* Duci Lotharingiae, eoque a. 939. defuncto, iterum *Ludovico transmarino*, cuius Ludovici filiam *Hildegardin* nupfiffe Comiti noftro, huius *Gevae* filio, *Theoderico* II. volunt Annales Hollandi. Habuit etiam *Henricus* hic *Auceps* uxorem *Machtildin*: quo nomine *Walgerum* Gerbergae ex marito *Theoderico* I. fratrem *matrem* habuiffe, refert JO. A LEID. *Chron. Belg.* L. V. C. 36. p. 92. Habuit idem *Ludovicus transmar.* filiam, *Albradam* nomine, ut habet D. BLONDEL *Gen. Franc. plen. aff.* T. I. fol. LXXII. *. 3. in tabula: cuius nominis *Albradam Walgerus* nofter etiam uxorem habuit. Vnde fi non ipfa horum cognatio elici poffit, fatis tamen evincit, uxorum Comitum noftrorum nomina his regiis familiis haud fuiffe incognita. Sed de his plura dicam in *Differtat. Critico-Genealog.* N°. II. Nunc tantum moneo, videri hanc *Gevam* five *Gerbergam*, primi noftri *Theoderici* uxorem, fuiffe filiam *Pipini* Comitis Sylvanectenfis, neptem *Pipini* Comitis ex ftirpe Carolingica.

57) *Ligneam conftruxit Ecclefiam*] Hanc *Ecclefiam* non a Theoderico I. fed iam antea fuiffe conftructam, multa funt quae fuadent. Id ipfe auctor haud obfcure innuit ad a. 684. *S. Adalbertus in loco — Ekmunda — usque ad tempus Karoli bellicofi Ducis manfit — in eademque villa fepultus est. Super cuius fepulcrum fideles* ECCLESIAM *conftruxerunt, quam a Danis faepius conftat effe deftructam. Dei tamen providente gratia inibi* SEMPER *aliquis remanfit, qui corpus Sancti viri honeste fervavit.* En igitur originem *Ecclefiae* in honorem S. Adelberti Ecmundae fec. VIII. fundatae. Congruit AVCTOR *Vit. S. Adalberti* C. 7. *Supra quod conftruentes Ecclefiam in quantum rudes adhuc talium rerum poterant, eius frequentabant memoriam; fed Normannicae irruptionis impetu ipfa* ECCLESIA *faepius diruta.* Vidit hoc etiam V. D. VAN LOON ad *N. Kolinum* p. 220. Res fatis apparet ex Charta *Caroli Simplicis* a. 922. qua huic *Theoderico* conceffit ECCLESIAM *Ecmunde cum omnibus ad eam iure pertinentibus a loco Suitbardeshage usque ad Fortrapa et Kinheim*, quae verba minime indicant, fundatam hanc Ecclefiam a Theoderico I. fed iam fundatam fuiffe, cum a Rege traderetur; uti id ipfum recte obfervavit DN. ECCARDVS Opufc. VI. de *Familia Billungana*, T. IV. *Origg. Guelph.* p. 575. Quod igitur hic auctor dicit, Theodericum *ligneam conftruxiffe Ecclefiam*, id intelligendum erit de inftauratione eiusdem Ecclefiae, quae iam tunc, quum *Theoderico* a Rege in proprium donabatur, tam egregias Donationes et bona poffidebat, nempe ab *Suitbardeshage* usque ad *Kinheim*; ex quibus proinde facilis erat inftauratio. Recte igitur Editor *Act. SS. Mens. Aprili* Tom. III. fol. 758. ab G. VAN LOON citatus ait: *quos* [Theodericos] *potius reftauratores quam primos fundatores mallem dicere, perfuafus iam inde a tempore Ludovici Regis, aut etiam citius, facrarum alterutrius fexus perfonarum ibi fuiffe congregationem aliquam.* Deleantur igitur fcommata, quae propterea tam liberaliter in G. VAN LOON profudit Dn. HVYDECOPER in *not.* ad AEM. STOKE T. I. p. 238, 239. Refutare enim ea pudet, quae nihil probant. Locum antea *Hallem* dictum fuiffe, confentit ipfe V. D. T. I. p. 6. non tamen fine criminatione G. LOONII.

58) *Fronla*] Haufta haec funt ex Charta anni 1083. in *Cod. Probb.* ubi tamen *Franla*. Alibi est *Fraulo*, *Vronlo*, etc. M. STOKE Lib. I. vs. 483. ex hoc loco *Vroonlo*. Cf. AL-

in *Alcmer* 60) mansus II. in *Callinge* v medietatem totius possessionis persolventem w singulis annis XIIII. libras. Hic genuit filium

 Theo-

v *Forenla* n. 8. *in Alcmaer mans.* 2. *in Caligem* Sw. Ma. w *Persolvendum* Sw. —*tum* C. M. *tem*— de manu Scriv. Ma. et Ann. Egm.

ALTING. *Notit. Germ. Infer.* T. II. p. 192. in V. *Vronlegeist*, qui ineptam de *Vrona* Principe Frisiae urbe fabulam recoquit, confutatam satis a. 1714. a viro industrio SIMONE EIKELENBERG *gedaante en gesteltheid van Westfriesland voor den jaare* MCCC. *en tessens den ondergang van het dorp Vroone* etc. 4°. Alcmar. Vnde autem haec nata sit fabula, videre mihi videor. Exstat in Charta Diederici V. a. 1083. f. in Probb. h. a. locus *Vronanstat*; qui tamen etsi hinc diversus arreptus forte a sciolis est ad *urbem Vronam* sive *Veronam* fingendam. *Stat* enim et *locum*, et *urbem* significat.

59) *Mansus*] *Mansus* viro Teutonico dicitur *een Hoeff*, JO. A. LEID. ibid. C. 7. MATTH.

Mansi vocis denominatio medio aevo non semper uno eodemque sensu adhibita fuit, uti a multis observatum. Saepe denotat *fundum* seu *praedium*, unde quis se et familiam suam alere et tueri commode possit. Interdum *Aedes curiales*, seu *aedes* vel *hobas* in Manso; tum ipsam universam *curiam*, etc. Conferri de Origine variisque his *mansorum* significatibus, praeter DV CANGE et CARPENTIER, etiam possunt BANGERT. *not.* ad HELMOLDI et ARNOLDI Chronicon p. 29. 4°. SICCAMA in *not.* ad LL. FRISON. a GAERTNERO editis p. II. WESTPHALEN *Monum. ined.* T. II. p. 23. (d). BVCHEL. ad HED. p. 68. (h). MATTH. *de Nobil.* L. IV. p. 1075. Inter plures tamen hos significatus ille frequentissimus fuisse videtur, qui definitum quendam agrorum numerum denotat. Quia vero haec *agrorum* finitio et mensura pro diversitate locorum valde differebat, non potuit non fieri, ut mansi multis in locis aequali agrorum numero discreparent. Vnde fortasse recte cum MATTHEO definiveris *mensuram terrae, quae et maior et minor pro agri cuiusque commodo atque opportunitate.* Vnde alibi 12. alibi 30, 60, iugerum numero constitit. Sola itaque *mansi* mentio nulla mensurae determinatione adiecta, agrorum magnitudinem raro recte indicare potest. Distingui debent *loca*, *aetates*, *conditiones terrae*. Hinc quum FRIDERICVS *Archiepisc. Hamburg.* a. 1106. Hollandos quosdam in Dioecesin suam Bremensem reciperet, eisque *mansos* colendos per Privilegium suum concederet, mensuram *Mansi*, *ne discordia*, inquit, *in posterum in populo haberetur*, prudenter ita definivit, ut quilibet *mansus septingentas et viginti in longitudine*, *in latitudine vero* XXX. *regales virgas haberet cum rivulis terram interfluentibus.* Ipsam Chartam exhibet LINDENBROG. in *Scriptor. R. G. Septemtrion.* p. 170. eandemque pluribus explicat J. EELKING Dissert. Histor. Iur. *de Belgis Seculo* XII. *in Germaniam advenis variisque institutis atque iuribus ex eorum adventu ortis*, Goetting. 1770. p. 6. sqq. p. 175. sq. Hinc factum, ut haec vox sua saepe Synonyma habuerit, *hoba* (nobis *hoeve*), *iugerum*, *ager*, et similia. Cf. etiam V. D. HVYDEC. ad M. STOKE T. II. p. 590. sqq. qui, etsi in reliquis bene docere videtur, *mansum* dictum esse a *mensura*, et indefinitam terrae magnitudinem significare, perperam tamen Viros DD. VOSSIVM et CANGIVM harum rerum callentes in eo reprehendit, quod hi *mansus* et *mansio* pro Synonymis habeant. En diserte Charta FRIDERICI l. l. a. 1106. *Mansi vero mensione ne discordia — haberetur; quae mansio in longitudinem — habet regales virgas.* Contra haec omnia tamen assurgit alter *V. Doct.* in Praefat. ad Tom. III. *Codic. Diplom. Laurisham.* (d.

Theodericum 61) nomine, et felici ave [x] defunctus sepultus cum coniuge sua in eodem monasterio.

DCCCLXXXII. *Karolus* frater [y] *Lodewici* 62) in Imperatorem benedicitur.

DCCCLXXXIIII.

[x] i. e. *auspicio*, sed praestat *fine* Scriv. Sw. *Felicis animae* idem ad C. M. *Fine* Sw. Ma. C. Burg. [y] *Filius* Ma.

(d. 3.) per hanc vocem denotari *agri mensuram* denegans; quippe cui *mansus* proprie est *mansio* sive *habitatio rustica vel simplex vel cum aliis aedificiis, cum horto, pomario plerumque, nonnunquam cum agro aut vinea pro magnitudine sua coniuncta.* Ego vero utramque sententiam coniungi, facile patior. Simul enim stare possunt.

60) *Alcmer*] Vrbs hodie Noordhollandiae princeps, satis nota, quo in loco iam a. 977. a Comite *teloneum* exigi solebat. vid. h. a. *Callinge* vero vicus ad Borealem *Sipae* partem ad mare, hodie dictus *Callandsoog*, brevius *'s Oog.* Cf. HVYD. ad STOK. I. p. 54 qui *Altingium* iure reprehendit. Addi possint ANNAL. EGM. Cap. VII. p. 7.

61) *Theodericum*] Est hic *Theoder.* II. qui a. 988. obiisse infra narratur. Reiici autem debet ad sequens seculum, nec collocari hoc anno 878. sed post parentem, qui a. demum 922. a Rege Carolo Simplice fuit donatus.

62) DCCCLXXXII. *Karolus*] Imo anno DCCCLXXXI. Annal. Metenses. *Anno Dominicae incarnationis* DCCC. LXXXI. *Carolus de Alemannia egressus Longobardorum fines occupavit, ac in paucis diebus totam Italiam in deditionem accepit. Et Romam perveniens à Praesule Apostolicae sedis Ioanne et Senatu Romanorum favorabiliter exceptus cum magna gloria Imperator creatus est.* Et hic Carolus Crassus est.

MATTH.

Nulla alias huius Ludovici mentio in Chronico; unde forte orta mutatio in *filius Ludovici.* Vtrumque bene. *Carolo* enim frater fuit Rex *Ludovicus* II. filius itidem *Ludovici* Germaniae Regis, nepos Ludovici Pii: qui a. 854. Aquitaniae Rex factus, ANNAL. BERTIN. ad h. a. hoc demum a. 882. 17. *febr.* Rex German. obiit. Sic enim melius REGINONE habet HERMANN. CONTRACT. Ed. Canis a. 882. „Cometa ultra modum comas spargens XV. cal. febr. visus. Ludovicus Rex Germaniae, crescente morbo XIII. cal. febr. defunctus". Cf. ECCARD. *Rer. Franc.* II. p. 661. Huius Ludovici frater *Carolus Crassus* hic innuitur, qui anno quidem 881. in *Epiphania Domini* a Iohanne Papa Imperator est coronatus et unctus, testibus ANN. MET. REGIN. HERM. CONTRACT. ANNAL. SAX. a. 881., sed defuncto quem dixi Ludovico II. German. Rege seq. anno 882. ex Italia evocatus in Comitiis Wormatiensibus mense maio ab omnibus Germaniae Lotharingiaeque Proceribus in Regem susceptus est. Vid. ANN. FVLD. et REGINON. ad a. 882. Mortuo deinde a. 885. Galliae Rege *Carolomanno* Carolus Crassus etiam Galliae Rex dictus. Vid. *Praefat.* CHRONIC. FONTAN. in *Carolomann.* Adeoque *Crassus* solus tunc omnia haec Regna tenuit, in quibus et *Frisiam*, Lotharingiae accensitam. Sed quum huic oneri ferendo esset impar, et misera uteretur valitudine, a Regni Proceribus est relictus, depositus, et eius in locum Rex creatus *Arnulphus* Naturalis Carolomanni filius tunc Rex Baioariae, adeoque Caroli Crassi patruelis. Factum id mense Novembri a. 887. Vid. REGINO, ANNAL. FREHER. cett. Hanc vero depositionem 7. tantum hebdomades supervixit, obiitque mense Ianuar. a. 888.

Et

DCCCLXXXVIII. *Karolus* 63) Imperator, tertius huius nominis et dignitatis obiit. *Gerolfus* [z] *Comes* 64) *Fresonum* ab *Arnulfo* Rege Francorum quasdam res Regiae potestatis et iuris in proprietatem suscepit [a].

DCCCXCIIII. *Bruno* [b] 65) ex Comite Abbas *Cluniacum* coenobium construxit.

DCCCXCV. *Wido* [c], qui Italiam 66) regebat, et Imperatoris no-

z *Theroltus* Ma. *Teeroltus* Sw. *Teerolphus* C. Burg. a Sw. Ma. hic inserunt: „ DCCCLXXXV. *Theodericus secundus Comes* — — .. quae magnam partem suo loco leguntur a. DCCCCLXXXV. b „ Immo *Odo*, ut infra mox". Sw. ad marg. „ Scribe *Berno* S. S. Sed is sui oblitus, ad C. M. „ *Bruno* etiam Schottus. Infra mox *Odo*". Ma. *not.* „ Scribendum *Benno*, non *Bruno*.. Vid. Eius Vit. in *Biblioth. Cluniacens.* pr. Coenobium habent Burgundi".. Douza ad C. M. „ Chronica S. Stephani Cadomiensis Normannica p. 10. anno DCCCXCIV. Initium regni Caroli pueri. Huius miles Haganus".. Quae spectant ad res Caroli Simplicis.. c *Guido* Sw. Ma. C. Burg.

Et sic recte statim Noster, modo mutata nota I. in V. scribatur DCCCLXXXVIII.

63) DCCCLXXXIIII.] Imo Ann. 888. Annales Metenses: *Anno Dominicae incarnationis* DCCC. LXXXVIII. *Carolus Imperator tertius huius nominis et dignitatis obiit pridie Idus Januar. sepultusque est in Augea monasterio.* MATTH.

Et sic voluisse Nostrum, satis indicat adiecta mentio *Gerulfi* Comitis, qui circiter hoc temporis, a. nempe 889. haec Bona acquisivit. Vid. ipsum Diploma in *Cod. Probb.* ad a. 889. Add. AEM. STOK. T. I. p. 89.

64) *Gerolfus Comes*] Contigit hoc a. 889. ut docet Charta in Probb. h. a. Fuit hic *Gerulfus* pater Theoderici I. Comitis Hollandiae per prolepsin sic dictae; de quo eiusque bonis agam *Dissert.* XII. *de Alodiis Comitum.* Debuisset autem hic *Gerulfus* et eius donatio antecedere mentionem *Theoderici* Comitis; de quo a. 863. Verum ortus hic in Chronicis nostris error ex eo est, quod *Theoderici* Com. donatio ex Charta Caroli collata sit in annum 863. quae coniici debuerat in a. 922. ut in *Dissert.* I. *Chronologico — Diplomatica* fusius probaturus sum.

65 *Bruno*] Legendum *Berno*. De hoc autem *Bernone*, primo Abbate Cluniacensi, deque ipso Coenobio plura vide SAMMARTHAN. *Gall. Christian.* T. IV. p. 1117—1123. Obiit *Berno* a. 927. Id. Ian. ibid. p. 1123. B. Vnde autem factum sit, ut Auctor huius Chronici sermones instituat de hoc *Bernone* Cluniacensi, ignoro. Maxime vero simile est, eum incidisse in huiusmodi scripta, quae propius Cluniacum spectabant, vel certe ex eodem hausisse fonte, quo SIGEB. GEMBL. In multis enim rebus cum SIGEB. pari passu ambulat, quamquam in verbis, interdum et annis, discrepat. Sic de hoc *Bernone* ad a. 895. SIGEBERTVS: *Hoc tempore claruit in Burgundia Berno ex Comite Abbas Gigniacensis Coenobii a se fundati, qui etiam ex dono aviae* [*l. Avae*] *Comitissae construxit Cluniacum Coenobium in cellam Gigniacensem.* Memorat Noster etiam a. 937. Mortem *Odonis* secundi, non *primi*, Abbatis Cluniacensis, itidem ex SIGEBERTO, quamquam errabundo.

66) *Wido, qui Italiam*]. Filius hic Lamberti Ducis Spoletani. Pulso Italia Berengario, qui et ipse Imperium ambiebat, ab Italis dictus Imperator, ut Ann. Metenses, Ann. 888. Obiit non ut Auctor Ann. 895. sed anno qui praecessit, ut iidem Annales. Quo et statim, postquam obiit

nomen [d] tenebat, moritur. *Lambertus* filius eius regnum optinuit; et Romam veniens diadema Imperii a praesule sedis Apostolicae sibi imponi fecit.

DCCCXCVII. [e] *Arnulfus* Rex Francorum 67) Romam veniens urbem armis cepit, et a *Formoso* Papa Imperator creatur.

DCCCC. Obiit Sanctus *Odilbaldus* 68) Episcopus Traiectensis; cui successit *Ratbodus* 69).

DCCCCI. Obiit *Arnulfus* Imperator. *Lodewicus* 70) filius eius in regnum successit.

DCCCCXII.

[d] *Nomine* Sw. Ma. Burg. [e] DCCCXCVIII. Ma. cui *armis* mox deest: sed statim *coronatur*.

obiit, successit filius Lambertus. Lambertum expulit Arnulfus creatus Romae Imperator Ann. 896. ut Annal. Metens. Contra ut Auctor, quem sequitur Hepidannus monachus S. Galli, Ann. 897. Filius hic Carolomanni, nepos autem Ludovici, fato functus Ann. 899. ut Annal. Metens. ut Auctor Ann. 901. relicto filio Ludovico. Guilielm. de Nangis ad Ann. 887. et Annal. Metens. ad d. Ann. 899. De Ludovico autem Hatto Archiepiscopus Moguntinus in charta, quae adiecta est Chronico Reicherspergens. *et quia timor magnus aderat, ne solidum Regnum in partes se scinderet, divino, ut credimus, instinctu factum est, ut filius senioris nostri quamvis parvissimus communi consilio Principum et totius populi consensu in Regem elevaretur.*

MATTH.

67) *Arnulfus*] Est hic idem *Arnulfus*, qui *Gerulfum* Comitem nostrum a. 889. donavit largiter. Habent cum Nostro eadem REGINO et HERM. CONTRACT., sed a. 896. Creatus enim Imperator est d. 27. Febr. huius anni. Vid. ECCARD. *Rer. Franc.* II. p. 766. sq.

68) *S. Odilbaldus*] Idem REGINO a. 899., qui tamen cum Nostro aliisque, in quibus MABILLON. *Ann. Bened.* fallitur, quod *Odilbaldo* successorem dat *Radbodum*. Inseri debet *Egilboldus*, quem etiam agnoscunt HEDA et BEKA, nec non Charta Regis Zuentiboldi. Omissionis ratio cum *Buchelio* inde derivanda videtur, quod *Egilboldus* per 6. tantum menses, vel, ut alii, 10. Episcopatum tenuit, morte praeventus. Obiit autem d. 25. Sept. Vocatur *Egilbertus* in Vita Episc. *Radbodi* T. VI. SS. Surii. Vid. BATAV. SACR. p. 118. sed standum, puto, Chartae Regis Zuentiboldi, quae *Eylboldum* vocat, quod idem est ac *Egilboldus*: uti *Einhardus* et *Eginhardus*, *Meinfridus* et *Meginfridus*, *Reinerius* et *Regnerius*: ne alia accumulem.

69) *Ratbodus*] Radoldum vocat perperam Regino ad Ann. 899. *Ea tempestate Odilbaldus Sanctus vir Traiectensis ecclesiae Praesul, rebus humanis sublatus, ad coeleste Regnum transivit, in cuius loco subrogatus est Radoldus venerabilis antistes.*

MATTH.

Frequens horum nominum confusio. Fuit hic *Radbodus* ex regia *Radbodi* Stirpe Frisiaca prognatus, qui Rex et ipse alibi *Ratboldus* dictus est.

70) *Arnulfus — Lodewicus*] Obiit Arnulphus VI. *Idus Decembr.* a. 900. etsi de anno et die mortis multum variant scriptores. Cf. tamen STRUV. *Corp. Hist. Germ.* in *Arnulfo* §. VI. p. 244. *not.* 36. Successit uni-

DCCCCXII. Obiit *Lodewicus* Rex 71). *Conradus* succesfit f.

DCCCCXIII. *Walgerus* Comes, nepos Imperatoris 72), his diebus magnus habebatur 73).

D DCCCCXVI.

f Haec omittunt Sw. Ma. Burg. ab a. DCCCCXII.

unicus filius *Ludovicus* IV. qui quum septennis esset, quippe natus a. 893. hinc *puer* vel INFANS dictus. Obiit a. 911. ultimus ex linea Carolingorum directa apud Germanos, sine liberis exstinctus, uxore *Machtildi*. Vid. STRVV. in *Ludovico* §. IV.

71) *Lodewicus Rex*] Etsi alii cum Nostro a. 912. prae se ferunt, ut ANN. HILDESHEIM. et LAMB. SCHAFNAB. vid. tamen de a. obitus 911. STRVV. *Corp. H. Germ.* in *Ludov*. §. IV. *not*. 19.

72) *Walgerus Comes, Nepos Imperatoris*] Haud dubie latet error hic. Ludovicus filius Arnulfi sine prole decessit. Ann. DCCCC. XI. Regino ad d. Ann. et Annal. Metens. *in fin*. Successit Conradus, qui et ipse obiit sine prole. Ann. DCCCC. XVIII. ut Regino *ibid*. ut Sigebert. Gemblacensis Ann. DCCCC. XIX. Fuit scio Waltgarius Comes, Oddonis nepos Regis Galliarum, sed hic Regi rebellis plexus capite et exstinctus iam Ann. 892. ut Regino ad eum Ann. et Annal. Metens.

MATTH.

Nescio quid hic sibi velit MATTHAEVS, nisi quod forte Vocem *nepotis* ex aurea latinitate pro *filio ex avo* acceperit, quum nihil aliud notet quam *filium ex fratre vel sorore*. Immo vox *Nepos* hoc aevo latius accipitur. Verum quoquomodo accipias, egregius est hic locus, unde constet, *Walgerum* Comitem Teisterbantiae, *Gerulfi* filium, ac *Theoderici* nostri primi Comitis fratrem natu maiorem *Imperatoris* fuisse *Nepotem*, id est, *ex fratre vel sorore filium*; saltem cognatione Familiae Regnatrici iunctum; et *his diebus magni nominis* exstitisse *virum*. Observavit iam hoc SCRIV. ad *Cod. Meerm*. „ Nota, inquit, de Walgero „ Comite, Imperatoris (Arnulfine an Lu„ dovici?) nepote". Dubitabat SCRIVER. sitne *Arnulfus* an *Ludovicus*. Et recte dubitat. Sed nunc maius dubium, sitne *Conradus* an *Ludovicus*, an vero, qui modo dictus est *Imperator*, *Arnulfus*. Num *Conradus*, cuius ad a. praeced. 912. et post paullo ad a. 917. adhuc mentio, *Imperatorio* titulo fuerit insignitus, dubitant Docti. Docet quidem STRVV. in erudita nota 9). ad *Corp. Hist. Germ.* in *Conrado* I. §. 3. Imperatorem hunc dici nulla potuisse ratione, quum nec Germani adhuc ius haberent in Imperium Romanum, nec ipse a Romanis vel evocatus neve Imper. fuerit; praeterea ipsum *Conradum* in Diplomatibus *Regis* tantum titulo uti: qualia exstant apud W. HEDAM Episc. Trai. p. 72. CAR. L. TOLNER *Cod. Dipl. Palat.* N°. XVI. p. 12. aliosque. Habeo tamen quod opponam. Quum enim ab ipsis antiquis et imprimis eius coaevo DITMARO L. I. p. 325. l. 18. hic *Imperator* vocetur: hinc non est, quod ex Chronici Nostri *Imperatoris* voce pro certo concludas, non ab illo quidem *Conradum* posse innui. Aliud est, non iure eo titulo gavisum fuisse; aliud ita a quodam Scriptore vocari: praesertim quum *Walgeri* mentio inter a. 912. et 917. occurrat, quibus *Conradi* meminit. Et tamen minus nunc in *Conradum* propendeo. Ad a. 912. enim Noster simpliciter dixit: *Obiit Lodew.* REX. *Conradus succesfit.* Et a. 917. *Obiit Conradus* REX. Non igitur vero est simile, ut a. 914. per *Imperatorem* intelligatur *Conradus*. Accedit, quod exstat Regis CONRADI Diploma apud HEDAM p. 72. datum *Radbodo* Episcopo Traiectino a. 914. *ad petitionem, quam per Vdonem consangui-*

DCCCCXVI. Obiit *Ratbodus* Episcopus 74).

DCCCCXVII. Obiit *Conradus* Rex 75). *Henricus* Dux Saxonum et Thuringorum succesit.

DCCCCXXXVI.

guineum nostrum, *WALTGERVMque nobis obtulerat.* Vbi *Vdo Conradi* vocatur *consanguineus*, non item *Waltgerus*, qui sine hac propinquitatis nota adiecta hinc ab altero discinguitur et tacite excluditur. Fuit tamen *Walgerus* Regi Conrado familiarissimus iuxta atque Vdo. Hoc docet ipsa Charta. Et fieri potest, ut inter *Walgerum* et hunc *Vdonem*, qui Regis Conradi patruelis erat, aliqua vel cognatio vel affinitas intercedat. Habuit *Vdo* uxorem filiam *Heriberti* Veromanduorum Comitis, filii Pipini, et fratris *Pipini* Silvanectensis Comitis, cuius *Pipini* Silvan. filia *Geva* sive *Gerberga* nupsisse videtur *Theoderico*. I. huius Walgeri fratri. Quod si coniectura licet uti, quum constet, Walgero fuisse uxorem *Alberadam*, haec fortasse filia itidem fuerit Heriberti I. Com. Verom., unde *Walgerus* et *Vdo* ex uxoribus fratres fuerint. De integra re, et *Imperatore* alibi fusius.

73) *Magnus habebatur*] *Magnus* hic habitus dicitur *Walgerus*, cuius auctoritatem et florentem apud Imperatores et inter Regni Proceres gratiam indicabo in *Dissert. Crit.- Genealog.* II. Sed altum hic est de eius fratre Theoderico I. Com. Hollandiae silentium, qui a. 922. tamen eximie a Rege Carolo Simplice est ditatus. Vnde videas, in quanta Epochae priorum Comitum nostrorum ignorantia vetusti nostri Scriptores sint versati. *Walgerus* a. 914. honoribus in aula floruit, ita ut apud Regem pro Episcopo Traiectino intercederet. Immo a. 898. ipsum *Fresiae Ducem* occidere sustinuerat; ut in Chronicis memoratur. De Theodericis vero I. et II. patre et filio, ab a. 868—980. nihil habent. Hinc quoque arguas, *Walgerum* natu fuisse maiorem, *Diedericum* vero, etsi iam a. 922. inter Regni Proceres insignem, tamen ab hoc demum anno 922. stabilire coepisse suam auctoritatem et potestatem, exordio sumto a fluvio *Rheno* usque ad Suithardeshagen (ubi Pater Gerulphus Comitatum habuerat), inde a Suithardeshaga sive Hillegomensi tractu ad Kinnemariam, Westfrisiam, Egmundam, Hornam — —. Vide quae ex Chartis docui *Dissert. Geneal.* N°. II. sub *Gerulfo* et eius *liberis*.

74) DCCCCXVI. *Ratbodus*] Ex MABILLON. et PAGII sententia obierit Radbodus a. 918. ECCARDVS vero *Rer. Francic.* II. p. 859. in *Necrologio Fuldensi* testatur legi: DCCCCXVII. *Ratbodo Episcopus*, *Hoger Archiepiscopus*, quem annum etiam habent BEKA et HEDA. In diem consentiunt, fuisse III. *Cal. Decembr.* De eius scriptis vide BVCHEL. ad BEK. p. 33. (b). et HED. p. 72. Hunc testantur BEKA et HEDA, prima aetate *ad Caroli Regis Francorum*, *inde ad Ludovici eius filii aulam se contulisse; non quod Palatinos ambiret honores*, *sed quod intra Regis Palatium liberalium disciplinarum studia praeclare colerentur*, ut habet AVCTOR ANON. in *Radbodi Vita* a MABILLON. Sec. V. *Ann. Bened.* edita. Errat tamen HEDA, quod *Carolum Crassum* nominat. Innuitur *Carolus Calvus*, qui filium ac regni heredem *Ludovicum Balbum* habuit. Regnavit *Calvus* ad a. 877. et eius filius ad a. 879. Igitur iam ante a. 877. Palatio se addixerat. Anno vero 900. demum Episcopus factus est. Eius mater fuit soror *Waldradae*, celebratissimae illius pellicis Lotharii Regis Francorum. *Guntharius* enim Archiepisc. Coloniensis, qui *Waldradae* frater erat, vocatur *Avunculus* huius Radbodi. Vid. *Batav. Sacra* p. 119. et in *Edit. Belg.* not. (2) p. 159.

75)

DCCCCXXXVI. [g] *Henricus* 76) Rex migravit ad Dominum. *Otto* filius eius succesſit.

DCCCCXXXVII. Obiit *Odo* 77), primus Abbas Cluniacenſium.

DCCCCLXVI. Corpus Sancti *Ponciani* 78) perlatum est Traiectum.

DCCCCLXVIII. *Otto* iunior a patre 79) evocatus [h] Romam benedictionem Imperialem ſuscepit.

DCCCCLXXII. *Otto* Imperator Ottoni filio ſuo *Theophanam* filiam *Theophanii* 80) Regis Graeciae in matrimonio ſociavit.

DCCCCLXXIII. *Otto* ſenior Imperator obiit. *Otto* ſecundus imperavit annis decem [i].

 DCCCCLXXVII.

[g] —xxxv. Sw. Ma. Burg. Mox Sw. Ma. *Otho*, et ſic ſemper. [h] *Otho minor a Papa patre evoc.* Sw. Ma. Mox *matrimonium* Ma. [i] *Otho ſenior Imp. imperat annis* x. Sw. Ma. Burg. omiſſis mediis. *Obiit* deerat Cod. Meerm.

75) DCCCCXVII. *Obiit*] Error est in calculo. Obiit enim Rex *Conradus* in fine anni 918. ut ſatis conſtat. De eius ſepultura, utrum *Fuldae* an *Weilburgi* Nasſoviens. ſepultus iaceat, vide plura monentem STRVV. *Hiſt. Germ.* ſub *Conrado* in fine, imprimis *not.* SCHEID. ad *Origg. Guelphic.* ECCARD. T. IV. Opp. *Opuſc.* I.

76) *Henricus*] Est hic *Henricus*, quocum noſtris *Comitibus*, nec non Epiſcopis Traiectinis magna interceſſit conſuetudo; ut alibi fuſius dicetur.

77) *Odo*] Est hic celeber ille *Odo Cluniacenſis*, Sanctitate clarus. Sequitur autem Noſter SIGEBERTVM, errabundum tamen. Obiit enim *Odo* a. 942. et *ſecundus* Abbas fuit Cluniaci, non *primus*. De quo ſi conſulas, quae habent SAMMARTHANI *Gall. Chriſtian.* Tom. IV. p. 1123—1126. non plura, puto, deſideres.

78) *S. Ponciani*] Hoc factum non a. 966. ſed a. 964. nec ſolum *S. Pontiani* est tranſlatum, ſed et corpora SS. Vrbani Papae, Benigni Epiſcopi et S. Agnetis. Sic PAGIVS *Critic.* T. VI. ad a. Chr. 964. et ex eo pluribus *Auctor* BATAVIAE SACRAE in *Baldrico* p. 121. b.

79) *Otto iunior a patre*] Leg. *à Papa et patre.* Sigebert. Gemblacens. ad h. Ann. *Otho minor à patre evocatus Romam à Joanne Papa in Imperatorem benedicitur.* Regino id refert ad Ann. 967. *Interim Papa Joannes,* inquit, *et Imperator Regi Ottoni literas invitatorias miſerunt, et ut cum ipſis ad natalem Domini Romae celebrandum feſtinaret, juſſerunt.* Add. Lamb. Schafnaburg. ad dict. *Ann.* Idem autem Otho iunior Rex dictus iam Aquisgrani Ann. 961. Idem ad d. Ann.

MATTH.

Rectum tenet vulgatum. *Matth.* vitioſe legit *a Papa patre.*

80) *Theophanam f. Theophanii*] Romani iunioris, ut dixi ad JOAN. A LEYDIS T. I. p. 607. *Analect.* (T. II. p. 298. ed. 8.) *Theophanus* aut *Theophanius* Imperator non fuit. LAMBERTVS SCHAFNAB. ſimpliciter tantum ita: *Anno 972. Otthoni iuniori Imperatori miſſa est Theophana ab Imperatore de Graecia.*

MATTH.

De hac *Theophana* confer infra pluribus ad a. 980. *not.* 7. Fuit ea *Romani*, Byzantini Imperatoris filia, *Ioannis* neptis, Nicephorae Phocae privigna. Obiit autem *Otto ſenior*, cognomento *Magnus*, *Nonis Maii* 973.

DCCCCLXXVII. Obiit *Baldricus* 81) Episcopus. *Anfridus* successit.

His temporibus fuit *Theodericus* Comes *Hollandiae* secundus, filius praenominati *Theoderici* primi Comitis, qui paternae devotionis erga Deum [k] et Sanctum *Adalbertum* ferventissimus extitit aemulator. Nam pater eius ligneam, hic lapideam, in honorem eiusdem Sancti magno sumptu aedificavit Basilicam, sanctasque [l] reliquias venustissime fabricato sarcofago recondidit, removens ab eodem loco Sanctimoniales, quae ob asperitatem et molestiam durae gentis *Fresonum* monasticam non potuerunt religionem ducere, instituensque Monachorum vitam, quae adhuc ibi Deo protegente servatur; ad quorum victum obtulit 82) in *Scagen* [m] VI. mansus, in *Haregan* XI. mansus et quartam partem mansus, in *Reniggem* [n] VIII. mansus, iuxta Claustrum II. mansus, inter villam *Elebentem*, *Hemerke* quae nominatur, et *Sutberlem* 83) mansus

k Deest *Deum* Cod. Meerm. *Frequentissimus* mox Ma. *In honore* Sw. Ma. Burg. l *Sanctas* Sw. Ma. Burg. Mox post *removens* addit *Scriv.* ad C. M. „ *Idem Theoder. Sanctimoniales, quas pater eius— instituit*, ex superfluis Sweertii ad a. 885. Mox *dirae* pro *durae* Sw. Ma. Burg. m *Schagen* C. M. *Stagnum* male C. Burg. Sw. Ma. monente eodem. *Ann. Egm.* c. XII. recte *Schagen.* Mox *Harengam* Sw. Ma. *Haringen* Ann. Egm. l. l. qui cetera ex hoc Chronico descripsit, vel ex Charta a. 1083. in Probb. n *Reningen* Sw. *Rinegen* Ma. „ *Reningem* ad Claustrum Egmond. innui, docent Douza et Scriv. ad C. M. Mox XI. — *intra*, et *Elibentem Hemerke* — *Sutberhem* Sw. Ma. Burg. *Ellebentere* Ann. Egm. Reliqua nomina ubique vitiosissime, Sw. Ma. C. Burg. Ann. Egm. Jo. a Leid. etc.

973. non vero ut Noster cum SIGEB. GEMBL. aliisque a. 974. Post quem Otto filius regnavit *per* X. *annos*, obiitque VII. Idus Dec. a. 983.

81) *Baldricus*] De laudibus ac gestis huius Episcopi, pace belloque clari, ac praeceptoris filiorum *Henrici* primi Regis, nempe *Ottonis*, *Henrici*, et *Brunonis*, videndus est AVCTOR *Batav. Sacr.* p. 121 sqq. Errat vero Noster, quando *Baldrico* successorem dat *Ansfridum*, qui demum post *Volcmarum* et *Balduinum* Episcopos a. 994. successit.

82) *Obtulit*] Hae donationes cum locis petitae sunt procul dubio ex *vetustis Registris Abbat. Egmond.* et descriptae forte ex *Charta Dieder.* V. a. 1083., quae, excepta *villa Elebentem*, *Hemerke q. n. et Sutberlem*, eadem habet, etsi non eodem ordine. Ex Nostro vero, servato eodem ordine, sua hausit J. DE LEYD. *Ann. Egm.* p. 10. nec non STOKIVS L. I. vs. 578—597. quamquam in nonnullis adhuc vitiose. Loca autem magnam partem hodie nota sunt.

83) *Sutberlem*] Ita hoc loco distincte scriptum, unde concidit dubitatio in *Tegenwoordige Staat van Holl.* in Haarlem p. 363. (2). Corrupte etiam exstat nomen *Suthrem* in *Catalogo Bonorum Eccl.* HED. p. 65. ubi et *Haralem* iam occurrit. Vtrum vero hic vestigia urbis *Harlemi* in *Sutberlem* conspiciantur, loci situs dubium facit. De *Haralem* alia res est.

84)

ſus IIII. et dimidium, in *Wimna* 84) manſum et dimidium, et ab eodem manſu usque in *Arem* omnem terram cultam et incultam, in agris et in paſcuis, Eccleſiam in *Helgolo*, in *Saxnem* Eccleſiam cum decimatione [o], in *Wallebem* 85) tres manſus, in *Osden* manſus II. et dimidium, in *Limben* manſus VII. et dimidium, in *Sinithan* 86) mans. II., in *Bacchem* mans. III. in *Ordebolla* mans. II., in *Arem* [p] mans. XIII. et dimid., in eodem loco mans. IX., in *Thoſe* 87) manſum, in *Obingem* manſum, in *Hemſtede* manſum, iux-

o *Determinatione* Sw. Ma. qui id videre. p *Manſ. II. in Arem* deſunt Sw. Ma.

84) *Wimna* ſqq.] *Wimna* et *Arem* iuxta Egmondam iacebant. *Aremerſweta*, teste J. DE LEYD. *Ann. Egm.* C. XII. p. 10. *conſiſtit in Auſtrali parte Monaſterii infra Bacchem, et Winnemerſweta exſiſtit in Aquilonari parte Monaſterii prope Winnam, ut patet adhuc in praeſentem diem.* Ex hoc autem dono Monaſterio competiiſſe, et in eiusmodi donis datam intelligi *altam et baſſam*, quam vocant, *Iurisdictionem*, argumento est Charta *Florentii Com.* a. 1283. *ibid.* Cap. XLVIII, ſq. p. 58, 59. ubi testatur, *Wilhelmum de Egmunda* a dicto *Monaſterio feodali iure tenere libere omnem iurisdictionem* ALTAM ET BASSAM *inter Aremerſweet et Winnemerſweet.* Quas terras, p. 59. *Abbas et Conventus per literas* VERAS *primi Comitis et ſecundi Comitis Holl.* oſtendebant, *ipſis debere pertinere.* Id quod *Dominii* nomine occurrit l. l. p. 10. *Ex hoc*, inquit, *patet, quod totam terram in Aremerſweet et Winnem cum* DOMINIO *idem Comes donavit Monaſterio.* Vnde quum Cap. 63. Abbas querelas de Egmundae Dominio coram *Alberto Bavaro* a. 1394. inſtitueret, asſerebat is, *omnem illam terram ſibi pertinere, cum Comites Holl. eam donasſent monaſterio Haecmundenſi, et ab eodem monaſterio ultra* QVADRAGINTA [l. quadringentos] *annos posſesſa fuisſet.* i. e. ante a. 994. Tandem Conventus Egmond., violentia Dominorum de Egmund fatigatus, d. 29. Apr. a. 1396. Alberto Duci tradidit *ſupremam Iurisdictionem excepto iure molendini, et villicationis, excepta etiam terra culta et inculta inter Aremerſweet et Winnemerſweet:* quod ſua charta agnovit *Albertus Dux*, ib. p. 79. *Notum facimus, quatenus noſtri progenitores — — Monaſterio Haecmund. — donaverunt varias iurisdictiones, bona, redditus, decimas, et posſesſiones, et ſpecialiter omnem terram — — cum iurisdictione alta et baſſa.* Quae quidem propterea tam multis adſtruo, ut perſpiciatis, quam vim huiusmodi donationes habuerint, et quomodo ex ſimplicibus his donationibus ſumma illa iura in alios transierint, ac varia Dominia ac Dynaſtiae natae ſint; ut nunc de *Ambactarum* Dominis nihil dicam. Ad nomen loci quod ſpectat, in Charta Diederici a. 1083. vocatur *Wimnon*, hodie *Wimmenum*; et pro *Arem* legit *Heram.*

85) *Wallebem*] Vbi ſitum, ignoraremus, niſi adiuvarent ANN. EGM. p. 10. *in Wallesbem, qui locus est Wimna, manſus* III. Per *Helgolo* intellige hodiernum Heilo; *Saxnem* est Sasſenheim, ſeu Sasſum; *Limben*, Limmen, cett.

86) *Sinithan*] Lege *Smithan*. Sic Charta Dieder. V. a. 1083. alii aliter. Vid. ANN. EGM. p. 10. *Bacchem* est iuxta Egmundam.

87) *Thoſe*] Ne confundas cum *Thoſa*, Eccleſia S. Mariae prope Brugas in Flandria, de qua vid. MIERIS *Chartenboek der Graven van Holl.* T. I. p. 136. a. 1201. et p. 140. a. 1204.

iuxta flumen *Bamestra* mansum, inter [q] rivulum *Sculingleke* 88) et *Hureslede* mans. IIII. una cum piscatione, in *Velsen* mansus VI. et altare eiusdem Ecclesiae, a nona 89) usque ad nonam in festivitate [r] Sanctae Agathae, in *Forbolte* Ecclesiam cum decimatione et *Nortgam* 90) cum decimatione; in *Alcmare* omne *Thelonium*.

Huius *Theoderici* legitima coniux, *Hildegarda* 91) nomine, omni bonitate et morum honestate [s] praefulgens, obtulit Sancto Adalberto inter alia dona Tabulam, auro 92) gemmisque preciosissimis

q *Intra* Sw. *iuxta* Ma. qui et Burg. modo *Kemestra*. Ma. mox *Herestede mans.* I. r *A nona usque ad nonam in festivitatem* Sw. Ma. *Nona* etiam Burg. Mox recte *Nortgam* C. Burg. s Tres voces desunt Sw. Ma. Burg.

1204. Neve illum locum cum ALTING. T. II. p. 172. quaeras inter *Egmundam* et *Castercbemum*. Est *Does*. Vid. ad a. 988. *not.* 18.

88) *Sculingleke*] STOKIVS L. I. vs. 590. videtur *Sculing-beke* legisse; sic et *Ann. Egm.* p. 10. *Sculenbeeck*. Sed melius noster ex Charta Died. a. 1083. Postquam autem *flumen Bamestra* (hodie *de Beemster*) hunc terrae tractum in lacum convertit, qui postea tamen iterum aquis siccatis in fertilem agrum mutatus est, hinc haec rivulorum nomina *Sculingleke* et *Hereslede* penitus evanuerunt. Non satis ad rem sunt, quae notavit ALTING ad V. *Schulingbeek*.

89) *Altare eiusdem Ecclesiae a nona*] Vide quae ad haec verba notavit MATTH. ad *Ann. Egm.* p. 182. sq. Ratio autem, cur *a nona* sic exprimatur, videtur latere in more huius aevi. Solet enim ab *Vespere* praecedentis diei integer dies per 24. horas numerari. Sic in Concilio Francof. §. 19. a. 794. decretum de Dominica: *ut dies Dominica a vespera usque ad vesperam servetur.* Cf. DVCANG. *Glossar.* in V. *Dominica*.

90) *Nortgam*] Excidit vox *Ecclesia*, ut docet Charta Dieder. a. 1083. vel ex prioribus intelligenda. *Nortga* hodie est *Noordwijk*; *Forbolta* ibidem *Voorbout*.

91) *Hildegarda*] Haec *Hildegarda* fuit *Wigmanni* Senioris, Comitis Gandavensis I. filia, Hermanni Billungi ex fratre neptis; unde huic *Theoderico* Hildegardae marito *Forestum Wasda* et *Comitatus Gandavensis* accesserunt: ut pluribus probabo in *Dissert. Critico-Geneal.* II.

92) *Tabulam auro* —] Mirificam hanc tabulam pluribus descripsit W. HEDA p. 90. Erant in illa, eodem teste, depicti S. ADELBERTVS et S. BAVO, duo patroni Ecclesiae cum *Egmundanae* tum *Gandavensis S. Bavonis*. Hanc *Tabulam* eiusque *gemmas pretiosissimas* pluribus descripsit M. STOKE L. I. vs. 603—625. male ob id reprehensus ab Docto nupero Editore p. 67. Nullus enim dubito, quin STOKIVS suo adhuc aevo hanc Tabulam oculis usurparit, de qua testatur L. I. vs. 609.

Men vint int Romsche rike clene
Dies ghelike diere stenen
Als in ghene taefle staen.

Quin suo adhuc aevo *lapis* OSTVLANVS conspiciebatur in hac tabula. Vid. vs. 620. id est seculo XIV. ineunte. Sed hunc *Ostulanum* deinde furto ablatum esse narrat JO. DE LEYD. *Ann. Egm.* Cap. XII. *Hildegardis — obtulit Tabulam altaris — totam auream, cum multimodis gemmis incomparabilis pretii, valde fulgidam, de cuius cacumine lapis, ut fertur, OSTVLANVS dictus, furtim sublatus fuit, qui nocturnis temporibus totam sacra-*

mis mirifice decoratam [t], textumque etiam ewangeliorum auro lapidibusque preciosis exornatum. Hic *Theodericus* piae memoriae Comes ex eadem *Hildegarda* genuit duos filios, parentes suos dignitate praecellentes, *Arnulfum* et *Ekbertum*, et unam filiam *Eklindam* 93) [u] nomine, quae diu unius oculi visum amisit, sed tandem meritis beati Adalberti recepit. *Ekbertum* 94) autem in Clericatus ordine constitutum [v], quodam tempore 95) in sequenti die palmarum, ardor febrium invadens usque ad festivitatem Sancti Confessoris, quae VII. Kal. Iulii celebratur, graviter vexavit, sed eodem die meritis eiusdem Sancti ita convaluit, quasi nunquam fuisset hac in-

t *Thuribulum* — — *decoratum*, *textum etiam* Sw. Ma. C. Burg. *Gemmis et* — *textam* male C. M. u *Eggbindam* Sw. Ma. Burg. v *Ordinem conscitum* Sw. Ma. Burg. Mox *Sancti* deest. *I. Kal. Iul.* Burg.

crarium radiis emicantibus illustravit, ac etiam se gerentem invisibilem reddidit. Vixit DE LEIDIS sec. XVI. Eadem *tabula* superfuit etiam W. HEDAE tempore, quam copiose descripsit p. 90, 91. adiectis his verbis: *quod opus ita demiratus sum, sicuti dignissimum est, ut haesitem, mysterium magis laudem, an artem. Nusquam enim locorum elegantius quicquam ex omni parte, et praesertim de nostra religione compositum me vidisse memini.* Valeant igitur tricae Editoris STOKII p. 66, 67. Quo autem haec Tabula inter turbas evaserit, nescimus.

93) *Eklindam*] Vita S. Adalberti apud MABILL. Secul. III. 55. Ord. S. Bened. Cap. 20. MATTH.

94) *Ekbertum*] De hoc nostro *Ekberto*, *Archiepiscopo* postea *Trevirensi*, multa scripsit V. D. ad STOKE I. p. 76. sq. et p. 584. idque ut haec tria evinceret. 1°. *Ekbertum* fuisse *filium* cuiusdam REGINAE. 2°. Eius matrem non fuisse *Hildegardin* Comitissam *Hollandiae*. 3°. *Arnulfum* et hunc *Ekbertum* fuisse *fratres*, sed non ex eadem matre oriundos. Idque ideo, ut obtineat, nostros Comites non ex illustrisima ac Regali prosapia fuisse oriundos. Ingeniosa profecto, modo vera! Non vidit tamen Vir D., sese adeo negando pervicaciter illa, quae tam certa sunt, eo ipso illustrissimam ac regiam prorsus prosapiam ac nobilitatem huius *Theoderici* II. *Comitis*, firmiter p[illegible]are; id quod negare laborabat. Si enim *Ekbertus* REGINAE fuit filius, ipse vero frater eius *Arnulfus* ex *Theoderico* natus: hinc sequitur, THEODERICVM praeter *Hildegardin* (unde *Arnulfus*) etiam aliam habuisse *uxorem*, quae fuerit *Regina*, sive ante sive post has *Theod.* nuptias: adeoque THEODERICVM *Comitem nostrum* hoc nom. II. *Regia Stirpe* fuisse ortum; quum aliter ex huius aevi moribus hic cum aliqua *Regina* Vidua nuptias contrahere non potuisset. Atqui haec omnia praeterea a viro Docto dicuntur contra fidem omnium Annalium, qui non modo hanc *Reginam* ignorant, sed disertis verbis *EKBERTVM* et *ARNVLPHVM* ambo filios vocant *THEODERICI* et *HILDEGARDIS:* id quod non solum faciunt Nostrates; sed idem quoque ANNALES TREVIRENSES, qui *Ecberto* parentes dant *Theodericum* et *Hildegardin.* Sed hac de re fusius alibi. Cf. ad a. 980. *not.* 6.

95) *Quodam tempore*] Haec ex Vita S. Adalberti, Cap. 19.

MATTH.

96)

infirmitate pulsatus, laetusque de tantae pestis evasione ad missarum solemnia legit epistolam [w]. Quem postea gratia Divina Treverensi Ecclesiae *Archiepiscopum* praefecit [x]. Hic per omnia imitatus religiosos 96) parentes suos honoravit eundem locum Ekmundensem, offerens Deo et Sancto Adalberto crucem auream 97), casulam 98) preciosam, stolam pulcherrimam 99), cingulum auro contextum, Dalmaticam 100), Subtile 1), Missale, Capitulare 2), Passionale [y] tripartitum, Psalterium, maiorem Donatum 3), Glossarium,

w i. e. *subdiaconi officio functus est: lege* Carmel. (Jo. a Leid.) *L. VII. C.* 4. *et L. VIII. C.* 2. *et Leon. Brev. p.* 147. Scriv. ad Sw. x *Fecit* Burg. Sw. Ma. qui duo mox *patres*. y *Passionalem* Ma.

96) *Imitatus religiosos*] De *Ekberti* nostri divitiis et magnificentia, deque pretiosis rebus ac pecuniis, quas *Ekbertus* cum de se, tum de *parentum* bonitate ad *Ecclesiam Trevirensem* contulit, ita ut *Ecclesiam hanc Paganorum et Christianorum rapina exinanitam, largissima liberalitate ditaverit, aureis et argenteis crucibus, plenariis casulis, dalmaticis tunicis — auxerit*, legi dignus est *Gest. Trevir. Archiepisc. in* MARTEN. *Collect. Amplist.* T. IV. p. 155—159. ubi etiam legimus, *propinquos suos omnes secundum carnem et spiritum* (intellige Parentes, *Theodericum* et *Hildegardin*) *cum omni pompa et ambitione Trevirim properasse* eius invisendi causa. De donis vero, quae ad Egmundam ipse contulisse a Nostro dicitur scriptore, conferri meretur BROWER. *Annal. Trevir.* T. I. p. 492. §. 65. ex *Otgero M. S.*

97) *Crucem auream*] JO. DE LEYD. *Ann. Egm.* C. XIII. qui hanc videre potuit, describit tamquam *de Cruce Dominica magnam partem auro inclusam.*

98) *Casulam*] STOKE I. vs. 676. vertit *Kasuffle.* Cf. DUCANGE in Voc. *Casula*, *Casubula*, *Casubla.*

99) *Stolam pulcherrimam*] *Stola* erat fascia a collo per humeros pendens ad pectus et ad genua usque ad latus dextrum sinistrumque in crucis modum deflexa; de qua plura MATTH. ad *Ann. Egm.* C. XIII. p. 183.

100) *Dalmaticam*] Vestimentum repertum primum in Dalmatia; de quo MATTH. ad *Ann. Egm.* p. 184. et DUCANG. *Glossar.* in Voce.

1) *Subtile*] Vestis Subdiaconi. ib. MATTH. p. 184. et l. l. *Glossar.* in Voce. Iunguntur haec et alia *ornamenta Pontificalia, infulae, casulae, cappae, Dalmaticae, subtilia*, in *Gest. Trevir. Archiep.* apud MARTEN. *Coll. Ampl.* T. IV. p. 325. C. Fuerat etiam *Egbertus* subdiaconus, docente LEONE MONACHO in *Egmund. Brevic.* p. 147.

2) *Capitulare*] De hoc *Capitulari* Cf. HUYD. ad M. STOK. T. I. p. 75. qui recte, me iudice, intelligit *librum*, in quo *Capitula* Canonum seu Decretorum, immo et Leges Caroli M. et Ludovici comprehensa erant. Etsi alii aliter.

3) *Maiorem Donatum*] Non intellexit haec MATTH. ad *Ann. Egm.* p. 184 quando scribit: *An misit hominem Egbertus, qui se ipsum offerret?* Sermo hic est de libro *Donato maiore* dicto, sive hoc sit *libri* sive auctoris nomen. Nota quidem est Grammatica, per *interrogationes* et *responsiones* in usum Scholarum concinnata, ex antiquo *Aelii Donati* opere magnam partem excerpta; unde et huic *Donati* nomen adhaesit. An vero ad tantam adscendere haec antiquitatem possit, dubito. Et unde *maior* vox adiecta? non enim haec vox ad *Psalte-*

rium, Hiſtoriam vetus et novum Teſtamentum continentem, Scrinium argenteum plenum reliquiis Sanctorum 4).

DCCCCLXXX. *Arnulfus* filius [z] *Theoderici* ſecundi Comitis *Hollandiae Lutgardam* ſororem *Theophanae* 5) Imperatricis, matris *Ottonis* Imperatoris tertii [a] coram *Ottone* Rege 6), [qui] [b] eandem Theopha-

E

z *Filius eius* Sw. Ma. *eiusdem* Burg. mox *Theophaniae* Sw. Ma. a *Noſtri* Sw. Ma. Burg. b *Quae eandem* Sw. *qui* in omnibus deest. „ f. *condignam ſibi* v. ad a. 988. Sed placet inſerta vocula *qui*". Sw. Scriv.

terium referri poteſt ex linguae indole. Viderint alii, ſi tanti eſt.

4) *Reliquiis Sanctorum*] Multas hic Ekbertus reliquias SS. ad Trevirenſem Eccleſiam attulit *ex Italia*, quando cum Theoderico Metenſium Epiſcopo per triennium in Italia Imperatorem comitabatur: ut pluribus ALBERICVS TRIVMFONT. a. 970. p. 17, 18. et GESTA EPISC. TREVIR. in MARTENE l. l. Ex his igitur reliquiis Egmondam donaviſſe cenſendus eſt. Pluribus rem tractabo *Diſſert. Critico-Geneal.* II. in EKBERTO.

5) *Lutgardam Sororem Theoph.*] Soror eius *Theodora*. *Lutganda* eiusmodi olim nulla. Sed non repetam, quae iam dixi ad JO. A LEID. d. loc. [*Ann. Egm.* c. 13.]

MATTH.

Nusquam niſi in cerebro Noſtrorum Hiſtoriograph. exſtat haec *Theophaniae Soror*. Fuerunt plures hoc aevo *Lutgardes*. Huius nominis uxor fuit Ludovici Regis, qui a. 882. obiit, REGINO ad a. 882. Aliam memorat MATTH. *not.* ad *Anal.* I. p. 608. filiam *Gisleberti Comitis Burgund.* a. 856. Alia, quae propius accederet, fuit filia *Ottonis* I. ſeu Magni ex priore uxore *Editha Anglica*, quae nupſit *Conrado Lotharingiae Duci*. V. *Contin.* REGIN. a. 947. obiitque a. 953. ib. ad h. a. et *Annal. Sax.* a. 953. p. 288. f. add. STRVV. *Corp. Hiſt. Germ.* in Ottone M. p. 800. 71). Neque haec annum 980. attigit. Sed quid plura? Non in omnibus falſi fuere. Revera Arnulphus uxorem habuit Lutgardin, *Sororem* Imperatricis, adeoque uxoris Imperatoris. Sed hic Imperator non fuit *Otto*, ſed HENRICVS. Suboluit, puto, noſtris Chronographis *Arnulfi* noſtri ex *Luitgarda* filius *Theodericus* III. *Imperatricis Nepos* apud DITMAR. MERSBVRG. Lib. VI. p. 425. Ed. *Meibom.* Nepotem, inquit MATTH. ad *Ann. Egm.* p. 184. ex ſorore, nempe *Theophanae*. Sed perperam. Quaenam illic *Imperatrix* intelligatur, locus ipſe docet: nempe *Cunigundis* uxor *Henrici Imperatoris*; cuius nota eſt vel ex ipſo DITMARO *ſoror LVITGARDA*. Hanc autem *Luitgardin*, quae ſoror eſt Imperatricis *Cunigundae*, ambae quae erant filiae *Godefridi Com. Lucelenburgenſis*, ARNVLFO noſtro Comiti nupſiſſe, omni dubio eximam in *Diſſert. Critico-Geneal.* No. II. in Arnulpho.

6) *Coram Ottone Rege*] Nota, *Arnulfum* nuptias cum *Lutgardi* contraxiſſe *coram Rege Ottone!* Quod maiorem veri ſpeciem acquiret, ſi obſervaveris, EKBERTVM huius Arnulphi fratrem Archiepiſcopum Trevir. hoc ipſo a. 980. *Archicancellarium Ottonis II.* fuisſe, ut liquet ex Diplomate a. 980. apud HONTHEIM *Hiſt. Trevir. Dipl.* T. I. p. 323. (g). immo ut *Cancellarium* iam occurrere in duabus Chartis *Ottonis* II. a. 976. d. XIV. et XV. Kal. Febr. uti has ex Originali produco in *Cod. Probb.* h. a. et eodem anno *V. Idus Febr.* in Privil. Ottonis II. de *Advocato Eccles. Aſchaffenburg.* in GVDEN. *Cod. Dipl.* T. I. p. 348—350. necnon

phanam, Theophanii c Regis Graeciae 7) filiam uxorem habebat, legaliter desponsavit, testamentumque dotale inde d conscribi fecit.

DCCCCLXXXIII.

c Sic C. M. forte pro *Theophanû*. S. S. „ *Romani* scripsit fortean Auctor antiquus." d *Inde* abest Sw, Ma. et Burg.

non a. 978. ibid. T. I. p. 259. ubi prius *Ecbertus*, deinde *Egbertus* promiscue. Praeterea *Arnulfi* pater *Theodericus Comes* a. 981. Treviris testis adstitit Chartae, qua idem Ekbertus *Collegiatam D. Paulini* multis auget opibus, in HONTHEIM l. l. p. 321–323. Ipsa *Arnulfi* mater *Hildegardis* cum Regina *Theophana* Ottonis II. uxore, familiariter vixit, ut docet classicus locus a. 983. in Epistola *Adalberonis Archiep. Rem.*, qui huius *Arnulfi* ex coniuge frater erat, ad hunc Archiep. Trevir. EKBERTVM (in GERBERTI Epist. No. 55); *Qui vestrae* MATRIS *ac* REGINAE *olim etiam fidissimus interpres, cur hoc negotio peior?* Huc spectat quoque eiusdem *Adalberonis* ad *Ekbertum* Epistola (n°. 26), qui mortuo Ottone II. a. 983. partes *Henrici*, *Adalbero* vero partes *Ottonis* III. sectabatur: *quo recessit*, inquit, *sanctissima fides? Exciderantque animo beneficia* OTTONVM VOBIS [intell. *tibi*, fratri *Arnulfo*, et *parentibus*] *collata? Magnam intelligentiam revocate; generositatem* [i. e. Stemmatis nobilitatem praeclarissimam] *perpendite, ne perpetuo dedecori GENERI vestro esse velitis.* Desertis paullo post Henrici partibus Ekbertus in gratiam cum Ottone III. rediit; qui tunc a. 985. interventu huius *Ekberti* Nostri, et *Theophanae* Imperatoris matris, nostro Comiti Theoderico *Arnulfi* parenti beneficia multa concessit; ex Charta h. a. in *Probb.* Ipsas *ARNVLFI* fratris nuptias hic Ekbertus videtur conciliasse, quando a. praeced. nempe 979. tamquam *Ecclesiae Trevericae Metropolitanus* interfuit *Concilio Ingelheimensi* in Palatio habito; de quo vid. HONTHEIM *Prodr. Hist. Trev.* T. I. p. 568. et *Hist. Trever. Dipl.* T. I. p. LXIX. in Addend.

7) *Theophanii Reg. Graec.*] Omissa voce *Theophanii* vel *Theophanu* scribi debuerat *Romani Regis Graeciae*. Haec enim *Theophanu*, Ottonis II. uxor, et Ott. III. mater, fuit filia *Romani*, Byzantini Imper., neptis Joannis Tzimiscis, privigna Nicephorae Phocae, quae nupsit a. 972. obiitque *Neomagi* in Gelria a. 991. Qua de vid. *not.* B. G. STRVV. *Corp. Hist. Germ.* Ed. 4. in *Ott.* II. §. 8. p. 307. sq. Add. GERMAN. CHRON. in PISTOR. T. II. p. 726. LAMB. SCHAFNAB. a. 961. et SCHEID. ad *Origg. Guelphic.* ECCARD. T. IV. p. 462. Error de Rege *Theophanio* ortus videtur ex corrupta voce *Theophanû* (Gr. Θεοφανώ) in OTTON. FRISING. II. C. 24. vel alibi: *Ei* (Ottoni II.) *Constantin. Imperatoris Theophanii filiam in matrimonium coniunxit:* ubi, ut apud Nostrum pro *Theophanu* corrupte *Theophanii*. Notavit hoc STRVV. l. l. p. 308. et ante eum FABRIC. *Orig. Sax.* L. II. de Othone II. p. 184. Servatur etiam in *Archivio Gandersheimensi* authenticum instrumentum aureis literis Chartae pergamenae elegantissime exaratum, quo sponsae huic suae dotalitium constituit *Otto* II. in aes incisum et editum a SCHEID. in *not.* ad *Origg. Guelph.* T. IV. Opusc. IV. p. 461. in qua Charta, data 18. Kal. Maii 972. nec non in Charta Ottonis II. a. 974. in GVDENI *Cod. Diplom.* T. I. p. 7. non aliter scribitur quam THEOPHANU. De hac autem *Theophano*, *Romani iunioris filia*, Ottonis II. Imp. uxore, nimis nota sunt omnia, quam ut his inhaeream. Etsi igitur *Lutgardis* Theophanae soror non fuit, tamen Eam *Arnulfum*que Comitem, eiusque fratrem *Ekbertum* ac matrem *Hildegardim* in magno fuisse honore apud *Theophanam*, pluribus ostendam in *Dissert. Critico-Geneal.* No. II. in *Ekberto*; Cf. supra not. 94) et praeced. 6).

8)

DCCCCLXXXIII. *Otto* secundus Imperator Romae obiit 8). *Otto* tertius filius eius successit, et XVIII. [e] annis imperavit.

DCCCCLXXXV. Hoc anno [f] *Theodericus* secundus Comes, pater *Arnulfi* Comitis, interventu *Ekberti*, Archiepiscopi Treverensis Ecclesiae, filii sui, atque *Theophanae* 9) Imperatricis, matris Ottonis Regis, suscepit in propriam hereditatem [g] ab eodem *Ottone* Rege 10) quidquid habuerunt antecessores eius in beneficio.

Iste *Theodericus* reliquias Sancti *Jeronis* [h] martyris 11), ipso revelante, de *Nortga* 12), ubi ipse monuit 13), collocavit.

 DCCCCLXXXVI.

e Sic Sw. Ma. Burg. XVI. C. M. f *Hoc anno* desunt Sw. Ma. g *Proprietatem hereditatem* C. M. male, f. *propriam potestatem et hered.* Cf. ANN. EGM. C. XIV. p. 12. f. Mox *quaecunque* Sw. Ma. Burg. et *antecessores sui*. h *Gereonis* Sw. Ma. Burg.

8) *Otto – Romae obiit.*] LAMBERT. SCHAFNAB. *Ann.* 983. *Otho secundus Imperator Romam post male gestas res regressus obiit, ibidemque sepultus est.* De obitu *Ottonis* omnia nota sunt. Cf. ECCARD. *Origg. Guelph.* T. IV. Opusc. IV. de *Impp. Saxonic. Stemmate* §. (ii) p. 460. c. n. SCHEID.

9) *Ekberti — atque Theophanae*] Vide quae dixi ad not. 7.) p. 34. unde patebit, quanto favore atque honore *Comes* noster, eius coniux, et liberi in aula Caesarea floruerint; unde ratio dari potest ingentis eius Doni, ex quo quidquid Theoderici II. ANTECESSORES *in beneficio* i. e. in feudo, habuerant, illud nunc *in propriam hereditatem* et tamquam liberum *alodium* conceditur. Inspicite Chartam a. 985. in *Cod. Probb.* Notanter autem dicitur, *antecessores*, non vero *antecessor*, unde intelligi debent non modo pater *Theodericus* I. sed etiam avus eius *Gerulfus*; fortasse etiam bona materna, et quae uxoris nomine habuit.

10) *Ottone Rege*] Vide Chartam a. 985. in *Cod. Probb.*

11) *S. Jeronis Martyris*] S. Jeron Presbyter in *Nortga*, hodie *Noordwijk* in Holl. a Danis in sua expeditione anni 837. fuit trucidatus. De hac expeditione scribunt ANN. BERTIN. ad a. 837. Cf. WAGEN. *Vad. Hist.* T. II. p. 55. VAN LOON *Aloud. Hist.* T. II. p. 64. JO. A LEYDA *Chron. Belg.* L. V. C. 33; 34. BEKA p. 28. c. n. (d). ANNAL. EGMUND. Cap. V. p. 5. *Praedicti carnifices totam Hollandiam devastantes Ecclesiam S. Adalberti in Haecmunda destruxerunt, et apud Noortwyk S. Hieronem sive Yerom Presbyterum populum Christianum regentem captivarunt et decollarunt.* Add. *not. Matth.* p. 171. cuius tamen *Nordwige* ex ABB. STAD. ad a. 876. huc pertinere non videtur. De ipsa translatione V. BEKA p. 32. l. 4. Hinc varia discimus: 1. fuisse iam h. t. Ecclesiam Nortvici ad Rhenum. 2. Ius in hanc Ecclesiam fuisse Comitis; quippe cuius hereditaria possessio haec erat, iam a Rege Arnulpho donata Avo suo *Gerulpho*, ex charta a. 889. 3. Normannos h. anno etiam *Nortvicum* devastasse.

12) *Nortga*] *Noriga*, an *Nortgo* scribas, nihil refert. Est utraque terminatio antiqua Fresonica, significans *vicum*, *locum*, *regionem*. Sic *Oostergo* et *Oosterga*, *Westergo*, et *Westerga* aliaque. Hodie *Noortvicus*, *Noordwijk*, dictus, ut videtur, a boreali ad Rhenum situ. Acceperat autem in hoc Pago Gerulphus Theoderici II. avus *Sylvam* ab Imper. Arnulpho a. 889. Dederat

DCCCCLXXXVI. *Lotharius* Rex Francorum 14) obiit. *Lodewicus* ſucceſsit.

DCCCCLXXXVII. [i] *Lodewicus* Rex obiit. *Hugo* 15) ſucceſsit.

DCCCCLXXXVIII. [k] Obiit *Theodericus* 16) ſecundus Comes. Sepultus eſt cum uxore ſua in Monaſterio Ekmundenſi. *Arnulfus* filius eius ſucceſsit, qui, ut praediximus, ſecundum ſuam voluntatem habuit uxorem ſibi condignam, *Lutgardam*, ſororem *Theopha-*

[i] — LXXXVI. C. M. Burg. Sw. Editum est Matth. [k] — LXXXVII. M. Stoke I. p. 87. male „ Beka emortualem diem incidisſe quoque vult in an. 988. 2. Non. Maii. Et addit: *Hic Theoder. cum patre ſuo Comitatum annis C. et* XXVIII. (f. XXVI.) *glorioſe rexit*". Sic Scriv. in marg. Sw. ſed haec fabuloſa!

rat hinc Theodericus II. Eccleſiae Egmundenſi *huius Nortgae Eccleſiam cum decimatione*, ut docet *Chron.* ad a. 977. *not.* 90), et Charta Theoder. a. 1083. Adde donum *Arnulfi* p. 37. Vtrobique STOKIVS vertit *Nortdike* ex pronunciatione. Vocabatur autem adhuc anno 1139. *Nortgke* in *Charta Comitis Theod.* VII. in MIERIS *Cod. Dipl. Holl.* I. p. 134. et *Nortich* in BEKA p. 32. pr.

13) *Vbi ipſe monuit*] Non intellexit ſcriptoris mentem V. Ampl. ad STOK. L. I. vs. 782. p. 262. quum vocem *Egmondam* excidisſe putat. Vox *Vbi* enim per brachylogiam refertur ad *collocavit*, quaſi dicat, IBI *collocavit*, VBI *ipſe collocandum monuit.* Ceterum de *elevatione Corporum SS.*, qua voce STOKIVS utitur, bene habet *ibid.* Vir Doctus.

14) *Lotharius Rex Francorum*] Caroli Simplicis nepos hic, Ludovici filius Transmarini. GVLIELM. DE NANGIS: anno DCCCCLXXXVI. *Lotharius Rex Franciae plenus dierum obiit, et Remis in Eccleſia S. Remigii ſepultus est, Hugoni Capet cognato ſuo commendans filium Ludovicum Iuvenem, qui post eum regnavit.*

MATTH.

Est hic ille *Lotharius* Rex, cui *Comes Theodericus* h. nom. II. debet Chartam *Donationis foreſti Wasdae* a. 969, et cuius avo *Carolo Simplici* alter *Theodericus* a. 922. ſuas posſesſiones inter *Kinheim* et *Zuitbardeshage* acceptas retulit. V. Disſert. Diplom. N°. I. et Chartas ad h. aa.

15) *Hugo*] *Hugo* nempe *Capetus*, ab Archiepiſcopo Adalberone Rhemis coronatus d. 3. Iul. 987. qui auctor et propagator Domus Franciae, tertiae ſtirpis: cuius nota est hiſtoria.

16) *Obiit Theodericus*] Hoc ſatis probatum, Theodericum II. obiisſe anno 988. Anteriora vero omnia hactenus erant incerta, et fabulis plena, quae tamen, postquam Diplomata *Theodericiana* ex annis 863. et 868. reduxerimus in annos 922. et 969, maiorem lucem adipiſcentur. De quibus quum ſatis dixerim in *Disſertationibus*, non hic repetere attinet. Hoc unum moneo, *Theodericum* II. grandis aevi oportere fuisſe virum; quippe cuius filius *Arnulfus* iam a. 980. nuptias inierit; immo vero, cuius alter filius *Ekbertus* iam anno 977. *Archiepiſcopatus Trevirenſis* dignitate conſpicuus fuerit; quod nemini t. t. ante a. 30. aetatis licebat. Vnde ſatis patet, Ekbertum iam ex hoc *Theoderico* natum esſe oportere ante a. 947. Nec tamen adeo grandaevum Theodericum ſtatui necesſe est, qualem nobis hunc exhibent Annales noſtri, decepti Charta, anno, ut putabant, 868. data.

17)

phanae Imperatricis 17), matris *Ottonis* Imperatoris: offerentes et ipsi [l] ad praedictum locum Ekmundensem, in *Thosa* 18) mansus II., in *Kastrihem* mansus II. et quartam partem mansus; in *Velsen* III. mansus et I. agrum; in *Saxnem* dimidium mansum; in *Vorholten* III. mansus; in *Northgam* mans. V., in *Lopsen* 19) mansus IX., iuxta flumen *Marne* 20) [m] mansum I. et quartam partem mansus; in villa *Leyden* 21) mansum et sextam partem mansus; in vil-

l Offerens et ipse Sw. Ma. Burg. Sequentia nomina ubique vitiosa: quae ex MIRAEO *Cod. piar. don.* Cap. 62. iam multa correxit Ma. in marg. *m Maerne* Scriv. ad C. M. et ad Sw. *Merwe.* Sic et Burg. Male. vid. *Ann. Egm.* p. 12.

17) *Sororem Theoph. Imperatricis*] Non *Theophanae*, sed *Cunigundis Imperatricis*, quae fuit coniux, non *Ottonis*, sed *Henrici* Regis; unde huius *Arnulfi* filius *Theodericus* vocatur *nepos Imperatricis* in DITMARO MERSBVRG. Vid. supra *not.* 5. p. 33.

18) *In Thosa*] Quae sequuntur, eadem habet Charta Diederici V. ad a. 1083. procul dubio ex hac vel ex *Registris Egmund.* descripta. *Thosa* ALTINGIVM latet; sed si advertas, *Th.* et *D.* in scriptis huius aevi nihil differre, ut in *Thiedericus* et *Diedericus*; hinc reperias vicum *Does*, unde in Rijnlandia amniculus *Does*, et unde Dynastae Catvicenses *Douzae* (*van der Does*) dicti. Huc faciunt etiam multa loca alia, quae sequuntur, *Saxnem*, *Vorholten*, *Maerne* fluvius, *Leyden*, cuncta in Rijnlandia.

19) *Lopsen*] Vel *Lopsem*, ut in *Ann. Egm.* C. XIV. p. 12. procul dubio depravatum ex *Loppishem.* Exstat in *Catalogo Bonorum Traiectensium* mentio *Loppishem* iuxta Rhenum, qui locus hodie forte notus sub nomine *Lips.* Fuit et monasterium *Lopsen* extra urbis *Leiden* portam Rhijnsburgicam; de quo ORLERS *descript. Leidens. Belg.* p. 88. ed. 1614. et VAN LEEVWEN *Batav. Illustr.* p. 1327.

20) *Flumen Marne*] Plenius haec circumscribit J. DE LEID. *Ann. Egm.* C. XIV. *In eodem loco* [*Lopsem*] *iuxta fluvium Maerne Mantere suete* [l. Maerenersuete] *dividit derivationem inter Delft et Schielandt usque in rivum qui dicitur Lede, et a Lede usque in Stridede* [*al. Stridoniam, vel Strikkleden*]. Notum est, *Flumen de Lede*, in *Catal. Bonorum Egmund.* apud MIERIS *Cod. Dipl. C. Holl.* I. p. 167. f. *Feodum — de Ecclesia Hecmundensi iacet in Brechtghertswcert, et extenditur directe a Speren* [hodie *Spaarne*] *usque ad flumen quod dicitur Lede.* Etiam terra hoc nomine, *Charta Theod.* VII. a. 1199. in MIER. l. l. p. 134. *In terra quadam, que dicitur Lede, sex mansos id est* HOVEN, *et tres mansos in Delf* —. Ad initium rivi *Rottae* hodie notum est nomen *Ouwe—lee.* Ad *Warmond* Pagum labitur etiamnunc rivulus *de lede.* Etiam ad Boream Elix inter *Ouwerschie* et Delft, versus *Berkel*, in Tabulis hodiernis occurrit *de oude Lee*, non procul ab aqua *de Zweth*, et *Leeblok.* Haec de *Lede.* De fluvio *Maerne* nota sunt omnia. Vid. ALTING in Voc.

21) *Villa Leyden*] Nota! antiquitatem nominis, etsi non urbis, immo forte necdum *Castri*, LEYDEN, quae hic *villa* vocatur; nomen autem duxisse videtur ex elice vel amniculo *Lede*, qui forte huc praelabebatur olim. Nota etiam nomen *Leythem* in eadem re apud ANN. EGM. p. 12. *Leda* etiam habetur de Vrbe in Charta Origin. a. 1206. in *Cod. Prebb.* h. a. *Bergam* uu-

villa *Bergan* ab occidente *Rheni* posita III. mansus; Ecclesiam *Flardinga* 22) cum decimatione terrae inter [n] fluvium *Mathinghe* 23) et rivulum *Thurlede*, qui vocatur *Harga*. Is *Arnulfus* ex *Lutgarda* genuit [o] duos filios, *Theodericum* et *Sifridum*, qui *Sicco* 24) cognominatus est.

DCCCCXCIII. *Otto* 25) in Imperatorem consecratur [p].

Eodem anno 26) factum est bellum lamentabile inter *Arnulfum* egregium Comitem et bestiales *Fresones* [q], in quo ipse cum multis suo-

n *Intra* Sw. et Burg. qui et *fluvium Machlinge. iuxta* Ma. „ *f. in villa Tergan ab occid.*" Douz. ad C. M. *Berghen* C. Burg. *Rynsburg* intelligere videtur *Scriv.* ad Sw. male. Est locus, ut puto, adhuc *de Bergsche Hoek*, sive *Hillegondsberg*. o *Et Lutgardis genuerunt* Sw. Ma. Burg. p Deest hoc lemma Sw. Ma. Burg. et mox: *in eodem anno*, respiciendo ad a. 988. male. q „ f. *Vestrales Fresones, Westfriesen*" Scriv. ad Sw.

autem sive *Bergen*, quae proxime sequitur, *ab occidente Rheni posita*, non potest esse villa in *Noordhollandia* III. M. P. ab Alcmaria; sed videtur esse *Hillegersberg* vel *Bergschen hoek*, haud procul ab elice *de oude lee*. Certe nomen *de Bergsche hoek* satis indicat, hic villam quandam *Berge* nomine sitam fuisse, vel adhuc esse.

22) *Flardinga*] De hac Ecclesia ingens postea contentio. *Eam quondam Arnolfus hic Comes cum filiabus suis Ecclesiae Ekmundensi contulisse* narratur infra ad A. 1162.

23) *Fluv. Mathinghe*] Charta a. 1083. habet *Matlinge*. Hinc Dominorum *de Matenes* origo petitur DOVZAE ad *Cod. MS.* Sic etiam ALTING. in V. *Matlinge*. Nec intercedo. *Hargam* per pagum *Ketel* interpretatur *Catalogus Bonorum Egm.* in MIERIS *Cod. Dipl. C. Holl.* I. p. 166. b. Est notus hodie rivulus inter *Flardingam* et *Schiedamum*, *de oude Harc* dictus, qui hic igitur *Thurlede*. *Matenes* iacet etiam prope *Schiedam*.

24) *Sifridum, qui Sicco*] Non cognomen fuit, sed prioris nominis contractio. Pro *Sigefrido* enim Frisii *Sicco* dicebant, ut pro *Everhardo*, *Erpo*; pro *Thiederico*, *Tikko*, et similia sexcenta. Rectum hoc in ANN. EGMVND. C. XIV. p. 13. Cf. *not.* 56) pag. 19. De huius *Sigefridi* fatis pluribus dicam in *Dissert. Critico-Genealog.* N°. II. Nunc tantum moneo, huic factum esse nomen ab avo materno *Sigefrido* Comite Luxemburgico, cuius e filia *Lutgarda* hic *Sigefridus* natus est.

25) *Otto*] Verum quidem est, *Ottonem* Romam evocatum anno 994. (non vero a. 993.) primam in Italiam suscepisse expeditionem, et in Mediolano Vrbe regio diademate esse ornatum: sed tamen non ante a. 996. d. XII. Kal. Iun. in Adscensione Domini unctionem adeptus fuit Imperialem, neque Imperator est consecratus: quemadmodum ex DITMARO, GLABRO RVDOLPHO, LEON. OSTIENSI, et aliis bene multis docet STRVV. *Corp. Hist. Germ.* in Ottone III. §. IV. p. 312, 313.

26) *Eodem anno*] Nempe 993. Nostrates autem hoc ex loco unanimi consensu hunc annum 993. emortualem *Arnulphi* habent; sed tamen adhuc anno 998. idem *Arnulfus una cum Coniuge Luitgarda* quaedam bona *Monasterio Blandiniensi* Gandavi contulit, subscribente etiam *filio* THEODERICO. *Arnulfum* autem decem annos serius obiisse, anno nempe MIIII. vel MIV. probabo in *Dissertat. Critico-Geneal.* N°. II.

27)

ſuorum accubuit, ſepultusque est cum dilecta coniuge ſua in Ecclesia Ekmundenſi. Cui ſucceſſit *Theodericus* tertius huius nominis, Comes vero quartus, una cum *Sifrido* 27) fratre ſuo. Iste est *Theodericus* Ieroſolymita 28), qui accepta uxore *Othelhildis* * nomine, genuit ex ea duos filios *Theodericum* et *Florentium:* offerens

* *Accipit uxorem Othelh.* Sw. Ma. Burg. Paullo ante *vero* his deest.

27) *Vna cum Sifrido*] „ Nota! *Theodericum* cum fratre *Sifrido* in bonis paternis „ ſucceſſiſſe". Sic ad C. M. SCRIV. et DOVZA. Verum haec obſervatio non ſatis est accurata. Concedo, potuiſſe in Comitis *alodiis*, et revera ex parte ſucceſſiſſe, *Sifridum*. Hoc ſatis docent ipſius donationes, quas infra p. 41. ex ingenti terrae tractu Egmondae largitur. Verum negari debet de bonis ſeu *ſucceſſione in bona, et in iura Comitatus*; multoque minus dicendum, in ipſum *Comitatum*, quorſum tamen prima fronte verba ducunt. *Comitatus* enim dividi tunc nondum poterant. Praeterea *Sifridi* hiſtoria longe alia ſuadet. Senſus igitur est, *Sifridum* fratris nomine partem aliquam terrae *Praefecti* vel *Praeſidis* inſtar gubernaſſe. Et revera *Praeſes Kenemariae* vocatur. Ea ratione SICCO *Praeſes* Monaſterio Egmondano eiusque Coenobitis magis fuit familiaris et beneficus. Fieri etiam potuit, ut abſente fratre aliquamdiu *Comitatui* praefuerit, unde ANN. EGM. p. 13. *Obiit Syphridus* — VICECOMES *Hollandiae et primus Dominus de Brederode*. Conf. *not*. V. D. ad N. KOLIN. p. 319. (1-3). Obiit autem ante *fratrem Comitem* d. 5. Iun. 1030. ut docet JO. A LEID. *Geſt. Breder*. Cap. 13.

28) *Ieroſolymita*] Ita et eum vocat JO. DE BEKA in Vit. *Bernulphi*. Ex voto enim profectus ad ſepulcrum Dominicum viſendum in Palaeſtina. Jo. a Leidis *lib*. 9. *hiſt. in fin. Anno Domini* CIↃ. XXXIX. *Theodricus magnanimus Comes Hollandiae, poſtquam Ieroſolymis ſepulchrum Domini cum Ioanne Domino de Arkel ibidem defuncto, et pluribus aliis nobilibus viſitaſſet, et Hollandiam revenisſet, obiit* VI. *Kalend. Ian*. Infauſtum Adelboldi *ſatellitem* Ditmarus vocat *lib*. 7. *Chron*. Vid. ad Annal. Egmondan. *cap*. 14.

Disiungenda hic iungit MATTH. Ad hanc enim expeditionem ſacram nihil facit *ſatellitium* Theoderici. *Satellitis* vox indicat, hunc Comitem fuiſſe Epiſcopi *Miniſterialem* ſeu *Vaſallum*. Expeditioni huic Hieroſolymitanae etiam interfuit *Iohannes Dominus de Heusden:* argumento est qui laudatur ad N. KOLIN. p. 315. (1) BERNARDVS SVRIVS *Itinerar*. L. II. Cap. 92. p. 604. narrans, ſe in Catalogo *Ordinis Equeſtris* in Oriente reperiundo inveniſſe tunc factos Equites *Diedericum Comitem, Dominum de Arkel, et Iohannem D. de Heusden*. Add. BEK. p. 39. Hinc credere par est, multos olim exſtitiſſe iſtius temporis Annales, quorum nunc iacturam dolemus. De *Arkelio* conſentit Auctor *de vit. et rebus geſtis Dom. de Arkel in* MATTH. *Anal*. Tom. V. p. 206. *Iohannes* — *ſecundus Dom. de Arckel* — *duxit in uxorem Eliſabeth f. Wilhelmi Com. de Kuyck* — *perrexitque cum Theoderico Comite Hollandiae h. n. tertio* [Ieruſalem]. *In qua reyſa obiit A°. D.* 1034. De Theoderico idem habet ANON. *Bell. Campeſtr*. p. 213. De *Othelhildi* dicam *Diſſert. Critico-Geneal*. N°. II.

29)

rens et ipse Sancto Adalberto, in *Radenburge* 29) IIII. mansus, X. libras singulis annis solventes; in *Radenburgebroke* ¹ terram XVI. uncias solventem; in *Suetam* terram XIII. uncias solventem; in *Waldmanne* terram XVI. uncias solventem; in *Comitis Fritgersa* 30) terram XVI. uncias solventem. Praeterea obtulit duo pallia precio-

¹ *Kadenb.* cum reliquis bis C. M. Vid. *not.* Reliqua nomina Sw. Ma. aliique vitiose. Mox *fragersa* Burg. forte pro *frijgersa*; et *supra gest* idem, et *Santhem*.

29) *Radenburge*] „ Reliquias nominis testatur etiam hodie vicus indidem, uti apparet, appellationem sortitus, vulgo *de Kaede*. Sed forte *Randenberg*". Sic DOUZA. Addit SCRIV. „ Malim *Radenburg*, forte *Rodenburg*". *Radenburg* praeter alios ANN. EGM. p. 13. MIRAEVS, *Catal. Bon. Egm.* in MIER. *Cod. Dipl. C. Holl.* I. p. 166. a. et sic etiam Charta Originalis a. 1083. quod restitui, etsi in MS. Cod. *Kadenburg*, uti et in STOKIO et Editt. Si credimus ALTING p. 150., erit idem ac *Rodenburg*, quod in *Catalogo Bonor. Traiect.* exstat, et nomen retinuit *Rodenburg* M. P. II. supra *Leiden in Insula Batavorum*. — Sequens *Suetam* STOKE scribit *Sweten*, unde *Swieten* prope *Leiden* intelligo. Vox *Waldmanne* in Charta autographa scribitur *Waldmannevenne*; male STOKE I. vs. 936. *Waldunen*. In MIERIS *Chart.* Tom. I. p. 166. a. f. *Catalog. Bonor. Egm.* habetur: In *Waldmannevenna XVI. uncias; sed modo nullus tenere valt.* DOVZA ad marg. adscripsit *Waddingsveen*, SCRIVER. *Wilsveen*. Sed ager hodie in locis cespitosis et aquis (*in de Venen*) videtur absorptus.

30) *Comitis Fritgersa*] Vox composita ex *vry* (*liber*) et *gers*, hodie *gras* (*gramen*). Sic Ampl. HVYD. ad STOKE I. vs. 938. T. I. p. 100. *Fritgersa* etiam Charta Orig. a. 1083. in *Cod. Probb.* Quaerit locum ALTING. *Germ. Inf.* II. p. 64. in vicinia *Swieten* et *Leiden*. Non videtur tamen locus, sed res; et intelligi credo *pascua* publica, ideo *Comitis* dicta, quod Comes olim haec de suo dederat. Et *Vrygers* vocantur, vel quia ab Comitum petitione erant libera, vel quia publico usui a Comite erant destinata. Possis et per *Gers* cum WAGEN. *Beschryv. van Amsteld.* Belg. Tom. X. p. 243. 8°. intelligere *terram humidam ac reliquis depressiorem* (lage landen). Sic *Gers*, *Geers*, *Gorse* Synonyma forent. Quod probo. Vide an huc spectet, ANN. EGM. C. 45. a. 1268. *Wilhelmus de Haecmunde Miles resignavit in manu D. Nicolai pascua, quae vulgariter appellantur* GERSE, — *Ego decem et novem pascuas, quae* GHERSE — *sitas apud Reynegom ab Eccles. Egmund. habebam in pacto, dicto Erfhuer.* De iisdem sermo videtur Cap. 63. *in decem et novem* GRAMINIBVS *dictis* GEERSEN, *nunc vero Zuytmade et in terris dictis Slieckland.* Et in arbitrio Ducis *Wilhelmi* a. 1411. ANN. EGM. C. 68. p. 88. *illa XIX. Gramina in Rynegom situata, vulgo dicta Soutmade:* et Sententia Belgice a. 1415. in MIER. *Cod. Dipl.* T. IV. p. 329. a. *Dat lant gebeten Sliclant* [in Bergermeer] *aen die XIX. Gheersen, gebeten die Zuutmade, aen Veren Altrudenlant.* Ne quis vero putet, hoc *Fritgers* hic tantum esse obviam, en tibi Chartam, qua MATHILDIS Comit. Holl. a. 1235. pro anima *Florentii IV. mariti* Monasterio Losdunensi donat: *campum illum, qui prope monasterium iacet, qui vocatur Fritgers* [sic lego, pro vitioso Britgers], *et pascua ad ccc. oves pascendas super Harenam Comitis*, in MIER. *Cod. Dipl.* T. I. p. 197. Exstat et in banno *Sloten* locus *de Geer* seu *vrye Geer*, de quo WAGEN. l. l. p. 243. *Geerland* etiam occurrit prope *Leymuiden*.

31)

tiosa, quae adhuc pendent in Ecclesia in summis festivitatibus. *Sifridus* frater eius, qui cognominatus est *Sicco*, obtulit 31) ad eundem locum terram *supra Gest*, nominatam *Northorpe*, *Smithen*, *Aldgeringhelant*, *Hildebrandeslant*, *Siwirdinghelant*, v. fiertelen 32) *Lantlosemade* [r]; in *Akerslote* XII. libras, in *Banez* II. libras. Sepultus est et ipse in eodem Monasterio [s].

DCCCCXCIII. [t] Obiit *Ekbertus* 33) Treverensis Archiepiscopus; frater *Arnulfi* Comitis.

DCCCCXCVI. *Hugo* Rex Francorum obiit. *Robertus* succedit; et regnavit annis XXXV [v].

MIII. *Otto* Imperator obiit 34). *Henricus* filius eius 35) succedit.

F MVIII.

r *Ingelant V. fiertel in Lantsemade, nunc Lantsmeer* Scriv. S. Cf. J. A LEID. *Gest. Bred.* in MATTH. *Anal.* I. 613. et Catal. Bon. Egm. in MIER. *Cod. Dipl. Holl.* I. p. 166. a. s *Loco monasterio* C. M. Modo *Banenso* Burg. t — XCIII. Sw. Ma. Burg. v XV. Ma. qui et Sw. saepe *successit*.

31) *Obtulit*] Videntur omnia haec loca quaerenda in Kennemaria, ubi *Sifridus* fratris nomine *Praeses* fuit. *Geest*, *Uitgeest*, *Noottorp*, *Akerslote*, *Banes*, nota adhuc sunt nomina. In Charta a. 1083. scribitur *Adgeringelant*. *Mehan* vitiose STOKE pro *Banes*. Cf. JO. A LEID. *Gest. Bred.* C. XIII. Ed. MATTH. *Anal.* I. p. 613. qui *Hilderadeslant* pro *Hildebrandeslant*.

32) *Fiertelen*] Vox *fertella* exstat in *Veter. Testam.* a. 1383. apud MATTH. *Anal.* I. p. 774. *medietatem quatuor iugerum terrae* —, *item medietatem unius* FERTELLAE *terrae*; ubi haec MATTH. „ Fertella species mensurae est et eiusdem originis, cuius *Ferto* seu *Ferton*, quae est quarta pars marcae. Belgis *een viertel*, unde vox est detorta". *Fiertella* legas in MIER. *Cod. Dipl. Holl.* T. I. p. 166. a.

33) *Ekbertus*] Obiit EKBERTVS, ut rectius *Swertt.* et *Matth.* a. 993. Sic etiam *Necrolog. Fuld.* T. III. *Leibnitz. Rer. Brunsv. Script.* p. 765. ad a. 993. EGBERDVS *Archiepiscopus V. Id. Dec.* Sepultus vero est non *Egmondae*, sed *Treviris* in parva Ecclesia, quam ipse in honorem S. Andreae construxit. Vid. *Gest. Trevir.* p. 159. A. Cf. *Dissert.* meam II. *Critico- Genealog.* in *Ekberto.* In hunc annum vulgo coniiciunt Nostrates obitum ipsius fratris *Arnulfi*, qui tamen a. 1003. vel 1004. demum obiit, ut alibi docebo.

34) *Otto — obiit*] Ad Ann. referunt praeced. SIGEB. GEMBL. et LAMB. SCHAFNAB.

MATTH.

Et recte omnino. Obiit Otto IX. Kal. Febr. 1002. Sic omnes Annales, et noster etiam ADELBOLDVS Episc. Trai. in *Vita Henrici S.* Imperatoris §. I. p. 431. Ed. *Leibnit.* T. I. S. R. Brunsvic.

35) *Henricus filius eius*] Non filius *Othonis*, sed Nepos *Henrici*, qui frater fuit Othonis I. SIGEB. GEMBL. ibid.

MATTH.

Quod hactenus ignorabatur, fuit hic HENRICVS Imperator Comitis nostri ARNVLFI frater per uxores sorores; quarum altera CVNIGVNDIS nupsit *Henrico*, altera LVTGARDIS nupsit *Arnulfo*. Vid. not. 5. p. 33.

36)

MVIII. *Anfridus* 36) Episcopus Traiectensis obiit. Cuius conversatio qualis fuerit, miraculis ad eius sepulcrum ostensis claruit x. *Adalboldus* 37) vir sapientissimus successit.

MX. *Normanni* y 38) multis interfectis *Traiectum* incenderunt.

XXVIII.

x *Miraculum ad e, s. ostensum declaravit* Sw, Ma. *omnibus claruit*] Burg. Nomen eius varie, *Anfridus*, *Anfr. Ansfr.* cett. cf. MATTH. *Anal.* III. p. 68. BVCHEL. ad HED. p. 107. (gg) et ad BEK. p. 36. (c). y *Normanni* Sw. Ma. „ Mirum. Forte a. DCCCCX. et traiiciendum? quamquam et sic Rhythmographus, auctorem huius secutus. Vide in „ SIGEBERT," S. S. sed vid. *not.* 38.

36) MVIII. *Anfridus*] Ita et Joann. de Beka, ut et HEDA in eius vita. Jo. à Leidis *lib.* 9. *hist. cap.* 7. Contra Lambert. Schafnaburgens. *Anno* 1010. *Anfridus Traiectensis Episcopus obiit. Cui Adelboldus successit.* Auctor vitae B. Meinwerci apud Brouwerum *cap.* 20. *Anno Dominicae incarnationis* CIO. X. *indictione* VIII. *Ansfridus venerabilis Traiectensis Episcopus, cuius mira laudum praeconia in gestis eius inveniuntur, ad coelestem vitam sustollitur, eique Adelboldus surrogatur.* Laudat etiam Sigebertus ad Ann. 997.

MATTH.

Add. ALBERIC. *Chron.* ad a. 996. p. 35. *Clarebat hoc tempore inter Gallos* ANFRIDVS *Comes Bratuspantium, non minus iustitia quam potentia seculari famosus, qui deposito militiae cingulo consecratus in clericum, eo provectus est, ut ordinaretur Vltraiectensis Ecclesiae Episcopus. Dicitur quod iste est Anfridus, qui Comitatum de Hoio dedit B. Lamberto.* De huius Episcopi morte, in a. 1010. collocanda, certissimus est Auctor ALPERTVS *de divers. tempor.* eius coaetaneus, qui pluribus de illo agit p. 98—104., et Anfridum a. 1010. adhuc superfuisse in Traiectensi Normannorum incendio p. 98. et a. 1010. obiisse, diserte docet p. 102., adiecta hac circumstantia: *Aderat in exsequiis eius filia ipsius venerabilis Abbatissa Tornensis Monast., consanguineusque eius Vnruoch Comes.* — Vxor huic ante obtigerat *Hilzwindis* Comitissa Terrae Strienensis in Zuidhollandia. Nota autem, quod versus, quos in Actis SS. T. I. D. 3. *Maii* ex *Bollandiniis* excitat Auctor BATAV. SACR., etiam exstent in ALPERTO *de divers. temp.* p. 100. T. I. ECCARD. *Corp. Hist. medii aevi.*

37) *Adalboldus*] De hoc *Adelboldo* egregium habetur testimonium SIGEB. GEMBL. a. 1004. *Gerardus Cameracensis Episcopus, et Adelboldus Vltraiectensis Episcopus* MAGNI *in Ecclesia et in Palatio habentur.* Nec mirum. Ante enim quam a. 1010. factus est Episcopus, *Henrico* II. *Imperatori fuit a Consiliis*, et deinde etiam *frequens admodum eius in Comitatu*, ut alibi docebo in *Dissert.* N°. X. *Historico-Polit.* sistente *Origines Civiles Holl. sub Germ. Impp.* Scripsit etiam *Henrici Imp.* vitam, quae exstat in LEIBNIT. *Rer. Brunsv. Script.* T. I. p. 431. — De *Adelboldo* multa etiam Auctor VIT. *S. Meinwerci*, Cap. 36, 56, 57, 72, 87. *ibid.*

38) *Nortmanni*] SIGEBERT. GEMBLAC. ad h. ann. *Northmanni Frisiam repetunt, et multis interfectis Vltraiectum opidum incensum est.*

MATTH.

Non modo *Traiectum*, sed etiam urbem *Tielam*, ALBERIC. *Monach. Triumfont.* ad a. 1009. p. 45. *Northmanni Frisiam infestantes Thyle oppidum incendunt.* Hoc tamen anno superiore factum videtur. Nam meminit *incensi Traiecti* idem ALBERIC. ad a. 1010. Confirmat, qui hac de urbis *Tielae* direptione multis agit, ALPERTVS *de divers. temp.* L. I. C. 8. a. 1009. p. 97. scriptor coaevus, qui haec inter alia addit: *Vicum* [Tiel] *incendio vastaverunt. Monasterium quoque S. Walburgae irrumpentes, vestesque sanctas, a quodam Comite* WALTGERO *constructum*

MXVIII. *Theoderico* 39) Comite, filio *Arnulfi* 40), debellante *Fresones* z in vindicta patris 41) sui ab eis occisi, *Godefridus* Dux ad eum

F 2

z „ Debellante suos, qui deficiebant temporibus Theoderici cett." S. ad C. M. Mox *vindictam* Burg. Sw. Ms. qui duo traiiciunt voces, *ab Imp. ad e. d.*

re ipsius loci et sua coniuge, Domino digna, ALBERADA *ibidem collocatas, auferentes — ad classem se recipiunt.* Vnde patet male de re dubitasse BVCHEL. ad HED. p. 107. (kk). Confer etiam de hac Normannica clade VAN LOON *Alaude Hist.* T. II. p. 241. sqq.

39) *Theoderico*] Primus hic, ut videtur, Theodericus III. *Dordracum* exstruxit, saltem auxit, et territorium seu agrum Dordracensem, multo latius olim extensum, invitis universum eripuit. Haec MATTH. ad *Ann. Egm.* p. 185. et *Anal. Med. Aevi* Tom. III. p. 43. f. Non satis tamen perspexit V. D. inter hos *invitos* primarium locum obtinuisse *Adelboldum* Episc. Trai., hactenus huius tractus ex parte Dominum: unde forte hic *Theodericus* a DITMARO MERSBVRG. vocatur *Adelboldi Satelles*, i. e. *cliens fiduciarius sive Vasallus.* Vid. *not. sq.* Cf. MATTHAEVS in *Anal. Med. Aevi* T. III. p. 69.

40) *Arnulfi*] Extat haec historia etiam alibi passim. Sigeb. Gemblac. ad *h. Ann. In Fresonia Theoderico Comite debellante Frisones in vindictam patris sui occisi Godefridus Dux ad eum debellandum ab Imperatore mittitur, et confecto praelio, repente voce, nescitur unde, emissa, Fugite, fugite, cunctis fugientibus, multi a paucis Fresonibus perimuntur. Dux vero capitur.* Meminit etiam Anselmus *hist. Leodiens. cap.* 63. *Eo*, inquit, *tempestate Dedericus Comes Fresoniae bellis et seditionibus Regnum conturbabat Galliae, et ob sui firmitatem loci, vel difficultatem, vel opum potentiam, quietem perturbabat serenitatis Imperatoriae, cuius audaciam cum publicis detrimentis Regni non est passus Imperator Henricus diutius impune bacchari etc.* Add. Auctor vitae S. Wolbodonis apud Henschen. *tom.* 2. *SS. Aprili cap.* 2. Chron. Goudi in *Theod.* III. Jo a Leid. *lib.* 9. *hist. cap.* 7. Beka in *Adelbold.*

MATTH.

Ad hunc usque Episcopum annumque *Comites*, ex hac victoria postea *Hollandiae* dicti, cum *Episcopis Traiectinis* pacem coluere. Hoc docet Auctor *Bellor. Campestr.* p. 212. ed. Matth. *Pacis*, inquit, *amicitia usque Theodericum*, IV. *Hollandiae Comitem ac Adalboldum Traiectensem* XX. *perduravit Episcopum.* Noster hic Lotharingiae Ducem *Godefridum* nominat tamquam ab Henrico Imp. missum in Episc. auxilium. Et recte hoc! Nam res omnis spectavit ad *Adelboldum* et eius bona. *Narrationes* autem, quas *Heda*, *Beka*, *Bockenberg*, *aliique zelo Hollandiae Comitum et livore Episcoporum Traiect.* instituerunt, *esse partim confusas, partim falsas*, volunt BVCHEL. in *not.* et Auctor BATAV. SACR. p. 126. Verum qui fieri potuit, ut HEDA et BEKA, viri Traiectinis Episcopis penitus devoti, ex livore Episcopi et zelo Comitum Holl. haec scriberent? Non credo. Rem satis perspectam non habuerunt; et hinc partim falsa partim confusa multa, nonnulla quoque nimis in favorem Comitum. Ipse Noster Comitibus Holl. deditus nomen *Adelboldi* omnino in his reticet, ex rei ignorantia credo. Exteri, quod mireris! rem clarius cognoverunt. Vid. not. sq.

41) *In vindicta patris*] Pater eius Arnulphus obiit circa a. 1004. (si priores audimus, iam a. 993.) Quomodo, quaeras igitur, *Theodericus* a. 1018. debellare *Fresones in vindictam* PATRIS potuit. Et quid *Fresones Hoogwoudani* in Westfrisia cum Fresonibus in Mereweda? Sed haec plana faciam et expedita in EXCVRSV III. ad hunc an-

eum debellandum ab Imperatore mittitur 42), et repente vox, unde emissa nescitur: *fugite*, *fugite*; et a paucis Fresonibus 43) multi peremti sunt. Dux vero captus est.

MXXIII. Nova [a] Ecclesia 44) Sancti Martini, ab *Adalboldo* Episcopo constructa, dedicata est a XII. Episcopis, VI. Kal. Iulii.

MXXIIII. *Heynricus* Imperator obiit. *Conradus* filius 45) eius succedit [b].

MXXVII.

a *Otona* Sw. Ma. *Vltraiectina* coniecit Ma. Mox iidem et Burg. male *Adelberto*, bis. b MXXIIII — *succedit*, desunt Sw. Ma. Burg.

annum 1018. *de Suidbollandia*, *sub Merewedae et Flardingae nomine*, *a Theoderico* III. *Com. Holl. Traiectino aliisque Episcopis ablata*. Per *debellatos* enim hos *Fresones* intelligi debent *subditi* Episcopi *Adelboldi*, qui *in Sylva Merewede* et *insula seu Pago Fladirtinga* habitabant, diversi ab *paucis* illis *Frisonibus*, qui *Theoderico* parebant. Illi autem *Fresones Merewedenses* conscio Adelboldo huc iam dudum ante concesserant, ut Comitis pro parente vindictam evitarent. Nunc Comes hos, et simul Episcopi bona ac praedia, suam sub potestatem redigit. Vnde haud levis suspicio, Adelboldo fomitem addente, illud bellum (de quo Noster ad a. 993.) in Frisia i. e. in Westfrisia hodierna, Comiti conflatum.

42) *Mittitur*] Nempe postquam *Adelboldus* Episc. coram Imperatore *Neomagi* de Theoderico questus fuit. *Godefridus* autem Dux missus est contra *Theodericum* Com., non vero ut opem ei ferret; ut plures volunt. Non intellexit etiam haec M. STOKE L. I. vs. 1011—1013. nimia Nostri Brachylogia deceptus. Pronomen *eum* spectat ad *Theodericum Comitem*.

43) *Fresonibus*]. *A Fresonibus Theodericianis*, ut recte ad marg. Cod. MS. observat SCRIVER. Rem omnem aperta in luce collocabo in EXCVRSV III.

44) *Nova Ecclesia*] Legendum [pro vitiosa nempe Matth. voce *Otona*] Vltraiectina. BEKA in *Adelboldo*. *Anno Domini* 1023. *Traiectensis Ecclesia per Adelboldum magnopere superexstructa fuit*, *ad cuius dedicationem Henricus Imperator cum* XII. *Episcopis Traiectum advenit*.

MATTH.

Codex meus MS. habet NOVA *Ecclesia S. Mart.*, quod utique rectum. Quae *nova Ecclesia* quum diserte dicatur ab *Adelboldo constructa*; hinc errare puto *Necrologum Maioris Eccles. Trai.*, qui hunc *vocat reparatorem et fundatorem Ecclesiae* apud Auctor. BATAV. SACR. p. 125. nisi quoddam adhibeas de *fundamenti prioris* loco temperamentum. Dubia, quae circa haec habet dictus AVCTOR p. 125., videntur solvi per Scriptorem synchronum DITMAR. MERSBVRG. L. VII. p. 418. ad a. 1017. *Curtis pars maxima Imperialis in Palathi*, *et in* TRAIECTENSI *civitate* MAIOR ECCLESIA *cum omnibus* ETELBALDI *Praesulis mansionibus*, *ac cum Ilburg Thiedrici Comitis urbe*, *casu accidente*, *combusta*. Quem locum nondum a quoquam adhibitum vidi.

45) *Conradus filius*] Non fuit filius. *Henricus* enim *Sanctus* ex uxore *Cunigunda* nullam habuit prolem. Quin et nota fabula est de illibata eius cum Vxore Virginitate, quam satis redarguit LEIBNIT. *Introd.* in *Coll. Scriptt. Brunsvic.* §. XXX. aliique, quamque ipsa *Henrici* Charta refellit apud SCHATEN. *Ann. Paderb.* T. I. p. 424. *quali-*

ter,

MXXVII. *Adalboldus* Episcopus obiit [c]. *Bernolfus* [d] successit.

MXXXVIIII. Obiit *Conradus* 46) Imperator. *Henricus* [e] filius eius succedit.

Eodem anno obiit *Theodericus* 47) tertius, filius *Arnulfi*, Comes *Hollandiae* quartus, sepultusque est in Ekmunda; cui successit Theodericus 48) IIII. filius eius, Comes quintus.

c Apposuerat textui inserenda h. l. Scriv. S. ex Cod. M. haec: „ *cuius excellens sapientia multis cognita, et qui summae virtutis vir et consilii ubique praedicatur. Quod si de hoc quisquam addubitare visus fuerit, respiciat Tyraiectum diversis operibus ab illo auctum et ornatum: ibidemque Novum Monasterium* [Nieuw Munster, *in marg.*] *S. Martini miro ingenio ab eo fundatum et ordinatum, et incredibili celeritate paucis annis paene ad perfectionem perductum. Videat etiam locum in Tiele iam divinis rebus florentem, a superioribus Episcopis omnibus solatiis destitutum, ab ipso uno* [*l. vero*] *pia consideratione modo in pristinum restitutum. Ex quibus facile est colligere, quod terrena non quaesiverit, sed soli Deo idem placere desideraverit*". Non tamen haec sunt Cod. Meerm. valde in his tempp. concinni. Sua manu haec margini alleverat Douza, forte ex interpolato Wilhelmi Procuratoris Codice, et hinc Scriv. ad Sw. Leguntur eadem apud HED. p. 109. l. 18—25 mutata nonnihil a Douza dictione. d *Bernoldus* Sw. Ma. sic alibi *Arnoldus, Arnulfus; Geroldus, Gerulfus*, et alia, quae non differunt. e *Henricus* deest Sw. Ma. Burg.

ter nos rogatu diligentissimae coniugis nostrae, qui duo sumus in carne una. Cf. DITMAR. L. VI. p. 383. Immo in hoc *Conrado* nova stirps orta est familiae regnatricis, si ita loqui licet, nempe *Francicae*. Habuit tamen *Conradus*, unde error ortus, etiam patrem *Henrici* nomine, *Francorum Ducem*, avumque *Ottonem*. Vid. STRVV. *Corp. Hist. Germ.* in Conrado §. I.

46 *Obiit Conradus*] SIGEB. GEMBLAC. ad h. ann. *Imperator Italia decessit. Pridie Idus Maii Eclipsis solis fuit, et pridie Nonas Iunii Imperator obiit.*

MATTH.

Idque *Traiecti ad Rhenum*. CHRONOGR. SAXO ad a. 1039. *Augustus ad celebrandum Sanctum Pentecosten* TRAIECTVM *venit, ubi summa cum laetitia conversatus est primum diem. Sed sequenti die, id est, secunda feria hora Sexta* II. *Non. Iunii mensae reficiendi gratia assidens subita defectione praereptus, vix confessionis sententia prolata flebiliter exspiravit.* OTTO FRISING. VI. C. 31. *Imperatore Sanctam Pentecosten in inferiori Traiecto Frisiae urbe celebrante in ipsa solemnitate infirmatus —*. Cf. HEDA p. 118, et BVCHEL. *not.* ad BEK. p. 41. ubi locum describit, in quo *viscera Regis, Traiecti* condita, latent.

47) *Eodem anno obiit Theod.*] Recte hoc. Cf. JO. A LEID. *Chron.* IX. 16. ANN. EGM. C. 15. LEON. MON. *Brevic.* p. 148. Quod autem alii *de annis 46. regiminis* i. e. a. 993—1039. addunt, is error est, natus ex male constituta Epocha mortis *Arnulfinae*, qui demum a. 1003. vel circa obiit. Vid. *not.* ad a. 993. Paullo igitur rectius Scriptor *Chronici* vernaculi *Goudani* in *Theod.* III. qui annos dat 33. Quod unde hauserit, nescio.

48) *Successit Theoder.*] Successit nempe hic in Comitatus Suidhollandiae, Masalandiae, Rhenolandiae, Kennemariae, et reliqua bona in Theoderico III. acquisita. At vero quid reliqui habuit frater eius *Florentius?* Hic tamquam minor natu accepisse videtur *Comitatum Frisiae*; uti concludas ex HED. p. 125. *Occiditur* (a. 1049.) *Theodericus* IV. — *in cuius locum* FLORENTIVS, *frater eius succedit*, ANTEA *Comes Frisiae ulterioris*. Add. LEON. MON. *Brevic.* p. 151. Quinum in CHRON. MS. *Com. Holl.* Cap. 6. apud VAN LOON ad KOLIN. p. 329. dicatur *post mortem patris primo fuisse Comes de Oostfrisia* XXII. ANNIS; intelligendum id est de a°. 1039. usque ad eius mortem 1061. Accessit tamen ei, fratre Theoderico a.

MXLVII. Obiit *Othelhildis* 49) Comitissa, quae sepulta est in *Saxonia*.

MXLVIII. 50) *Theodericus* Comes, filius *Theoderici* et *Othelhildis*, minus caute se custodiens, ab inimicis suis apud *Dordrecht* 51) f occisus est. Hic quia legitimos filios non habebat, *Florentius* frater eius, primus huius nominis, successit 52). Hic ac-

f In Anonymo alio, qui circa ann. MCCXXX. vixit scripsitque: *Totum Thordrecht depraedatum penitus igne crematur.* S. 8. Quis ille, nescio: nisi legatur MCCCXXX. et *Wilhelmus Procurator* indicetur. Certe *Douza* ad C. M. addit: „ *MS. Alem. Thuredrecht*". Mox *in uxorem* alii. Pro *Hic quia* Scriv. ad C. M. coniecit *huic quia*, Douza *cui*. Sed non opus est.

1049. defuncto, reliqua possessio. Errant autem, qui haec de hodierna *Oostfrisia*, vel etiam de *Frisia transflevana*, quae *Oostergoviam* et *Westergoviam* complectitur, interpretantur. Dicitur enim *ulterior* ratione reliquae possessionis *Hollandiae*, quae ad *Harlemum*, vel, si *Kennemariam* includas, summum ad *Alomariam* terminabatur, qui DVO tunc adhuc separati erant COMITATVS, *Hollandia* et *Westfrisia*; unde et in hodiernum diem scribunt se summi nostrae Terrae Gubernatores, *Ordines Hollandiae et Westfrisiae*, Belg. *De Staten van Holland en Westfriesland.* Hinc illo seculo huius *Florentii* vidua *Gertrudis Roberto Fresoni* nupta *Comitatum Hollandiae* et *Fresiae* administrasse dicitur, infra ad a. 1063. Et recte! Distinguit haec item BEKA in *Wilhelmo* p. 41. *is Florentius Comitatum ulterioris Frisiae* XXII. *annis rexit, et Principatum totius Hollandiae post obitum fratris sui* XIV. [l. XIII.] *annis cum potentia gubernavit.* Qui tamen rectius pro more istius aevi dixisset *Principatum reliquae Frisiae* vel *citerioris*. Nam *Hollandia* tunc adhuc *Frisia*. De Florentio diserte item CHRONICA *de Holl.* in MATTHAEI *Anal.* T. V. p. 530. *Hic Florentius primo fuit Comes de Westfrisia.* Plerumque haec scriptores seriores confundunt.

49) *Othelhildis*] *Vitilhildim* eam vocat Jo. à Leidis et obiisse ait Ann. 1040. *lib.* 9. *hist. c. ult.*

MATTH.

Hac de Coniuge pluribus agam in *Dissertat. Critico-Geneal.* N°. II.

50) MXLVIII.] Non est error in calculo, etsi Comes anno demum 1049. occisus sit d. 14. Ianuar. Satis enim res expeditur per calculum Paschalem, quem Noster hic sequi censendus est. Vid. *not.* ad a. 1168. Cf. p. 12. *not.* 37).

51) *Dordrecht*] Quod narratur occisus *apud* i. e. *in* DORDRECHT, uti veritas historica postulat; hoc ipsum recte HERMANN. CONTR. a. 1049. *in* FLADIRTINGA factum narrat; *glaciali hyeme suppeditante nonnulli de partibus maritimis Milites et Principes cum Leodiensi Episcopo*, TRAIECTENSI, *et Metensi congregati*, *Theoderico in* PHLADIRTINGA *insidias tendunt*, *commissaque pugna victum occidunt*, *et Provinciam illam Imperatori subiiciunt.* Comitem per insidias a quodam Sicario *Dordrechti* in platea, quae adhuc nomen inde servat *'s Graven straat*, occisum esse, notum est. De *Phladirtinga* iam agnovit WAGEN. *Vaderl. Hist.* II. p. 165. Cf. EXCVRS. III. in f. *De Suidhollandiae olim Merewedae et Flardingae nomine insignitae prima per Comites Holl. occupatione* ad a. 1018.

52) *Successit*] Nempe in Comitatum *Hollandiae*, tunc adhuc *Fresiae* vel *Phladirtingae Marchiae* nomine cognitum; ut alibi pluribus. Fuerat enim *Florentius* hactenus *Comes Fresiae ulterioris*, i. e. *Westfrisiae*, forte et *Kennemariae*; qui alio nomine *Comitatus in Westflinge et circa oras Rheni* vocatur in Char-

accepit uxorem dignae memoriae *Gertrudim* nomine, ex qua genuit duos filios *Theodericum* et *Florentium*, puerum sepultum in choro praefati Coenobii, et duas filias, quarum una Dei praeordinante gratia facta est Francorum Regina 53), obtuleruntque ipsi beato Adalberto terram in *Esemundelf* 54) v. libras et unciam solventem, in *Buschusa* mansum XXXII. uncias solventem 55). iux-

(t) *Elmond*. Ser. Mel. *Elmund*. C. M. *Ecmund*. S. S. et *Mieris* STOKE *Essendelf* T. I. v. 1066. male, alii aliter.

Charta Regis *Henrici* a. 1064. HED. p. 129. Cave tamen putes, *Florentium* fratri suo iure hereditario, non vero ex Imperatoris gratia, successisse. In linea Collaterali in Hollandia tunc necdum ullum succedendi ius. De qua re alibi dicam. Neque etiam haec successio statim prospere cessit. Nan HERMANNUS CONTR. a. 1049. refert, *Theodericum in Phladirtinga occisum*, et *Provinciam illam Imperatori* SUBIECTAM*: quam tamen non multo post Gotefridus* [Dux Lotharing.] *occupans ab eisdem* [Episcopis Traiect. aliisque] *pugna petitus et victus vix aufugit*. Hoc fecisse *Godefridum* pro *Florentio* cliente suo, suadet narratio LAMB. SCHAFNAB. a. 1047., ubi *Deodericus adiutor Godefridi contra Imperatorem vocatur*. Cf. WAGENAR. *Vaderl. Hist.* T. II. p. 165. Sequenti vero anno Imperator Paschatis et rerum agendarum caussa Traiecti commorans, Vid. HERM. CONTR. h. a. cum *Godefrido* reconciliatur, teste LAMBERTO h. a. unde facilis est opinatio, rem *Comitatus Hollandiae* inter *Imperatorem* et *Florentium*, nec non Traiect. Episcopum ordinatam fuisse; saltem postero vitae tempore *Bernulphum* Episc. inter et *Florentium* pacem exstitisse, docet *Bernulphi* Epitaphium; quod notum.

53) *Francorum regina*] Coniux facta Philippi, cuius Auctor mox meminit. AEgid. Aureae vallis Religios. *hist. Leodiens. cap.* 3. Nomen virgini fuit *Berta*. And. Sylvius Marcianensis ad Ann. 1060. *Rex vero postquam ad iuveniles annos pervenit Regnum suum integrum recepit, et defuncto tutore suo Balduino consilio Roberti Frisonis filiam Florentii Ducis Frisonum Bertham in uxorem duxit.* Bertradam vocat Ordericus Vitalis *lib.* 7. *hist. ad Ann.* 1031.

MATTH.

Hac de Regina *Berta* Hollandica plura dicam in *Dissert. Critico-Geneal.* N°. II. Una haec fuit ex proavis Regis Ludovici XVI. hodie in Gallia regnantis, uti bene observavit V. D. HUYDECOP. ad M. STOKE I. p. 111. Cf. VAN LOON ad N. KOLIN. p. 359.

54) *Escmundelf*] Sic scripsi pro *Elemundelf* ex Charta Orig. Comitis a. 1083. et MIERIS *Cod. Dipl. Holl.* T. I. p. 166. In Charta Conventionis *Episc. Trai.* et *Abbatis Epternac.* a. 1063. apud JO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XII. c. 2. legitur *Ascmannendelff*; apud FOPPENS vero *Dipl.* Opp. T. IV. MIR. p. 350. *Alscmannedilf*, et in alia Charta a. 1156. *ib.* p. 513. qua Abbas Epternac. Comiti Holland. cedit Ius Patronatus in 24. Ecclesias Hollandicas, *Ascamannasdelft*; unde facilis transitus in notum hodie pagum *Assendelft* in *Kennemaria*. *Buschusa* olim haud ita procul a Leida, ubi deinde Castrum sub *Soeterwouda*, a. 1573. combustum.

55) *Buschusa mansum* XXXII. *u. s.*] Vix operae pretium est monere, excidisse hic voces: *in Scherwich mansum* XXVIII. *uncias solventem*, ut habet Charta Orig. a. 1083. et

iuxta *Delf* 56) x. mansus, ex altera parte *Delf* VIIII. mansus.

MLIIII. Obiit *Bernolfus* Episcopus Traiectensis, et in Ecclesia Sancti Petri Apostoli, quam ipse construxit et ditavit, honorifice sepultus est.

MLVI. Obiit *Henricus* Imperator 57). Filius [h] eius *Henricus* quartus successit.

MLVII. [i] *Balduinus* Comes *Flandrensis* ab Im peratore *Valentianas* et *Walacriam* 58) in beneficium [k] suscepit.

MLVIII. Captis ab Imperatore 59) *Henrico* aliquibus Castellis *Fresones* a rebellione frenantur.

MLX.

h *Frater* C. M. male. i MLXII. C. M. per scriptoris incuriam. Non enim id permittit annorum series. k *In Beneficio* Sw. Ms.

et hinc in ANN. EGM. p. 14. JO. A LEID. J. DOVZA, et in *Catal. Bonor.* in MIER. *Cod. Dipl. Holl.* T. I. p. 166. Male tamen DOVZA *Ann. Holl.* p. 49. habet *Sterwijc.* Per *Mansum* intellige terrae vel agri portionem cum suis *appendentiis*, *servis*, *casis*; quamquam M. STOKE L. I. vs. 1012. hic *morghen* vertit. Sed vide supra p. 21. not. 59.)

56) *Iuxta Delf*] Hinc notus etiamnunc locus *Absrecht*, quasi dicas *ius*, seu *iurisdictionem Abbatis Egmund.* Hinc Egmundani illi Abbates etiam post prolata Delfensis urbis pomoeria in ipsa urbe Delfis habuerunt *suos servos colonosque*, immo etiam *Ius Curmediale.* Quo de iure vide *Resolutien der Staten van Holland d.* 7. Maart 1595. apud VAN LOON *Aloud. Regeringswyze van Holl.* T. III. p. 94. cf. p. 270.

57) *Henricus Imper.*] Obiit nempe d. 3. Non. Oct. 1056. relicto minorenni filio, nato a. 1050. quem a. 1054. Regem proclamaverat, sub tutela matris Agnetis. HVGO FLAVIAC. *Chron. Verdun. Obiit apud Geslare Henricus Imperator — qui et Spirae sepultus est anno ab incarn.* D. MLVI. *Et remansit Agnes Imperatrix cum filio parvulo, qui et Regnum obtinuit sub tutore regni Annone Colon. Archiep.* BRVNO *Histor. Bell. Saxon.* in pr. *Postquam Henricus Imperator — migravit, filius eius Henricus* IV. *infeliciter in hoc seculo relictus vitae, Regnum patris electione communi suscepit. Quod cum adhuc decenter, utpote puerulus quinquennis, gubernare non potuit, ipsum cum Regni causa curandum cunctorum iussu Principum mater ipsius Agnes venerabilis Imperatrix accepit.* Vid. STRVV. *Histor. Germ.* in *Henrico* IV. §. 2. p. 358. Vt autem haec tam fuse probem, cogit importunitas Ill. Editoris STOKII, negantis, ab hoc Henrico a. 1057. in feudum dari quidquam potuisse, *quia* modo puer *septennis* erat. Dedit hic sub Tutela agens Ecclesiae Traiectinae varia Privilegia, quae habentur apud HEDAM p. 128. sqq. in quibus eminent duo, per quae a. 1064. Abbatiam *Egmondensem*, *Comitatum Westflinge*, ipsamque *Hollandiam*, et alia bona Comitibus Hollandiae ademta Episcopo Traiectino largitur; quamquam sine effectu; Princeps quidem bonus, sed infelix, et turbis Papalibus agitatus.

58) *Balduinus — Walacriam*] Vid. EXCVRS. IV. ubi pluribus huius loci contra V. D. HVYDEC. vindicias ago.

59) *Captis ab Imperatore*] Sunt verba SIGEB. GEMBL. a. 1058. *In Frisonia captis ab Impera-*

MLX. Obiit *Henricus* Rex Francorum 60). *Philippus* filius eius ſucceſſit.

MLXI. *Florentius* 61) Comes ſextus, filius *Theoderici* et *Othel-*

ratore Henrico aliquibus Caſtellis Friſones a rebellione refrenantur. Sed hoc ſatis ieiune. Non alii hic intelliguntur *Freſones*, quam *Florentius Comes Hollandiae* cum ſuis, qui hactenus *Freſones* dicti: unde paullo poſt ROBERTVS etiamnunc *FRISO* audit. Exarſit nempe bellum a. 1058. inter Comitem *Florentium*, et plures coniuratos circumvicinos Principes, quos inter ab JO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XI. C. 6. numerantur *Anno Archiepiſcopus Colonienſis*, — *Theoduinus Epiſcopus Leodienſis*, *Wichardus Gelriae Comes*, *Lambertus Comes Lovan. Godefridus Arduenn. Dux Lotharingiae*, *Hermannus Cuikenſis*, *Balduinus Flandrenſis.* Omnem rem geſtam fuſius enarrat JO. A LEID. l. l. et ex recentioribus J. J. PONTAN. *Hiſtor. Gelr.* L. V. p. 84. SLICHTENHORST *Geld. Geſchied.* L. V. p. 56. b. DOVZA *Ann. Holl.* L. X. p. 462. M. VOSS. *Ann. Holl.* L. I. p. 42. et WAGEN. *Hiſtor. Patr.* T. II. p. 167. ſeqq. Quod autem his innectitur *Marchio Brandenburgenſis*, fabulis accenſeatur, et pro eo legatur oportet *Marchio Brabantiae* ſive *Antverpienſis*, ut iam viderunt D. D. Viri, *Not. in Kerkelijke Oudheden* T. IV. §. 15. *Voorrede der oudheden van Kennemerland*: SCRIVER. ad *Chronicon Goudan.* et VAN LOON ad NIC. KOLIN. p. 327 (3). Vnde emendandus D. V. WAGENAAR l. l. Quae vero cauſſa belli fuerit, non dicitur. Hoc loco vocatur *rebellio Friſonum.* Sed ex iis, quae aliquot ante annis geſta erant, facilis eſt de cauſſa belli coniectura. HERM. CONTRACT. ad a. 1049. *Milites et Principes cum Leodinenſi Epiſcopo TRAIECTENSI et Metenſi congregati* THEODERICO *in* PHLADIRTINGA *inſidias tendunt*, *commiſſaque pugna victum occidunt*; *et Provinciam illam Imperatori ſubiiciunt.* LAMB. SCHAFNAB. *a.* 1047. *Rex exercitum navalem per Rhenum duxit in Friſiam contra Godefridum eiusque adiutorem* DIODERICVM, *ibique duas urbes munitisſimas cepit*, RINESBVRG *et* FLEERDINGEN. Habet HERM. CONTR. a. 1047. plura de hoc *Theoderico*, *Marchione Phladirtingae.* Huic autem mortuo a. 1049. ſucceſſerat frater *Florentius.* *Tutores* igitur Regis *Henrici*, quos inter hic *Archiepiſcopus Colonienſis* erat (ſunt verba M. VOSS. *Ann. Holl.* L. I. p. 42.), *veteris cum Theoderico* [Holl. Com.] *inimicitiae quam recentium Florentii meritorum*, *magis memores*, *everſas quoquomodo Hollandorum res cupiebant.* — *Praeter Annonem Colon. et Theodunum Leodici Antiſtites*, *vindictae cupidine aeſtuantem utrumque*, *etiam Lovanienſium Comes et Balduinus Flander bellum indixere.* — Feliciter hoc quidem tempore res ceſſit *Florentio*, quippe qui copias hoſtiles proſtravit, captivos cepit *Lambertum* vel potius *Henricum* Comitem Lovanienſem, et *Wichardum* Gelrenſem, nonniſi pretio 2000. Marcarum argenti ſolutos; unde et haec Caſtella recuperaſſe credibile eſt. Vid. WAGEN. l. l. p. 169. (1). Sed tamen paullo poſt a. 1061. *Florentius* armis hoſtilibus oppreſſus periit, cuius poſt mortem omnia iterum in turbis. Vid. ad a. 1061.

60) *Henricus Rex Francor.*] SIGEB. GEMBL. ad h. ann.

MATTH.

Henricus hic a. 1059. filium ſuum Philippum I. Franc. Regem ſeptem natum annos Rhemis coronandum curaverat, tutoremque ei dederat *Balduinum* Comitem Flandriae, qui pater fuit *Roberti* noſtri *Freſonis*, cuius privigna, *Florentii* Comitis filia *Berta*, poſtea huic nupſit *Philippo.*

61) *Florent. Comes*] Obiit die 18. Iun. 1061. Vid. CRONICA *de Holl.* p. 531. BEK. p. 41. HED. p. 125. JO. A LEID. L. XI. C.

bildis, vir bellicosus et valde gloriosus [l], postquam pedibus suis subegit hostes sibi resistentes, nimium confidens in fortitudine sua et suorum, post victoriam minus caute se custodiens, militibus [m] suis dispersis, dum quadam die de bello 62) reverteretur ad propria, contigit, ut fessus ex itinere sub umbra cuiusdam arboris [n] in loco, qui dicitur *Hamerthe* [o], dormiret meridie iam secure. Et ecce ex improviso inimici supervenerunt, et priusquam cum suis equos a-

[l] *Religiosus* Sw. Ma. *Valde* deest Ma. [m] *Militibus* et *de bello* Ma. abest. Pro *de bello* Douz. ad C. M. coniect. „ de *Bemlo*". i. e. *Bommel*. Multa hic elegantius describere coepit Douz. ut modo, *suis ac suorum virtuti re cognitae confisus* pro *confidens in fort*. Mox *impetu facto* pro *irruentes*; quae, nisi rem explicant, posthac mittam. [n] *Arboris salignae* Douz. ad C. M. quam in rem Scriv. ad C. M. citat *MS. Alcm. et Bak.* [o] *Kamerche* Sw. Ma. *Hamerche* Burg. *Hamert* Stoke. Locus notus *Hemert*. Mox *meridie* deest Sw. Ma. Burg. qui pro *iam* habet *ita*. *Dilatus* mox Sw. pro *ablatus*.

8. Add. VAN ALEN *Beschrijving der Stad Grave* T. I. p. 50. qui omnes, excepto *Carmelita*, consentiunt in a. 1061. Errare igitur videtur V. D. VAN LOON ad KOLIN. p. 375. quando a. 1062. praetulit: nimis tamen acerbe propterea pro more perstrictus a V. Ampl. HUYDEC. ad STOK. L. II. vs. 49. T. I. p. 488. Spectant ad hunc *Florentium* verba THEOFRIDI *Abbat. Epternac. de Vita S. Willebrord.* citati a MATTH. not. ad *Bell. Camp.* p. 221. *Primates de Hollant Theodericus et* FLORENTIUS *cum filio suo* THEODERICO, *qui* XXVI. *ecclesias tanti Pontificis* [Willebrordi] *tyrannice invaserant, in ipso aetatis flore, ut flos foeni aruerunt et marcidi occiderunt.* Respicit ad rem, de qua Charta a. 1063. in MIRAEI *Opp. Dipl.* T. IV. p. 350. et JO. A LEID. L. XII. C. 2. per quam Episcopus Traiectinus Abbati Epternac. reddit XXIV. [l. XXVI.] Ecclesias a Comitibus Holland. ei ablatas, quae tamen Ecclesiae a. 1156. ab Abbate Epternaci *Gerardo* Comitibus Hollandiae sunt restitutae. Vid. Charta in MIRAEI *Opp.* T. IV. p. 513. et MATTH. *Ann. Egm.* C. XXV. p. 30. Ignoravit hanc cessionem *Theophridus*, quippe qui obiit a. 1110. Post huius Florentii mortem omnia in turbis. Imperator recusat, investire *Gertrudem* Comitissam; dat *Hollandiam* et *Westfrisiam* Episcopo Traiectino; Episcopus hic tradit Abbatiae Epternaci multa Hollandiae bona; nubit *Gertrudis* Roberto Frisoni, cett. quae alibi enucleatius.

62) *De bello*] Bellum hoc vel *praelium* Noster praeterit, sed satis aliunde notum. Vid. JO. A LEID. *Chron. Belg.* XI, 7. BEKA, HEDA, alii. Qui eum petiit, vocatur A LEID. *Dominus de Kuik*; et in CHRON. *de Holl.* MATTH. p. 530. *Alardus frater Ducis Brabantiae.*

63) *Robertus, iunior filius Balduini*] Est ille *Robertus*, qui inde cognomen *Frisonis* tulit, quod, quum esset *Flandrus*, et *Flandriae Comitatum* deinde gesserit, etiam antea *Frisiae*, (nunc *Hollandiae*) *Comitatum* gesserat ab a. 1063—1070. Hactenus enim Comites, qui nunc *Hollandiae* dicti, *Frisiae* vel *Fresoniae Comitum* nomen habuerant. Rationem autem, cur *ROBERTUS* cognomen *FRISONIS* gesserit, sic tibi dabit ex veteribus ALBERICUS *Triumfont. Monach.* ad a. 1072. p. 115. *ROBERTUS patre superstite* COMITISSAM *FRISIAE uxorem nactus, FRISONIS nomen accepit, qui* ROBERTUS FRISO — *Flandriae Comes effectus est.* En nominis ratio! Respectu enim *Flandriae*, cuius postea Comes fuit *Robertus*, et quo in Co-

ascendere potuit et effugere, in eum irruentes cum multis suorum eum occiderunt; delatusque in *Ekmundam* ibidem cum Fratre suo *Theoderico* sepultus est. *Gertrudis* autem Comitissa pro anima eius [p] et Viri sui obtulit Sancto Adalberto duas casulas optimas et unum tapetum [q].

MLXIII. *Robertus*, iunior filius *Balduini* 63) Comitis *Flandriae*, frater *Balduini* [r] tertii, *Gertrudem* Comitissam 64), relictam *Florentii* Comitis Hollandiae sexti sibi in matrimonio so-

cia-

[p] *Sua* Sw. Ma. Burg. Non male. [q] *Capetum* Sw. Burg. [r] *Com. Fl. frat. Balduini* desunt Sw. Ma. Burg. cui et *Gertrudem* abest. Pro *tertii* Scriv. S. coniecit recte *Pii*. Mox *sibi* deest Sw. Ma. Burg.

Comitatu filium *heredem* reliquit itidem *Robertum* dictum; illi hinc a Flandris cognomen adhaesit *FRISONIS*; non vero ad discrimen *Hollandiae*. Haec vera ratio, quam etiam vidit V. D. WAGENAAR *Vad. Hist.* T. II. p. 177. perperam ob id reprehensus ab Ampl. Viro ad *Stok.* l. l. qui testimonio *Stokeano* abutitur. Sic, ne alios adferam, hoc seculo XI. *Theodericus* III. vocatur *Thiedericus* FRESONIAE *Comes* in *Vit. S. Meinwerci* p. 557. et ANSELMO *Hist. Leod.* C. 63. Multa priorum Comitum exempla alibi daturus hic non congeram. Ipse *FLORENTIVS*, qui hoc loco *Comes Hollandiae Sextus* vocatur, cuius viduam *GERTRVDEM* uxorem duxit *Robertus Friso*, *FRISIAE COMES* audit. V. LAMB. SCHAFNAB. a. 1071. p. 183. FRISIAM — *cui Theodericus quondam Comes, et post hunc* FLORENTIVS *frater eius imperaverat.* AEGID. AVR. VALL. C. 2. p. 10. *Vidua Comitis Florentii FRISONVM.* Idem etiam *Dux Frisiorum*, vel *Florentius de Frisia* vocatur, vel *Frisionum Marchisus*. Vid. loca in *Dissert. Critico-Geneal.* No. II. Quin etiam *GERTRVDIS* ipsa, quae in VITA *B. Caroli Boni* C. XV. §. 109. p. 204. in *Act. SS.* vocatur *Comitissa Holdlandensis*; etiamnunc in ALBERICO ad a. 1060. sic memoratur: *Robertus Friso Gertrudem FRISONVM Comitissam duxit in uxorem.* Nec negarunt hoc unquam Viri nostris in rebus versatissimi, immo saepius id inculcavit A. MATTH. de *Nobilit.* p. 53. 54. 62. f. et *Analect.* III. p. 51. cf. VAN LEEVWEN *Batav. Ill.* P. I. p. 40. a. Donec tandem negare id ex professo sustinuit Vir Ampl. ad STOKE, variis locis, imprimis in nota ad *Robertum Frisonem* T. I. p. 266—268. multis etiam modis ob hoc ipsum reprehendendus: quod nunc non agam. Locum nostri Chronici hactenus depravatum correxit ipse HVYDEC. in *addendis* T. I. p. 604. Haec enim teneamus, hactenus *Hollandiae* Comites non aliud gessisse nomen quam *FRISIAE* vel *FRESONIAE Comitum.* Ab hoc autem tempore *Hollandia* et *Frisia* ita separari coeperunt, ut per *Frisiam* presse intelligerent *Westfrisiam*, hodie ad Boreale Hollandiae latus sitam. Qua de distinctione vid. Not. 72) p. 55.

64) *Comitissam*] Haec Saxonum Ducis filia, quem Hermannum vocant Heda, et Beka, et Joan. a Leidis, Bernardum AEgidius Aureae vallis Religiosus *hist. Leodiens. cap.* 3. Rebellem Imperatori ait Chronographus Saxo apud Leibnitium ad Ann. 1123. *Gertrudis*, inquit, *Comitissa de regione, quae Hollant vocatur, soror Lotharii Saxonici Ducis Imperatori rebellat.* Atqui fato iam functa haec Ann. 1113. Meyer. *lib.* II. *Ann.* 1113. *obiit sepeliturque Furnis Gertrudis Vice-Comes Furnensis, Balduini Securis avia,*

ciavit, et sic Comitatum *Hollandiae* et *Fresiae* [s] acquisivit 65).
MLXX. *Godefridus* Dux 66) Moselanorum obiit, et *Godefridus* Gibbosus successit. MLXXI.

s Pro *Holl. et Frisiae* Sw. Ma. Burg. tantum: *etiam Frisiae*. Agnovit HUYD. ad STOK. in Add. I. p. 604. At rem reliquit. Ceteri mox *Mosell.*

avia, Roberti Frisii vidua. Sed Gertrudem Chronographus cum Petronella haud dubie, quae Florentii II. coniux, prosapia etiam Saxo, et Lotharii Ducis soror, dum aliud agit, confundit. Et Gertrudem quod attinet, res ita se habet: Comes Flandriae Balduinus III. duos reliquit filios Balduinum et Robertum. Balduinus patri successit. Robertus vir ferox, cum Flandria eum non ferret, foris armis inclaruit. Bello Frisiam aggressus virtute tandem pertinaci et terram et Gertrudem, quamvis duobus praeliis primum pulsus, obtinuit. Robert. de Monte in *Accessionib. ad Sigebert. ad Ann.* 1074. *Rubertus autem accepit coniugem relictam Florentii Comitis Frisiae, quae unicam ex praedicto Florentio habebat filiam. Quam Robertus longe facere volens à paterna hereditate dedit eam Philippo Regi Francorum, et ita Comitatus Frisiae remansit ei cum matre praedictae puellae, unde cognominatus est Friso.* AEgid. Aureae vallis Religiosus *hist. Leodiens. cap.* 3. *Et hoc facto Robertus secessit in Frisiam, ibique accepit filiam Bernardi Ducis Saxonum viduam Comitis Florentii Frisonum, Gertrudem nomine, quae habebat filiam ex marito suo Florentio, quam Philippus Rex Francorum accepit uxorem. Genuitque Robertus Friso de praedicta uxore Gertrude duos filios Philippum et Robertum, postea Comitem nobilissimum Flandriae.* Abeunt porro hinc Auctores in diversas sententias. Alii aiunt Balduinum, cum suspectum haberet fratrem, nec tam potentem vicinum ferret, armis eum de provincia conatum depellere, sed victum a Roberto et caesum praelio occubuisse. Alii contra Balduinum in pace aiunt fato functum, Robertum autem eo mortuo iuramenti immemorem, quo spoponderat se nec fratri nec fratris filiis de Flandria motuum unquam controversiam, fratris filium Arnulfum vi Flandria pepulisse, Arnulfum ad Caesarem, qui Leodii tum, profugum ita Caesarem commovisse, ut ulturum iniurias Godfridum Ducem Lothariingiae cum exercitu mitteret, qui quamvis Flandriam tentarit frustra, Robertum tamen Hollandia cum privignis rursum eiecisse. Alii caesum Arnulfum, Richildim Caesarem adiisse. Lamb. Schafnaburgens. ad An. 1071. *Exacta solennitate Paschali Leodium abiit. Ibi ad eum vidua Balduini Comitis venit, Regiae maiestatis patrocinium expetens contra violentiam improbitatemque Rutberti fratris Balduini, qui et fratrem praelio victum vita privasset, et Comitatum eius expulsa uxore et liberis tyrannica crudelitate occupasset.* Et mox postquam dixit Robertum multa tentasse frustra, *Tandem*, inquit, *advertens sic infeliciter sibi cedere, quamcunque viam tentasset amplificandae gloriae suae, deinceps in perpetuum ab oppugnatione exterarum gentium, animum revocavit, atque in Fresiam, quae confinis Flandriae, cui Theodericus quondam Comes et Florentius frater eius imperaverat, irruptionem fecit. Bis ibi commisso praelio victus ac fugatus est. Tandem incolae loci multis certaminibus exhausti, quum animum eius vel ad mortem vel ad victoriam obstinatum cernerent, ultro se ei dediderunt. Quod ubi frater Balduinus comperit, armata multitudine bis eum sedibus proturbare magna vi magno molimine parabat. Cui cum exercitu adventanti Robertus legatos obviam misit obtestans per Deum, ut se fratrem suum reminisceretur, nec iura germanitatis apud Barbaros quoque semper sacrosancta ac inviolata pollueret. Misereretur potius peregri-*

MLXXI. *Godefridus* Dux Gibbosus cum *Wilhelmo* Episcopo Traiectensi et regali exercitu *Robertum* de *Hollant* expulit 67),

 et

grinationis, laborum, et calamitatum, in quibus totam vitam suam detrivisset etc. *Nihil ille his verbis motus exercitum haud segniter ad Fresiam admovebat. Tum Robertus necessitate compulsus armata iuventute, quam secum lectissimam habebat, obviam ei processit. Commissoque praelio ex parte Balduwini multi occisi, plures vulnerati, omnes in fugam versi sunt. Quos dum ipse loco pulsos sistere, pugnamque restituere summo conamine moliretur, in confertissimos hostium cuneos temere invectus occiditur. Cuius morte comperta Robertus ilico in Flandriam irruptionem fecit, eamque sibi tanquam ex iure debitae successionis totam mancipavit* etc. AEgid. Aur. vall. Religiosus *d. loc. Sed et idem Robertus frater suus publice iuraverat, quod nec ipsi Balduino nec heredibus suis de terra Flandriae in aliquo noceret*, et mox: *Praefato autem Balduino cognomento Bono diu ea patria gubernari felix non meruit, defunctus siquidem et apud Hannoniam sepultus in pace quiescit. Venerabilis autem Comitissa Rickildis tanto marito viduata cum filiis suis Arnulpho et Balduino Comitatum tenuit. Robertus vero in Frisia degens cognita morte fratris sui Balduini Boni cum magno exercitu usque ad Gandavum venit. Richildis autem cum filio suo Arnulpho innumerabilem collegit exercitum, et Robertum a Flandria exire compulerunt. Post non multum temporis instinctu Bernardi soceri sui iterum Flandrias repetens maiorem trahens secum copiam armatorum, exercitu Richildis devicto et filio eius Arnulpho occiso, ipsa carceri mancipatur.* Ita fere et Auctor mox ad Ann. 1071. excepto tantum quod addat usum etiam Arnulfum Francorum Regis Philippi ope. Quod et ait Sigebertus ad Ann. 1072. *Balduino Iuniore Flandrensium Comite defuncto Rotbertus frater eius consensu Flandrensium, contra Arnulfum fratruelem suum Flandriam occupat. Arnulphus cum Philippo Francorum Rege occurrit patruo suo Rotberto, et pugna consertа Arnulfus perimitur, Philippus Rex fuga liberatur, et multis occisis, hinc Richildis Arnulfi mater, illinc Rotbertus capitur, et altero pro altero relaxato, bellum inter eos vario eventu protrahitur.* MATTH.

Quo res gestas Roberti melius intelligamus, triplex eius aera est distinguenda; qua de re pluribus ago in EXCVRSV V. *de Rebus gestis Roberti Frisonis, praesertim in Hollandia.*

65) *Acquisivit*] Haec nimirum sunt intelligenda ex more illius aevi. Proprie enim non *acquisivit*, sed *Tutor* uxoris et liberorum nomine fuit. Vide EXCVRS. V. *de Rebus gestis Roberti Frisonis, praesertim in Hollandia.* Quare vero hic loci *Hollandia* et *Frisia* iungantur, docui in EXCVRSV VI. *de Hollandiae et Frisiae sub Roberto Frisone distinctione.*

66) *Godefridus Dux*] LAMBERT. SCHAFNAB. a. 1070. *Dux Lotheringorum, Godefridus, omnibus pene terris, magnitudine rerum gestarum, compertus et cognitus, obiit, et Verdunis sepultus est; cui filius eius Godefridus successit, praestantis quidem animi adolescens, sed gibbosus.* Obiit autem in Vigilia Nativitatis Domini. *Vid.* ECCARD. *Origg. Guelph.* T. I. L. III. §. 30. p. 440. ed. SCHEID. ubi plura. Multis ostendit Vir Amplisf. ad AEM. STOKE L. I. vs. 1183. p. 122. sq., *Godefridum* hic vocari *Ducem Mosellanorum*, sive Lotharingiae superioris, non quod anno obitus 1070. fuerat talis, sed quod antea hunc *Ducatum* gesserat. Agnoscit vero, hunc *Godefridum* post a. 1065. quando *Fredericus* Dux obiit, usque ad a. 1070. fuisse Ducem inferioris Lotharingiae, in quo Ducatu successerit filius eius *Godefridus Gibbosus.*

67) *Godefridus Dux expulit.*] Non melius de caussa belli coniecturam capias, quam ex iis, quorum erat, non accusare sed defendere Episcopum Traiectensem. Et tamen sic AVCTOR *Bellorum Campestr.* *inter* ... Tra-

et sibi potenter subiugavit. Quo facto Robertus Comes cum paucis *Gandavum* 68) venit, et convocatis Principibus *Flandriae* alios beneficiis, atque [t] alios pecuniis et promissionibus ad se attraxit 69). Deinde congregato non modico exercitu obviam *Arnoldo* Comiti, filio fratris sui *Baldwini* apud *Casle* [u] civitatem processit, conserto et praelio *Arnoldus* ipse perimitur; mater eius *Richelda* capitur; Rex Francorum *Philippus* fugatur; ipse [x] etiam *Robertus* capitur. Tunc laxatis ex ambabus partibus utriusque [y] captivatis 70), idem *Ro-*

t Tres priores voces omisit Ma. u *Cassele* Sw. Ma. Burg. Qui mox, *conferteque*, et *Ricelda*. x *Post* pro *ipse* Sw. Ma. y *Vtrisque* Ma. Sw.

Traiect. et Holl. p. 214. *Wilhelmus Episcopus Trai. XXII. videns sibi tempus oportunum, videlicet omnes propugnatores iam obiisse, tuitionem quoque* [i. e. tutelam] *Puerorum in extraneo Principe* [Roberto] *consistere, accersito sibi iuvamine* GODEFRIDI *Ducis Gibbosi, cum regali exercitu in ultionem pristinis temporibus occisorum Hollandiam valide ingressus est, expulso armata manu Roberto Flandrensi cum uxore et filiis ad Flandriam pro subsidio declinantibus.* Eadem habent BEKA p. 41. et HEDA p. 128. Add. CRONICA *de Holl.* in MATTH. *Anal.* V. p. 531. qui addunt, antea suffultum fuisse Episcopum regia auctoritate: quippe Imp. *Henricus* a. 1064. iam statim a nuptiis *Gertrudis* cum *Roberto* Frisone *per et modum restitutionis, et partim commissi* Episcopi donaverat *Comitatum Hollandiae, Abbatiam Egmundae, Comitatum omnem in Westlinge*, et reliqua omnia. Quid autem porro h. a. 1071. factum sit, et quomodo Episcopus *Hollandiam* occuparit, *Godefridus* vero *Dux* hunc Comitatum ab Episcopo in feudum acceperit, et per 4. seu 5. annos possederit, fusius narrat W. HEDA, p. 131. BVCHEL. autem ad HED. p. 134. (b) et ad BEKAM p. 42. quum Episcopum defendit, in eo nimis iniurius est in Hollandos, fautorque Episcopi; et hinc quoque iniurius magis, quam decet, in *Robertum Frisonem*, ambitiosum quidem principem, sed tamen magnanimum, pium, ac multis virtutibus insignem; ut recte describitur ab D'OVDEGHERST *Chroniq. de Flandr.* et reliquis Flandrensibus: imprimis etiam a Nostratibus. Legatur modo JO. A LEID. *Chr. Belg.* L. XI. C. 4. XII. C. 1. sqq.

68) *Gandavum venit.*] Nostrates omnes ROBERTVM, post pugnam, in *Flandriam* abiisse narrant inde non rediturum. Non ita Flandrenses, qui eum ad Socerum suum *Bernardum* in Saxoniam aufugisse referunt. Rerum ordinem proposui in EXCVRSV V. *de Rebus gestis Roberti Frisonis.*

69) *Alios — ad se attraxit*] Hoc quidem factum, postquam in Flandriam venisset. Sed Principes Flandrenses ipsi *ROBERTVM* arcesserant, indignati Richildis tyrannidem. Vid. *Geneal. Com. Flandr.* in MARTEN. *Thes. Anecd.* T. III. p. 383, 384. ubi eius fautores longo numero recensentur. Add. JO. IPER. *Chron. Bertin.* C. 38. P. 3. p. 583. B. *Post decessum Balduini — eius vidua Richildis fuit populo et terrae gravis, eos servitutibus opprimens; — — quare Flandrenses ad ROBERTVM in FRISIAM miserunt, sibi terrae dominium pollicentes, si Richildi resisteret.* Add. coaevum fere SIGEB. GEMBL. a. 1072. *Balduino iuniore Flandrensium comite defuncto, ROBERTVS frater eius* CONSENSV *Flandrensium contra Arnulphum fratruelem suum Flandrias occupat.* Add. JO. A LEID. XIII. 4—6. qui rem satis bene persequitur.

70) *Captivatis*] Vtrosque et *Richildis* et

Robertus Comes in regnum paternum honorifice suscipitur 71); et XXIII annis dominatur.

MLXXII. *Godefridus* Dux Gibbosus ulteriores *Fresones* 72) gravi praelio devastat *w*.

MLXXV.

w Sw. Ma. Burg. deest hoc lemma, sequente mox MLXXII. *Godefridus* — per incuriam. V. HVYD. ad STOK. in Add. I. p. 605.

et *Robertum* captos fuisse, sed varia ratione dimissos, referunt scriptores. *Geneal. Com. Flandr.* p. 384. §. 8. *Richildis tantae caedis rea capitur et carceri tenebroso mancipatur. Prosternitur et filius eius — Comes Ernulfus, et in Ecclesia B. Audomari sepelitur. Frisio denique* [Robertus] *dum forte, sociis hostes longius prosequentibus, solus equitaret, capitur, et ab Eustachio ad castrum Audomarense ducitur* — — Ab suis tamen iterum *liberatus* legitur ibid. *Richildis* vero sine ullo redemtionis pretio carcere emissa. Quae si vera sunt, erraret SIGEB. GEMBL. a. 1072. qui *alterum pro altero relaxatum* narrat. Cum eoque ALBERICVS TRIVMFONT. ad a. 1071. *Robertus frater Balduini consensu Flandrensium contra Arnulphum fratruelem suum Flandriam occupat. Arnulphus cum Philippo Rege Francorum occurrit patruo suo Roberto, et pugna conserta Arnulphus perimitur. Philippus Rex fuga liberatur, et multis occisis, hinc Richildis, Arnulphi mater, illinc Robertus rapitur* [l. capitur], *et altero pro altero relaxato bellum contra eos vario eventu protrahitur. Hoc undecimo Calendas Maii* [f. Martii] *agitur.* Quae fere habet ex SIGEB. ad a. 1072. Pugnata autem pugna est *mense Febr.* a. 1072. vid. not. c) ad EXCVRS. V. *de Rebus gestis Roberti Frisonis.*

71) *Suscipitur.*] Robertus, pace cum Philippo Rege facta, *data Regi in uxorem privigna*, nempe *Berta* filia *Gertrudis* et *Florentii* Com. *Hollandiae*, postea pacifice et magno animo Flandriam gubernavit. Dat noster *Roberto* annos XXIII. regiminis. Sed hos non plenos vel alio modo, intelligas oportet. Pugna enim ad *Casletum*, qua victor et voti compos abiit, mense Febr. 1072. modo pugnata est. Vid. HVYDEC. ad STOKE T. I. p. 276. sq. et omnes reliquos; unde errat VAN LOON *Al. Hist.* T. I. p. 327. Obiit autem ROBERTVS a. 1093. Vid. infra h. a°. Si autem a Febr. 1072. usque ad obitum 12. Oct. 1093. computas, exibit tantum annus 22[us] necdum integer; si contra ab anno 1070., quo Flandriam a morte fratris petitum armis ivit, numeras; habebis annos plenos 23. Male hodie in M. STOKE I. vs. 1245. legitur XXII., ex *Cod. MS.* restituendus in XXIII. etsi ab HVYDEC. defensus ibid. p. 130.

72) *Vlteriores Fresones*] Priori anno 1071. *Godefridus* Hollandiam occupaverat, i. e. eam terrae partem, quae nunc *Suidhollandia* vocatur, una cum *Flardingensi* ditione, quatenus ea ad *Delfam* usque se extendit, ubi *Castrum* munivit, quo tutus ab invasione foret eorum, qui ad Septemtrionem habitabant, et *Roberti* partes tenebant; quod *Castrum* Oppido *Delft* originem dedit, et *Castrum Flardingis* diserte nominatur in coaevo scriptore, *Histor. Monast. Andagin.* p. 953. Videtur autem haec Hollandiae terra tunc vel *ad Delft*, vel ad *Rheni* alveum iuxta *Catwicum* et *Leidam* sese extendisse; quidquid vero reliqui erat, *Frisiorum* adhuc nomine veniebat. Argumenti loco sit Castrum illud *Delft*, quod munitum fuit iccirco, ut stabile et tutum haberet Dominium *Godefridus*; legiturque *Robertus* ad urbem *Leidam* a *Godefrido* devictus. HED. p. 131. Cf. CRONIC. *de Holl.* p. 531. Praeterea, quodcum-

que

MLXXV. *Godefridus* Dux Gibbosus secessum petens latrinarum *, ut ventrem purgaret, graviter et turpiter, a quodam *Gisleberto* 73) *Theoderici* filii Florentii Comitis sexti proprio famulo, vulne-

* Al. *latrinarem*. f. — *alem* S. S. Mox *purget* Sw. Ma. *Gilleberto* Sw. Ma. C. M. Burg. Cf. *not*. 73). *Sexti* mox deest Ma.

que de *Godefrido* narratur, eum sq. anno 1072. *Fresones* gravi praelio vastasse; refertur hoc ad *Alcmariam*. JO. A LEID. XIV, 2. Spectat igitur prior illa victoria ad eam terrae partem, quae in Charta *Henrici* Regis a. 1064. HED. p. 130. vocatur *Comitatus in Hollant*, distinctus ab antiqua illa Comitum possessione, quae in altera eiusdem anni Charta Regia p. 129. vocatur: *Comitatus in* WESTFLINGE, *et circa oras* RHENI [Septemtrionalis] *quem Theodoricus Comes habuit, cum omnibus ad bannum Regium pertinentibus, universisque ad eundem Comitatum respicientibus, hoc est Abbatia in Egmonde* — —. Per *Fresones* igitur *ulteriores*, quos hic *Noster* nominat, non alii sunt intelligendi quam *Kennemariae Westfrisiaeque incolae ad Flevum extensi*, inter quos *Alcmarienses*: quorum in urbe quum consedisset Godefridus, obsessus est ab Fresonibus per 9. hebdomadas, donec liberaretur ab Episcopo *Wilhelmo*. Ex quo voti compos factus *Comitatum Hollandiae* 4. annos quiete rexit nempe ab a. 1072.—1076. Sic etiam W. HEDA explicandus videtur: *Godefridus Dux Comitatum Hollandiae de manu Episcopi in beneficium accipiens orientalem sive* VLTERIOREM *Frisiam* [lege simpliciter *ulteriorem*; nam vox *orientalis* nata est ab interpretatione] *armis subiecit ditioni suae, et quatuor annis quiete omnia possedit*, Roberto nempe in Flandris nimis occupato. Quae tamen *quies* non capi debet *de iure*, sed de hostili infestatione a parte Roberti. Nam ceteroqui Godefridus per vim haec tenuit. CHRON. *de Holl.* in MATTH. *Anal. Med. Aev.* V. p. 531. *Iste Godefridus Dux Lotharingiae cum Buyl* [Gibbosus] *fuit Comes Hollandiae* PER VIM *quinque annis. Et in omnibus civitatibus acceptatus est per violentiam. Et iste fundavit civitatem Delft et prope illam magnum Castrum, in quo ipse habitavit longo tempore.* Nihilominus strenuum fuisse Principem, satis notum est.

73) *A quodam Gisleberto, Theoderici – proprio famulo*] Coquum eum ait BERTOLD. CONSTANTIENS. ad Ann. 1076. *Godefridus Dux filius Godefridi Ducis – turpiter a quodam coquo per posteriora, cum ad necessaria sederet, vulneratus, ante medium noctis exspiravit.* BRVNO *de bell. Saxon.* p. 131. *Godefridus Dux, qui fuit maximus hostis Saxoniae, periit in secretiori corporis parte perfossus saevo mucrone, nec purgatus ultima confessione, nec munitus sacra communione.* Factum autem Antverpiae id, testatur SIGEB. ad d. Ann. 1076. [Non sunt haec Sigeberti] *Godefridus Gibbosus Dux Lotharingiae Antverpiae a Sicario per insidias graviter laesus moritur.* Eodem mortis genere in Anglia olim periit Edmundus Occidentalium Saxonum Rex circa Ann. 1016. THOMAS RVDBORNE *Hist. Wintoniens.* cap. 15. *Angl. Sacr. Tom.* I. *Tandem Rege apud Oxoniam pernoctante, dum ad modum secretiorem ad exquisita naturae diverteret, filius dicti Edrici (Merciorum Ducis) patris instinctu in fovea delitescens secretaria, in nocte S. Andreae Apostoli, eundem Regem cultello bis acuto inter celanda percussit, et eo lethaliter vulnerato fugiens ferrum reliquit.*

MATTH.

Adde locum LAMBERT. SCHAFNAB. a. 1076. auctoris coaevi: *Gozilo Dux Lotharingorum, cum esset* IN CONFINIO *Lotharingiae et Flan-*

neratus est, et navi impositus, iussu suo Traiectum 74) usque translatus, post paululum v. Kal. Martii obiit. *Wilhelmus* etiam

H Epi-

Flandriae, in civitate quae dicitur Antwerpha, occisus est per insidias (ut putabatur) RVBERTI *Flandrensis Comitis. Cum enim quadam nocte, quiescentibus omnibus, ad necessitatem naturae secessisset, appositus extra domum spiculator confodit eum per secreta natium, relictoque in vulnere ferro concitus aufugit. Vix deinceps* VII. *diebus accepto vulneri superstes,* IIII. *Calendas Martii vita decessit, atque Werdunis iuxta patrem sepultus est. Magnum regni Teutonici robur ac momentum, quomodo (ut saepe iam dictum est) licet staturae pusillitate atque gibbo despicabilis videretur, opum tamen gloria et fortissimorum militum copia, prudentiae quoque maturitate, postremo totius vitae temperantia longe caeteris Principibus supereminebat.* SIGEB. GEMBLAC. a. 1076. simpliciter: *Richarius in Frisonia Godefridum ducem perimit.* Quomodo vero haec concilianda? Legendum est in SIGEB. *Sicarius*; qui *coquus* vocatur in BERTOLD. CONSTANT. l. l. et *Spiculator* in LAMBERT. l. l. Pro *Gilleberto* autem reposui *Gisleberto*, quasi *Giselbert*, sive *Gijsbert*. Et sic eum vocant BEKA et AEM. STOKE. Add. not. VAN LOON ad NIC. KOLIN. p. 397 (2). Cf. plura BVCHEL. ad HED. p. 134. (l. k.) et AVCT. *Bell. Camp.* p. 214. Ceterum de anno obitus *Godefridi* 1075. omnia ita perturbavit D. Vir HVYDEC. ad *Aem. Stoke* T. I. p. 293. ut, si eius argumentis fidas, omnia infeliciter historiarum amanti cedant, necesse sit. Omnem de *Godefridi* obitu, mortis loco, et anno litem dirimat insignis locus ANONYMI *Histor. Andaginens. Monasterii* in MARTENE *Ampliss. Coll.* T. IV. p. 591. qui hanc historiam scripsit iam ante annum 1108. Vid. *Admonit. praeviam* p. 914. laudatus iam a D. V. WAGENAAR *Hist. Patr.* T. II. p. 182. (t): et VAN LOON, quam tamen narrationem V. D. HVYDEC. p. 292. *iucundam fabellam* vocare haud veretur. En hic est: *His actis circa Leodiensem Synodum — in sequenti Adventu Dominus ANNO religiosus Pontifex Coloniae Vita decessit.* — [Decessit 4. dec. 1075.] *In sequenti solemnitate Dominici natalis Dux Godefridus nataliciam Curiam celebravit in magna gloria Traiecti, infelix certe et nimis improvidus sui, et cui ultima fuit pompa huius suae ostentationis; nam inde descendens FRISIAM, dum apud CASTRVM FLARDINGIS moraretur, per quosdam necessarios Roberti Comitis Flandrensis, in secessu per posteriora percussus interiit. Cuius interitus equidem dolendus omni Lotharingiae adeo fuit exitialis, ut iustitia et pax, quae, ultra memoriam eorum, qui erant eius temporis, profecerant sub eo, in brevi eius defectu eveniente, deficerent cum eo. Cuius corpus sicut vivens disposuerat, Virduni ad sepulturam transferendum, dum perlatum esset Leodium,* HENRICVS *Episcopus tanto amico destitutus in pompa maximi doloris processit ei cum clero et populo totius civitatis, perque singulas congregationes praesens ipse circumferri iussit, exceptoque solemniter missas celebrari instituit.* Hinc sequentes notae Chronicae exsurgunt:

Obiit Dux Godefridus 1. Post Leodiensem Synodum *actam in festo Apostolorum Simonis et Iudae, et in sequenti Adventu* [d. 4. Decembr.] *obiit Anno Archiepiscopus Coloniensis.* Habita est autem *Synodus Leodiensis* [in qua Imper. *Henricus* et *Godefridus* praesentes fuere, Vid. ibid. p. 944, 950.] die 28. Octobr. a. 1075. Obiit autem Archiepiscopus *Anno* d. 4. Decemb. 1075. ut notum est. Vid. J. W. IMHOFF *Notitia S. R. G. Imperii Procer.* Ed. KOELERI. p. 44.

2. Obiit *Dux* post mortem *Theoduini* Episcopi Leodiensis, cuius successorem *Henricum* Cognatum suum ipse Dux Regi Henrico proposuit, et eligendum curavit, ibid. p. 949. §. 39. Add. AEGID. AVREAE VALL. Cap. X. p. 32. Atqui obiit *Theoduinus* d. IX. Kal. Iul. a. 1075. Vid. *ibid.* et AEGID. l. l. C. IX. p. 31. et

SAM-

Episcopus 75) v. Kal. Maii ' obiit. Cui successit *Conradus* 76).
MLXXVI. *Theodericus* Comes 77) filius *Florentii* et *Gertrudis*
ad-

7 *Paululum V. Kal. Maii obiit* Sw. Ma. Burg. reliquis omissis. Mox *Comes* deest Ma. Burg. *Iuvenilis* Sw. Ma.

SAMMARTH. *Gall. Christian.* T. III. p. 860.

3. Obiit *Dux*, funus eius comitante *Henrico* iam Episcopo, qui ab *Annone* post d. 28. Octob. 1075. consecratus fuit; et quidem a. 1076. ut habet M. S. Cod. Alnensis in *Gallia Christian.* T. III. p. 861. A.

4. Obiit *Dux*, postquam *Traiecti* Natalem Christi diem d. 25. Decemb. post mortem *Annonis* d. 4. Dec. 1075. celebravit, et quidem ante Pascha, Vid. p. 951. §. 42. cf. 44.

5. Obiit denique eo anno, quo *feria* VI. *Paschalis incidit in Kalendas Apriles*. Vid. p. 953. §. 45. cf. 43. qui non alius est annus quam 1076. quo nempe anno festum Paschale incidit in d. 27. mensis *Martii*, adeoque VI. *feria* in I. diem Aprilis. Obiit ergo GODEFRIDVS Dux v. *Kal. Martias* sive 26. *Febr.* anni 1076. quem annum etiam agnoscunt LAMBERT. SCHAFNAB., BERTOLD. CONSTANT., CHRONIC. HERVELD. Qui si obiit a. 1076., certissimum est, etiam *Wilhelmum* Episcopum Traiectensem (V. Kal. Maii) a. 1076. duobus post mensibus obiisse, ipso *Huydecopero* hanc consequentiam mordicus tenente.

Haec autem tam firmiter adstruere me coëgit importunitas V. D. ad STOK. I. p. 293. qui ut GODEFRIDVM Ducem a *Saxonia*, et WILHELMVM Episcopum Traiect. ab *Imperio* averteret, (i. e., ut omnes res hoc tempore gestas negaret, utcumque firmiter probatas,) multis ostendere conatus est, *Godefridum* et *Wilhelmum* obiisse iam anno 1075.; idque ut hoc unum obtineret, nempe *Lambertum Schafnaburgensem* ineptum esse ac mendacem scriptorem, qua de re vide *not.* ad *Cod. Probatt.* a. 1071. Argumenvero, quae pro a. 1075. adduxit, tam falsa sunt quam quae falsissima; iisque refutandis non immorabor. Quod enim nonnulli scriptores, cum iisque etiam noster *Egmundanus*, annum 1075. nominant, ortum est ex eo, quod dies 26 *Februarii anni* 1076. ex Francorum computo spectabat ad a. 1075. siquidem ex horum more annus exordium capiebat a die 25. Martii, vel a Paschate. Consequens igitur est, ut *Rex Pascha* d. 27. Mart. *Traiecti celebraret*, *ibique Ducatum Lotharingiae filio suo Cunrado*, *Marchiam* vero, quae dicitur *Antwerpia*, *Godefrido*, consobrino Gozelonis Ducis [i. e. defuncti Godefridi Gibbosi], *filio Eustathii Comitis impigro et ad rem militarem acerrimo adolescenti traderet*, teste LAMBERTO SCHAFNAB. ad a. 1076. Contra quem *Consobrinum* iterum insurrexit D. V. HUYDECOP. I. p. 269—274. ad vs. 1191. contendens, hunc Godefridum, qui hic vocatur *ad rem militarem acerrimus adolescens*, tunc temporis vixdum puerum V. annorum fuisse. Sed haec refutatu sunt indigna.

74) *Traiectum*] Ex hac in navim impositione convincere est errorem illorum hominum, qui *Godefridum* istum Andwerpia *Traiectum* porro *ad Mosam* transportatum volunt, et positura et ratione intercapedinis locorum manifestissime adversante, ubi nulla est maritimi vel fluvialis travectionis opportunitas. Alii *Verdun*, *Verodunum*, Galliae Belgicae urbem hic agnoscunt.

DOVZA.

Recte omnino. Sed distinguenda sunt nonnulla. Sive enim hunc *Antwerpiae* occisum velis, sive *Delfis* in Hollandia, uti volunt Nostrates, nec minus SIGEB. GEMBL. qui id in *Fresonia* contigisse scribit: hoc saltem certum videtur, ipsum *sua iussu* vivum ac superstitem navi impositum
ac

adhuc iuvenili aetatis flore pollens, non diutius passus paterno regno et hereditate 78) privari, congregatis quibuscunque potuit
H 2 cum

an *Traiectum ad Rhenum* transportatum; ibidemque *post paululum* (LAMBERT. *vix deinceps* VII. *diebus accepto vulneri superstes*) IV. *Kal. mart.* obiisse. Vtrumque de *sicario* et *loco* mortis confirmat AVCTOR *Bell. Campestr. inter Trai. et Holl.* p. 214. *ed.* MATTH. *Dux Gibbosus, auxilio Episcopi* (Traiectensis) *tam Hollandiam quam Frisiam suae ditioni suscipiens post annos quatuor a quodam* GISELBERTO *clam et latenter occisus, et* TRAIECTVM *delatus inibi post paululum expiravit.* Vulneratus igitur sit *Antwerpiae* vel Delfis, vivus transportatus *Traiectum.* Post obitum eius cadaver primo Leodium translatum, et post celebratas ibidem ab *Henrico* Episcopo exsequias, Vid. *Histor. Andaginens. Monast.* Cap. 43. ex eius voto *Verdunis* iuxta parentes sepultum. Plura de *Godefrido* et eius coniuge Mathildi habet ECCARD. *Origg. Guelph.* T. I. L. III. §. 1—.

75) *Wilhelmus etiam — obiit.*] Quod ni fuisset, *Comitatus Hollandiae* isto tempore forte exstinctus, et Iuris Episcopi Traiectensis factus fuisset. Eo enim spectabat Episc. *Wilhelmus.* Audi ANONYM. *Bell. Campestr. Trai. et Holl.* p. 214. *Ex quo Wilhelmus sperans iam Hollandienses heredes prorsus esse extinctos, ipsum quoque Comitatum* ROMANO *iam vacare* REGNO, *impetravit ab Henrico Rom. Rege quarto, ut Comitia Hollandiae de cetero sui iuris,* [i. e. in posterum ipsius Episcopi] *esset. Pro cuius munimine Castrum in Ysselmonda fabricavit. Sed eodem anno occubuit.* Scripsisse debuit ANONYM. ille: *impetraverat.* Nam Rex Henricus IV. ea dona iam decem ante annis Episcopo largitus erat duabus Chartis, d. 30. Apr. et 2. Maii a. 1064. W. HED. p. 129, 130. quarum priore dederat ea, quae sub *Frisiae Comitatus*, altera, ea quae sub *Hollandiae Comitatus* nomine supra ad a. MLXIII. occurrunt, *cum omnibus, quae ad bannum regium pertinent*, ut Chartae exhibent. De anno obitus Cf. HVYDEC. ad *Aem. Stoke*; cuius argumentationibus si stares, sequeretur, omnia esse falsa, quae de WILHELMO *Episcopo* HENRICVM Imp. contra Papam Gregorium a. 1076. Wormatiae adiuvante narrantur a *coaevis Scriptoribus*, rem adeo testatissimam! Vid. eius notas, T. I. p. 295. sq. ubi sine caussa persuadere conatur, *Wilhelmum* obiisse *mens. Apr.* 1075. Cf. quae dixi not. 73). Nihil autem facit ad rem, quod Noster v. *Kal. Martii* refert ad a. 1075. qui est a. 1076. quoniam in morte *Godefridi* iam respexerat ad a. 1076.

76) *Successit Conradus*] Scilicet Episcopo Traiect., non vero successit Duci Godefrido, uti perperam est in Editione MATTH. vocibus quibusdam omissis.

77) *Theoder. Comes.*] Nimirum mors *Godefridi*, Ducis Lothar., quae in hunc annum 1076. inciderat, *Richildim* Flandriae Com. viduam permoverat, ut cum Roberto Frisone pacem iniret: paullo post moritur *Wilhelmus* Episcopus, infestator et possessor Hollandiae, 1°. ex dono *Henrici* IV. Regis a. 1064. 2°. victoriae armorumque iure a. 1071. a quo inde tempore expulsa fuerat *Gertrudis* cum *liberis*, et marito *Roberto.* Dein *Robertus* post pugnam Casselanam a. 1072. Comes Flandriae factus, consilium animumque, ad recuperandam pro *Florentii* et *Gertrudis*, suae nunc uxoris, liberis hoc anno 1076. Hollandiam, appulit. Rem gestam distinctius refert AVCTOR *de bell. Campestr.* p. 214. *Postquam Godefridus Dux et Wilhelmus Episcopus obierunt, filii Florentii Com. Holland. in Flandriam cum matre et Roberto vitrico, ut praedicitur, profugati, ipsum ROBERTVM Comitem pro recuperandis paternae hereditatis finibus postulationibus sollicitabant assiduis. Qui* tam-

cum vitrici sui *Roberti* Comitis praesidio *Islemunde* [z] Castrum 79) firmissimum, ubi *Conradum* Episcopum esse sciebat, adiit, illudque favilla tenus concremavit. In quo praelio occisi sunt *Lambertus* Praepositus Daventriensis, *Walmarus* Presbyter Sancti Bonifacii, et *Gerloch* [a] Comes 80), multique alii, eodemque Episcopo capto et

z *Selmunde* Sw. Ma. Burg. a *Gerlochus* Sw. Ma. „ Al. *Geblech* MS. Alcm". D. et SS. Mox *ipsoque Ep.* Dous. et Scriv. ad C. M.

tandem motus precibus iuvenum concessit eisdem armigerorum et classium copiam inauditam. At illi Castrum Yselmonde, quod Wilhelmus Episc. pridem aedificaverat bellicosius adeuntes acies contra suburbium eiusdem Castri hostiliter tetenderunt. E contra vero Episcopus Conradus armigeris valentibus ac omnibus necessariis praemunitus praedictas Hollandiensium viriliter aggressus est acies, et conserto ibidem duro certamine a. d. MLXXVI. SEXTO IDVS IVNII *ceciderunt ex parte Traiectensium animosi viri scil. Lambertus Daventriae Praepositus, Vulmarus S. Bonifacii Presbyter, Gherolocb Comes, Werenboldus, Giselbertus cum aliis multis laude dignis. — — Et* THEODERICVS IVVENIS *Comes in Hollandia liberaliter reacceptus.* De *Classe* etiam agnoscunt M. STOKE L. II. VS. 19. et DE ONGENOEMDE KLERK p. 54. qui addit, in auxilium venisse *Roberto* copias ex Anglia. Duxerat enim Rex Anglorum *Wilhelmus* sororem *Roberti Magtildin.* Cf. de re *Wagen.* T. II. p. 187. et VAN LOON ad N. *Kolin.* not. p. 399—409. et *Aloud. Hist.* T. II. p. 349. sq.

78) *Paterno regno et hereditate*] Memoria dignae sunt voces. Cave tamen *Regnum* proprie capias; ponitur simpliciter pro *regimine*, ADMINISTRATIONE, ut *Regnum* saepius pro *Ducatu*, *Comitatu*, vel similibus. Vti hoc ipso tempore de *Comitatu Flandriae* per *Richildam* Roberto Frisico non dando in *Genealog. Com. Flandr.* §. 8. p. 383. *Nam partem REGNI nec totum non daret illi.* Et LAMBERT. SCHAFNAB. ad a. 1071. p. 183. de Florentii Comitatu *Frisia*, *cui Florentius* IMPERAVERAT. Hinc Robertus Friso, Comes Flandriae factus, *effectus* legitur *totius Flandriae* MONARCHES, in *Geneal. Com. Flandr. — et Roberto filio suo REGNI gubernacula tradens moritur* p. 385. §. 9. Revera autem erant *Monarchae*, voce mitiore significatu accepta. Qui enim tunc *Comes* regionis, is *solus* huic regioni praeerat, et summa potestate praeerat, et *superioritate territoriali* gaudebat, excepto semper Iure Imperii. His accedit, quod haec *terra Comitis*, vocatur, et revera erat, ipsius *hereditas*, cuius *dominus* erat et *heres*; et cuius e sinu omnis aliorum mandata iurisdictio profluebat. Hac *hereditatis* voce significatur hoc aevo omne bonum avitum et alodium, a nemine ratione alodii dependens. De eadem hac re hinc supra *Bell. Campestr.* p. 214. *pro recuperandis paternae* HEREDITATIS *finibus.* Nobis audiret *zijn vaderlijk erfgoed.* Eadem voce usus de hoc Theoderico JO. A LEID. L. XV. C. I. *patriam suam* HEREDITATEM *cum potentia recuperare.* Vocabantur haec postea *patrimonia* vel *terrae patrimoniales Principis.* Nescio autem qua fronte a nonnullis hodie dubitari possit, imprimis a Iuris publici vel Naturae Scriptoribus, num dentur eiusmodi *Terrae patrimoniales* seu *Regna Patrimonialia.* Id quod factum nolim. Vide interim quae notavit Vir D. PIETER PAVLVS in Opere Vernaculo *Het Recht van Zeeland tot het Stichten eener Hoogeschoole. Leyd.* 1775. p. 33, 34.

79) *Islemunde Castrum*] BEKA in *Conrado*: *Ini-*

et iterum dimisso 81) cum triumpho in propria [b] sua recipitur, et postmodum XV. annis [c] cum pace vitam duxit. Hic accepit uxorem *Othelhildem*, ex qua genuit filium, quem nomine patris sui *Florentium* nominavit.

MLXXXIII. *Theodericus* Comes septimus [d], rogante *Stephano* Abbate 82) Ekmundensis monasterii, omnes donationes et largitio-

b Provincia Sw. Ma. *c V. annis* Sw. Ma. Burg. *cum pace* abest Burg. *d V.* Ma. male.

inimicitias: Conradus a Wilhelmo decessore cum Hollandis susceptas satis acriter persecutus. Idem in *Wilhelmo: Wilhelmus Episcopus contra Domicellum Hollandiae frequenter observans excubias in Islemonde Castrum munitissimum fabricavit. Conradus* olim Camerarius Archiepiscopi Moguntini. LAMB. SCHAFNAB. ad Ann. 1076. Gravissimum et potentissimum hominem vocat Auctor Chronici Abbatiae S. Trudonis apud D'ACHERY *Tom.* VII. *Spicil. Lib.* IV. *pr.*

MATTH

Nimirum mortuo Duce *Godefrido*, Wilhelmus Episc. denuo ab Imperatore impetravisse videtur Hollandiam, antea iam ab eo per Chartam Henrici IV. a. 1064 occupatam, et *Godefrido* in feudum concessam; quam ut tuto possideret, construere coepit Castrum *Iselmundam*, sed huic quum operi sit intermortuus, *Conradus* opus promovit, ac perfecit. Nec tamen diu pacifice tenuit. Nam inde eiectus est, ut hic narratur. Cf. BEK. p. 42, 43. HEDA p. 137. JO. A LEID. XV, I. Ad a. 1077. hanc rem collocat VAN LOON ad N. KOLIN. p. 103. sqq. Nihil ego definio.

80) *Walmarus — Gerloch.*] M. STOKE L. II. vs. 22. illum vocat *van Oudemonster de Pape Walnaer.* Habetur vulgo hic, *Gerlacus*, ultimus Comes Zutphaniensium. Quos autem DE ONGENOEMDE KLERK p. 56. vocat *Wernemboldum et Giselbertum*, fuerunt hoc nomine noti Domini *de Amstela:* quorum maiores hos fuisse censeo, *Vasallos* nempe *Episcopi.* A parte Comitis ceciderunt *Everhardus de Bronkhorst*, et *Johannes de Arkel*, teste JO. A LEID. XV, I.

81) *Episcopo capto – dimisso*]. *Capto*, sed sine redemtionis pretio, ex reverentia puto, *dimisso*, vel saltem ea conditione, ut renunciaret ab omni iure et auctoritate in Holl. Comitatum. Huc tendit etiam laud. ille Clericus Vernac. *de Klerk* dictus l. l. p. 56. et disertis verbis tradit JO. A LEID. XV, I. BEKA p. 43.

82) *Rogante Stephano Abbate*] Occurrit huius mentio etiam in ANONYMO apud MABILLON. *Sec.* III. *Bened.* P. I. Sed ANNAL. EGMOND. C. XVI. narrant, hunc *Stephanum* obiisse iam d. 11. Ian. 1083. et Cap. XVII. datam esse hanc Chartam die VII. Kal. Aug. 1083. *post mortem* huius *Stephani*; etiamsi *ipsa Charta* data perhibetur *anno XXVII. Abbatis Stephani.* Non neglexit id inculcare V. D. HUYDECOP. ad STOKE I. vs. 317. p. 485—488. Quod si ad summum ita esset, dicendum omnino foret, ipsam Donationem sive donandi actum praesente *Stephano* prius fuisse factum, sed demum post mortem eius in literas redactum fuisse; vel chartam ante obitum in scriptum redactam, postea vero publicatam: cuiusmodi prius suspicatur V. D. SCHEIDIUS in *Gertrude Lotharii Saxonis* filia in *Origg. Guelphic.* T. II. p. 358. CCCC). Verum his non indigemus. Obiit enim, et hoc satis constat, *Stephanus Abbas* non a. 1083. sed demum anno 1105. Sic diserte infra testatur ipse CHRONIC. *Egmund.* h. a. Etiam olim ad exemplaris *Bockenbergii* marg. nota-

tiones antecessorum suorum eidem Ecclesiae concesso Privilegio 83) confirmavit, „ ut omnia libere postmodum teneret et posside-
„ ret[e], et a terra Wimusueth[f] usque ad Arem, quae tota est eius-
„ dem Ecclesiae, nullus mortalium auderet Placitum habere sine
„ Abbatis permissione vel iniuste aliqua inde diripere; homines
„ etiam ipsius Ecclesiae in toto Comitatu sine thelonio esse; nullus-
„ que eos opprimeret, sed sub Abbatis potestate essent, et cum Cau-
„ sidico suo Placitum suum 84) cum iis haberet, et si aliquis illo-
„ rum, qui ex parentibus suis iuste ad eundem pertineret locum,
„ negare et contradicere vellet, liceret eidem Abbati suisque[g] suc-
„ cessoribus illum cum Advocato suo tenere et ad iusticiam trahere
„ in cuiuscunque Ministerio esset. Similiter faceret de redditibus
„ suis,

e *Tenerent et—rent* Sw. Ma. f Vox vitiosa. leg. *Wimnemersueth*. Vid. not. 83.) Mox *aream* male Sw. Ma. Burg. g *Sive* Sw. Ma. mox *ei* deest C. M. Pro *iudicis* mox male Burg. *Ducis*, nisi sit descriptoris vitium.

tatum invenit MATTH. in not. p. 189. hunc Abbatem in vivis quidem fuisse, quando hoc diploma Comes confirmavit; sed *scriptorem a via abductum* fuisse phrasi *bonae memoriae*. Qua de locutione fusius agam in *Cod. Probatt. ad Chart.* a. 1083. Nec id postea negare sustinuit ipse V. Ill. HVYDEC. I. p. 488. etsi saepe hunc a. 1083. obitum asisit. Vid. p. 317. 485. et ipsam *Chartam* pro spuria, immo pro absurda p. 494. habet. Qua de re dicemus ad Chartam ipsam ex Originali nunc demum producendam. Quae hic habentur, desumta sunt ex dicta Charta anni 1083. quam vide in *Cod. Probb.*

83) *Concesso Privilegio*] De hac Privilegii Charta, quam ex *autographo* descriptam dabo, vide *notas* ad eandem in *Probb.* ad h. a. Interim pro *Wimusueth* lege ex Charta *Wimnemersuetha*; qui locus adhuc prope *Egmundam* notus est, *Wimmenum* nomine. *Parentibus* hic ponitur pro *subditis*, vel *subiectis*, a verbo *pareo*, pro quo male SWEERT. *praesentibus*: et COD. BVRG.


84 *Placitum suum*] Vocatur hoc *Conventum habere*, ANNAL. FVLD. ad a. 889. p. 63. ubi etiam mox: *Placitum curte regia Franconofurt haberi cum Francis regi complacuit.* Paulo ante iterum in Nostro *Placitum habere.*

85 *Iudiciariam Potestatem in Alcmar, quod* Ambacht *Teutonice*] Verba Chartae sunt: *iudiciariam potestatem in Alcmere* QVAE *Ambach vocatur Teotonice.* In *Holl. Kronic. Divis.* X. C. 9. Belgice vocatur: *Dat Ambochte Gherecht, datmen hiet dat Daghelijxs Gherecht.* M. STOKE II. vs. 46. vocat: *'t Scoutheetdoem van Alkemare.* SCRIVER. vel potius DOVZA in marg. huius Chronici: *Ergo Ambachts-heeren Alcmariae*". Fortasse omnia bene, modo ne rem ex nostris moribus hodiernis aestimemus. Nam omnia plana fiunt per priorem explicationem, *iudiciariam potestatem*, quibus vocibus *suprema potestas in Alcmariensem villam* indicatur; nisi adiectio vocis *ambacht*, non interpretationis, sed definitionis causa adhibita sit: quo casu simplicior illa potestas significaretur, quae hodie *media iurisdictio* audit, et sic satis recte *ambachtsheere* diceretur Abbas. Interea non audiendus est V. D. ad *Stoke* T. I. p. 350. sq. qui *Alcmare* in *Aelsmere* mu-

Ad pag. 63. not. 86.) et p. 66. not. 99.)

TABVLA III.


GERTRVDIS Comitisſae Holland. poſteri.



Ad pag. 64. not. 88.)

TABVLA IV.

PETRONILLA Com. Holl. ſoror uterina LOTHARII Regis.



„ suis, et quicunque sederet super terram praedictae Ecclesiae, et „ quod ei iuste deberet, nollet solvere, Advocatus Abbatis, in- „ trans domum illius, tantum de rebus tolleret, quantum ille de- „ beret sine alicuius iudicis contradictione. Praeterea concessit ei- „ dem Abbati Stephano suisque successoribus iudiciariam potesta- „ tem 85) in ALCMAR, quod AMBACHT Teutonice dicitur, interve- „ niente Othelhilda Comitissa".

MXCI. Obiit *Theodericus* 86) piae memoriae Comes Hollandiae septimus. *Florentius* filius eius successit.

Iste *Florentius*, florens virtutibus et praecellens omnes parentes suos divitiis 87) et honoribus, accepit nobilissimam coniugem no- mi-

mutatum voluit. Nimis distincta est lectio Autographi Diplomatis, et Chronici vocis *Alcmar*. *Iudicis* autem nomen est generale. *Comes* olim dictus *Iudex*, et cui a Comite mandabatur Iurisdictio *Iudex*; maiores, minores, Baiuli, Sculteti, Praesides, omnes olim dicti *Iudices*, eorumque potestas *Iudiciaria*. Explicari autem debet Vocis sensus ex *loci*, *temporis* vel *rei* natura et ingenio. De *Dynastiis* autem sive *Toparchiis* et *Ambactis* (vulgo nobis Hoogeen Ambachtsheerlijkheden) *eorumque in Zeelandia Iuribus ac possessoribus* egregium nuper specimen Academicum scripsit V. Ill. *Jacob Verbeye van Citters*, Trai. ad Rhen. 1774.

86) *Obiit Theodericus*] W. HEDA p. 137. huic Comiti tribuit 15. regiminis annos, BEKA vero p. 43. et LEO MONACH. *Brev. Egm.* p. 152. annos 30. Quae facile possunt conciliari. Numerantur anni 30. a morte *patris*, qui obiit a. 1061. Anni vero 15. ab eo tempore, quo mortuo a. 1076. *Godefrido* Duce, et *Wilhelmo* Episcopo ex Hollandia expulso, ope vitrici *Roberti* pacifice vixit et regnavit. Vid. supra ad a. 1076. *in propria sua recipitur, et postmodum XV. annis cum pace vitam duxit.* In mensem vero *Iunium*, non vero *Novembrem*, ut BEKA p. 43. consentiunt reliqui. Quod vero BEKA a. 1092. nominat, consentiente VAN LOON *ad* KOLIN. p. 413 (2), in eo redarguitur hic ab HUYDEC. ad STOKE I. p. 489. qui tamen falso pro anno 1091. *Bekam* citat. De hoc *Theoderico* vid. ANN. EGM. C. XVIII. p. 18. *Hic Theodericus Comes fuit avunculus Lodovici Regis Franciae, etiam Baldewini Securis, — et Caroli Martyris, et Theoderici Elsatiae, trium scil. Comitum Flandriae. Habuerat enim duas sorores Reginas Franciae videlicet et Datiae*, caet. Quae omnia recte se habent, uti ex sequenti Schemate apparet; quod pluribus adstruam in *Dissert. Critico- Geneal.* N°. II. Vnde liquet, harum *Diederici* sororum *alteram* fuisse ex utroque parente *Bertam*, quam alii perperam *Magtildin* vocant; alteram vero e sola *matre*, *Roberto* nupta.

87) *Praecellens — divitiis*] Idem docet *Rodulphus Abbas S. Trudonis*, auctor σύγχρονος, qui novit *Florentium*; quippe Abbatiae S. Trudonis *advocatum* Traiecti. Sic enim ille L. IX. *Chronic.* apud D'ACHERY *Spicileg.* T. VII. *Profectus sum eo anno, quo intravi in Abbatiam, ulterius Traiectum — et per auxilium Dei et Advocati nostri* FLORENTII *Comitis de Hollant.* Et mox: *quanto labore, quanta sollicitudine — finem huius rei effecerim, longum esset referre, cum* PRAEDIVITEM COMITEM *et gravissimum pinguedine oportuit me* fu-

mine *Petronillam*, filiam *Theoderici* Ducis 88) [b], sororem *Lotharii* Ducis, postea *Regis*; ex qua genuit tres filios, *Theodericum*, *Florentium*, *Symonem*, et unam filiam 89). Hic pius *Florentius* cum eadem uxore sua auxit praebendam, et vestimenta fratrum Ekmundensium in omnibus, obtulitque Deo cappas quatuor, Dalmaticam preciosissimam, calicem argenteum deauratum, ad Scrinium Sancti Adalberti marcam auri et unum monile. *Petronilla* vero obtulit ad eundem locum unum ex servis suis cum domo, terra et tota familia in *Scotan*.

MXCIII. *Robertus* Comes Flandriae 90) obiit. *Robertus* filius eius successit.

MXCIX. *Conradus* [i] Episcopus Traiectensis in propria domo

[b] Addit *Saxoniae* S. S. male! vid. not. 88). Mox Burg. *Florentinum*, ut antea fere semper. [i] Addit *de Swevia* S. S. Pro *Scrinium* paullo ante *statuam*, et pro *marcam*, *vittam* Burg.

fustibus argenteis de HOLLANT Traiectum trahere, ipsiusque Episcopi rigidam cervicem eius metalli malleo mihi inclinare. Quae loca debeo MATTH. ad *Ann. Egm.* p. 191. De eius magnificentia non minus egregie M. STOKE II. vs. 70-74. et ANONYM. Belg. *Clericus* p. 57. Vnde vero huic ingentes illae prae maioribus divitiae, satis dilucebit ex iis, quae dico EXCVRSV. VII. *Zeelandia Occidentalis quomodo inter Comites Flandros et Hollandos iuris olim controversi dicta sit.*

88) *Theoderici Ducis*] Vti vara vibiam sequitur, sic ex his verbis seriores invicem multos commiserunt errores, nec ab his immunis mansit HVYDECOP. ad STOKE T. I. p. 355. quem longe meliora docere potuerat VAN LOON ad KOLIN. p. 415. (1). 417. 435. (1). qui solus veritatem vidit. Optime heic Noster *Ducis* simpliciter, unde posteriores cuderunt *Ducem Saxoniae*, quod falsum omnino. Fuit enim THEODERICVS DVX LOTHARINGIAE, et eius filia haec *PETRONILLA*, ex matre *HADWIGE*, quae etiam mater fuit *REGIS LOTHARII*, sed ex priore matrimonio cum *Gevehardo* Comite Supplingeburgo: unde *Lotharius* et *Petronilla* fuerunt uterini. Vid. not. infr. 4.) et quae plura dicturus sum in *Dissertat. Critico-Geneal.* N°. II. Ex quibus schema prodit illud, quod *Tabul.* IV. ad pag. 63. his annexui; unde patet, recte Nostrum dixisse: *Petronilla, filia Theoderici Ducis, soror Lotharii Regis.*

89) *Vnam filiam*] *Hadewigem de Gelria, quam in flore aetatis exstinctam Harlemi in templo sepultam volunt, alii nuptam dicunt.* Sic S. S. in marg. Cf. JO. A LEID. *Chron.* B. XVI. C. I. *Virgo* vocatur in *Ann. Egm.* C. XVIII. p. 19. Dicta ita est ab avia materna Hadwige, Vid. not. 88.)

90) *Robertus Comes Flandriae.*] SIGEB. ad h. Ann. [Non sunt SIGEB.] *Eodem anno III. Idus Octobris obiit Robertus, primus huius nominis Flandriae Marchisus. succedit filius huius Rotbertus.*

MATTH.

In Obitu *Roberti Frisonis*, qui ab a. 1063-1071. *Hollandiae* tutelam gessit, et deinde *Flandriae Comes* fuit, consentiunt Annales. V. JO. IPER. *Chron. S. Bertin.* C. 39. P. IV. p. 591. *Friso ROBERTVS Flandrensis Comes vitae terminum faciens, apud Casletum subito* caet.

91)

mo 91) post celebrationem missae in quarta feria Paschalis hebdomadae cultello [k] perimitur, et in ecclesia Sanctae *Mariae*, quam ipse magno sumptu construxerat, humatur.

MCV. [l] Obiit *Stephanus* 92) Abbas Ekmundensis. *Alardus* successit.

MCVII. 93) Obiit *Henricus* IIII. Imperator apud Leodium; *Henricus* filius eius successit.

MCVIIII. Obiit *Robertus* 94) Comes Flandriae. *Balduinus* filius eius successit. *Philippus* Rex 95) Francorum obiit. *Lodewicus* filius eius successit [m].

MCXII. Obiit *Burchardus* Episcopus Traiectensis. *Godeboldus* successit.

k Add. *a Friso* S. S. Mox *et* deest C. M. l MXCV. C. M. MCVI. Sw. Burg. Al. *Steppo* SS. et mox: al. *Adalardus.* m Douza ad C. M. unde haec S. Scriv. „ M CIX. mense maio siligines et arbores sacro igne adustae spem sui fructus „ mentitae sunt, et tum quaedam sylvae desuper arefactae. Subsequuta est gravis et diuturna hominum valitudo, „ cum ventris profluvio et mortalitate, i. e. sterfte". Procul dubio ex interpolat. et ex illo Cod. MS. qui *Wilhelmi* fuit *Procuratoris.*

91) *Conradus — in propria domo*] Factum hoc esse a negotiatore Fresico, docet CHRONOGR. SAXO a. 1100. p. 278. *Conradus Traiectensis Episcopus IV. feria Paschae a negotiatore Fresico crudeliter occiditur, cui Burchardus successit.* Idem M. STOKE II. vs. 98. c. n. p. 357. Cf. plura MATTH. ad CHRON. J. DE BEKA p. 85. (1). et BUCHEL. ad HED. p. 140. (h). Quum vero satis constet, obiisse hunc non a. 1099. sed a. 1100., hinc iterum paret, Nostrum hic *Romani moris* stilo non uti, sed *Francico.*

92) *Obiit Stephanus*] Obiisse Stephanum IV. non. Ian. a. 1105. agnovit etiam V. D. HUYDEC. ad STOKE T. I. p. 488. Et Noster hoc ignorare non potuit.

93) MCVII.] Omnes in eo consentiunt Scriptores, Henricum IV. infelicem illum Imperatorem d. VII. *Id. August.* a 1106. non vero a. 1107. obiisse. Vid. STRUV. *Corp. Hist. Germ.* in *Henric.* IV. §. 49. *Chronogr. Saxo* tamen etiam ad a. 1107. narrat, qui idem *Conradi* Episc. Trai. mortem in a. 1100. contulit, etsi alii in a. 1099.

94) *Obiit Robertus*] Refert MEYERUS obitum ad Ann. CIↃCXI. et addit: *Hic Robertus Comes hunc scripsit titulum: Ego Robertus, Dei Misericordia Flandrensis Marchio, Comitis Roberti agnomine Frisonis filius.* Et mox: *Balduinus cognomento Securis, acerrimi ingenii iuvenis, in opes successit paternas. etc.* MATTH.

Est hic Robertus iunior, filius *Roberti Frisonis* ex *Gertrude* Comitissa Hollandiae. De eo *Geneal. Com. Flandr.* p. 385. §. 9. *Robertus iunior paterni principatus heres effectus, duxit Clementiam filiam Willelmi nobilissimi Comitis Burgundionum — — Designata Regni monarchia filio suo defungitur, — eique successit. Balduinus inclytus militia et probitate non inferior.*

95) *Philippus Rex*] Est hic *Philippus*, qui uxorem duxit *BERTAM Florentii* Comitis Hollandiae et *Gertrudis* filiam, Roberti Frisonis privignam, a. 1072. vel sq. ex qua ei natus est filius successor *Ludovicus* et filia *Constantia.* Quam tamen *Bertam* postea repudiavit. De illo nota sunt omnia. Cf. *Dissertat. Critico-Geneal.* in *Roberto.*

MCXIII. In Ekmunda dedicatae [n] sunt basilicae duae, Sanctae Dei Genitricis, quam *Adalbertus* Abbas 96) construxerat, et Sancti *Adalberti*, ubi sepultus est, a quodam Episcopo *Geroldo* 97) nomine [o].

MCXX. *Balduinus* Comes Flandriae [p], *Roberti* iunioris et *Clementiae* filius, monachus 98) effectus moritur. Cui successit *Karolus* 99) con-

[n] *Edificate* C. M. *aedificatae* C. M. S. [o] „ MCXVIII. Paschalis Papa moritur. Johannes successit, qui se Gelasium nominavit. MCXIX. Johannes Papa moritur. Calixtus succedit". S. Scriv. ex Douza ad C. M. [p] *Elias* Sw. Ma. his.

96) *Adalbertus Abbas*] Legend. *Athelardus*. JOANN. A LEIDIS *Annal. Egm. cap.* 18. MATTH.

Observavit nominis errorem etiam *Douza* ad *Cod. MS.* qui *Basilicas* explicat per *Benedic.* Idem autem est nomen *Adalardus*, ut supra ad a. 1105 *Alardus*. Cf. ANN. EGM. l. l.

97) *Episcopo Geroldo*] Vicarius hic Traiectensis. JO. A LEIDIS *d. loc. Idem Pontifex consecravit basilicam beatae Mariae, quae dicebatur Marienmunster, nec non et basilicam, ubi S. Adelbertus requiescere consuevit* III. *Nonar. Novemb.* MATTH.

Adde verba, quae praecesserant: *Geroldus Episcopus et* VICARIVS *Traiectensis* caet.

98) *Balduinus — monachus*] Vestem sumpsit moribundus, cum Francis militans contra Anglos accepisset lethale vulnus in oppugnatione Vrbium Aquarum Nicasii Andalnique in Normannia, ut scribit MEYERVS ad Ann. 1119. Caeterum emendandus hinc Anonymus *de Vita Caroli*, quem MEVRSIVS edidit Hafniae Anno 1631. Apud Meursium sic legitur *cap.* 2. *Magnificati sunt divitiis et potentia in tantum, ut Balduinum Comitem iuniorem filium Roberti Comitis senioris et dementiae deriderent.* Legend. *Roberti Comitis iunioris et Clementiae deriderent.* Nam *Clementia* ipsius uxor. MEYER. ad dict. Ann. *Cum primum Carolus inaugararetur, acerrimam habuit adversariam Clementiam Burgundam, Balduini defuncti matrem* caet. et mox ad Ann. CIↃ. C. XX. *Vidua Roberti Comitis Clementia nupsit Godefrido Duci Lovaniensi* caet. MATTH.

99) *Successit Karolus*] Scriptus a Balduino heres ex asse. MEYER. ad Ann. 1120. *Rasilariae obiit* XV. *Cal. Julias, postquam Carolum suum amitinum Danorum Regis filium ex asse instituisset heredem.* Nepos uterque erat Roberti senioris, Balduinus filio eius natus Roberto iuniore, Carolus autem sorore eius Adela seu Ethela. GVALTERVS TARVANENSIS in vita *Caroli* Cap. I. *Carolus Comes Flandriae filius Canuti martyris, Regis quondam Daciae et Adalae Reginae.* SAXO GRAMMATICVS Lib. II. *Nuptias circumspiciens* (Canutus) *finitimaque coniugia obscura ac dignitate sua minora reputans, praefectì Flandriae Roberti filiam Ethelam in matrimonium advocavit, ex qua filius ei Carolus obvenit.* *Adeliam* vocat seu *Aleydim* JO. A LEYDIS lib. XII. cap. 5. *Gertrudis Comitissa genuit Roberto Frisoni, marito suo, tres filias, quarum prima dicta Adelia, Regina et uxor S. Canuti martyris, Regis Daniae et Norwegiae, ex qua idem Canutus genuit Beatum Carolum Comitem Flandriae. Hic S. Canutus est a suis martyrizatus in quadam capella Regni sui. Adelia, seu Aleydis, Regina Daciae, post martyrium Regis, mariti sui, rediit in Flandriam cum infante suo Carolo.* Vid. et infra ad Ann. 1125. MATTH.

Huius *Caroli* Stemma TABVL. III. ad p. 69.

100)

consobrinus eius, filius scilicet amitae eius *Athelae* [q], quem suscepit de *Kanuto* Rege Daciae [r].

Eodem anno obiit *Alardus* Abbas Ekmundensis.

MCXXII. *Florentius Crassus* Comes octavus adhuc in flore iuventutis positus migravit 100) ab hac vita, sepultusque est in Ekmunda. *Petronilla* uxor eius obtulit pro salute animae eius ad eundem

[q] *Eius scil. amicae Achelae* Sw. Burg. Ma. Hic tamen emendanda monuit. [r] *Daniae* Ma. et Douz. ad C. M. Mox *Adalardus* S. S.

100) MCXXII. *Florentius — migravit*] Tricae, quas hic iterum nectit Vir D. HUYDEC. ad AEM. STOKE T. I. p. 489. etsi oculatis refutatu indignae, adeo tamen sunt speciosae, ut, ne lectorem intricent, expediri debeant. Errare vult Nostrum in a. 1122. cum eoque Doct. WAGENAR. ac reliquos omnes, scribendumque esse annum 1112. idque duntaxat propterea, ut Chartam huius *Florentii*, quam habemus anno 1116. datam, eo melius *spuriam* possit habere; sed ipse errat. Argumenta, si quid argumentorum inest, quae contra hanc Chartam proferuntur, sunt haec: 1°. Caprat latinitatem verborum: *Notum sit omnibus — — quod dulcissima interventione* BONAE MEMORIAE *Adalardi Abbatis*, TUNC *Ecmundensem Ecclesiam digne regentis*, CUIUS *donatio* AB ANTECESSORIBUS NOSTRIS *legitime ad nos perlata est*. Scribi debuisset: A QUO *donatio* ANTECESSORUM. De dictione *Bonae memoriae* dixi supra p. 62. a. Vox *tunc* non exstat in Editione correcta. 2°. Data est Charta a. 1116. sed quum ex eo, quod FLORENTIUM obiisse a. 1112. statuit, hanc Chartam obelo notet: hinc circulum in ratiocinio committit. *Florentium* enim obiisse a. 1122. adeo diserte hoc loco narrat *nostri Chronici* Scriptor adiectis tot antecedentibus, concomitantibus ac subsequentibus, ut nullum dubium superesse queat. Habent hunc annum vel praecedentem THEOD. A LEID. *Ann. Egm.*, LEO MONACH. *in Brevicul.* JOH. BEKA, WILHELM. HEDA, JO. A LEID. *Chron. Belg.* Solus AEM. STOKE scripsit per lapsum XII. pro XXII. Per lapsum, inquam, quia ipsius STOKII, non *Scribarum*, esse, patet propterea, quod L. II. vs. 445.—450. eius filio, a. 1157. defuncto, ipse dat 45. *annos regiminis:* quos ergo computat ab a. 1112. Quibus observatis facile possumus carere argumentationibus Viri D. HUYDEC., cuius circa hanc rem dicta T. I. p. 392, 393, 490. ad AEM. STOK. pro non dictis aequus lector habeat. Nullius enim sunt momenti. Annum 1122. etiam habet WAGEN. *Vad. Hist.* T. II. L. VII. p. 212. Sed firmiora dabo. Dicit Noster *Petronillam* anno 1122. *quia tres pusillos filios habebat loco eorum Comitatum Holland. rexisse.* Quibus egregie concinit locus ANNALIST. SAXON. ad A. 1123. qui sic: COEPIT *etiam tunc germinare discordiae illius seminarium, quod seq. aestate maximo illius regionis damno, quae vulgo* HOLLANT *dicitur, morose ac laboriose et vix tandem ipso Imperatore copiosum illo ducente exercitum terminabatur, ubi soror* LIUDERI *Ducis Gertrudis sive Petronella eiusdem Ducis patrocinio confisa Imperatori rebellare praesumebat.* Regebat autem adhuc a°. 1132. Petronilla Comitatum, vel, ut Auctor *Chron. nostri* h. a. *toti adhuc imperabat Comitatui.* Quomodo vero pro impubere filio A°. 1132. tutelam gerere sive *Comitatum regere* potuit Petronilla, si pater filii anno 1112. i. e. ante *viginti* iam annos obiisset? An filius plusquam annos 20. natus adhuc matris sub tutela? ne credas. Si igitur a. 1132. ad-

locum dorsale unum et casulam, terram etiam duas libras singulis annis persolventem. Insuper ad aedificium templi XIII. libras. Haec s quia tres pusillos filios adhuc, quos praediximus, habebat, loco eorum 1) Comitatum *Hollandiae* strenue regebat. Sed quia muliebris sexus facilis est ad circumveniendum, circumventa a quibusdam potentibus t et familiaribus suis est, ut Capellanum suum *Anselmum* u nomine a fratribus Ekmundensibus monachum sus-

s *Hic* Sw. Ma. t *Et* Sw. Ma. Burg. addunt. C. M. deest. u *Ascelm.* C. M. alii fere *Ascelin.* Mox *recipi* Sw. Ma.

adhuc sub tutela *Theodericus*, maior natu: nasci igitur debuit post annum 1112. Rebellio vero *Petronillae* hoc anno 1123. inita non alia fuisse videtur, quam quod *Petronilla* pro filio suo vel *tutelam* vel *feudum* recipere ab Imperio, mortuo marito, recusaverit. Quod si vero nosceremus annum, quo uxorem duxit *Florentius* pater, tunc fortasse clariora forent omnia. Videamus paucis: refert Noster ad a. 1091. *Petronilla obtulit ad eundem locum unum ex servis suis cum domo, terra et tota familia in Scotan.* De eadem re ANN. EGM. C. XVIII. p. 21. hoc modo: *Nec illud praetereundum est, quod, cum* COPVLATA ESSET VIRO *venerabili* [intellige maritum], *obtulit ad eundem locum unum ex famulis suis nomine Bernardum Nescatam* [l. in Scotan] *cum domo, terra et tota familia sua*, ANNO DOM. MILLESIMO CENTESIMO DECIMO TERTIO. Hausit hunc annum procul dubio DE LEIDIS ex ipsa Donationis Charta, idque argumentum praebet, *Florentium* sero demum uxorem duxisse, et quidem circa ann. 1113. Iungitur etiam hic annus 1113. matrimonio *Florentii* cum *Petronilla*. Praeterea si verum est, quod V. D. VAN LOON ad KOLIN. p. 433. egregie observavit (et verum esse in *Dissertat. Genealog.* N°. II. demonstrabo) matrem huius Florentii *Othelhildin* sive *Odam* priori fuisse matrimonio iunctam *Vdoni* Marchioni, qui a. 1082. obierit: hinc *Othelhildis* non nisi a. 1083. Florentii *patri* nubere potuit, nec *filium* gignere nisi ad summum a. 1084., et hinc *Florentius* nasci non potuit nisi a. 1084, adeoque a°. 1122. summum attigisset annos 38. Vnde recte Noster eum *adhuc in flore iuventutis positum* obiisse narrat, et M. STOKE VS. 107. *in de bloeme van siere joghet*, opposite nempe ad provectam aliorum Comitum aetatem seu senectutem. Videntur autem haec ipsa verba STOKIVM impulisse, ut annum Florentii emortualem anno 1112. assignaret; nec attendit, *Theodericum* filium Florentii a. 1132. adhuc fuisse *impuberem*. Avide autem *Stokeana* arripuit V. D., ut Chartam a. 1116. datam spuriam dicere posset. Denique palmarium argumentum suppeditat tempus obitus *Theoderici*, qui obiit a. 1157. sed et hic teste THEOFRIDO *Abbate Epternac.* scriptore coaevo apud MATTH. not. ad *Bell. Camp.* p. 221. *in ipso aetatis flore ut flos foeni aruit.* Nasci igitur debuit post ann. 1112. si *in flore aetatis* occubuit. Quomodo igitur pater *Florentius* obiisset hoc a.? Id statuere absurdum foret. Cf. *Cod. Probb.* a. 1116.

1) *Loco eorum*]. Fuerunt igitur *sub tutela materna*. Et hinc de illa ad a. 1132. recte dicitur, quod tunc *toti adhuc imperabat Comitatui*, ibidemque huic *Consiliarii* attribuuntur. Erant enim *tutelae maternae* moris et iuris *in Ducatibus* et *Comitatibus* Germaniae, etiam *masculinis*. Immo in ipsis Regnis. Quod procul dubio tribueris Germaniae institutis, secundum quae liberi quoque agunt in *matris potestate*.

fuscipi impetraret, ut, illo ſtatim Abbate conſtituto, ipſa de ſubſtantia Eccleſiae ſuo commodo et voluntati liberius conſuleret. Effectum igitur habuit ſuggestio perverſorum, et homo ſimplicis naturae et ignarus penitus monachici v ordinis nomine tamen Abbas est conſtitutus. Ceterum res eccleſiae in poteſtatem devenerunt w manus alienae 2), et erat videre miſeriam x, filiis penuriam patientibus, extraneis de noſtra depresſione gloriantibus. Praeterea re-

v *Monachi* C. M. et Burg. *Monaſtici* Sw. Ma. qui mox *tantum* cum Burg. w Sic Sw. Ma. Burg. *Devenerant* C. M. x *Miſerrimam* Sw. et Burg. — *mum* Ma. qui mox *pesſesſione*. Paullo post *ſunt Lupi* Burg.

ſtate. Contra quam volunt Latii leges. De Ducatu *Lotharingiae* id obſervat J. P. DE LVDEWIG *Singular. Iur. Publ. Germ.* T. I. C. IV. p. 657. not. 851). De *Hollàndiae Comitatu* hic ipſe locus argumento est inſigni; nec non *Gertrudis* ipſa, quippe quae ab a. 1061. quando *Florentius* I. eius maritus obiit, usque ad a. 1063. *Comitatus* curam pro liberis tutrix gesſit; donec a. 1063. *Roberto Flandro* nupta tutelam in maritum transtulit. Docet id diſerte CRONIC. *de Holl.* in MATTH. *Anal.* T. V. p. 531. Cf. EXCVRS. V. *de Rebus gestis Roberti Friſonis.*

2) *In poteſtatem — manus alienae*]. Tradit haec ſic ſimiliter, et iisdem fere verbis, Jo. à Leydis *Annal. Egmond. cap.* 19. Verum Petronilla, et inquieti ingenii, et quaerendis pecuniis, quibus bellum paret, intenta, ne monaſterio quidem parcit. Tangit rem Peucerus in Chronico Carionis in vita Henrici v. *Sed ne ita quidem Henricus placatis uti Saxonibus potuit. Nam et per ſe Lotharius novis ſtuduit rebus, et ſororem viduam Hollandicam impulit ad res in Belgio novandas, quas cum ſedasſet Henricus etc.* Et eo ni fallor reſpicit Conradus à Lichtenaw Abbas Vrſpergenſis ad Ann. 1124. *Non multo post*, inquit, *Imperator Henricus movit expeditionem contra eos, qui ſibi in regione Hollant contrarii exiſtebant. Hisque licet tarde ſubactis ad ſuperiores ſe partes contulit.*

MATTH.

Nihil hic Noſter de *Petronillae* bello a. 1124. cum Imperio gesto. De quo ſatis large ANNAL. SAXO ad a. 1123. *Henricus Imperator Natale Domini TRAIEÇTO celebravit. Oritur in ipſis festis diebus quaedam ſimulatio inter aulicos et Epiſcopi Miniſteriales, quae etiam eo procesſit, ut universa Curia ſimul ac Civitate commota utriusque partis armatae concurrerent cohortes. —— Pontifex GODEBALDVS etiam ipſo quaſi pravi conſilii particeps et ob hoc Maieſtatis reus habitus cuſtodiae traditur; a qua postea magna pecuniae ſumma mulctatus, multis etiam Principibus illarum partium intervenientibus, et maxime Friderico Colon. Archiepiſcopo, vix redimitur. Coepit etiam tunc germinare discordiae illius ſeminarium, quod ſequenti aeſtate maximo illius Regionis damno, quae vulgo HOLLANT dicitur, moroſe ac laborioſe, et vix tandem ipſo IMPERATORE copioſum illo ducente exercitum terminabatur, ubi ſoror LIVDERI DVCIS Gertrudis ſive PETRONELLA eiusdem Ducis* [fratris ſui *uterini*, postea Regis] *patrocinio confiſa, Imperatori* REBELLARE *praeſumebat.* Quae illa fuerit discordia vel qua de cauſſa, non dicitur. Tantummodo dicitur Comitisſa *Imperatori rebellasſe*, confiſa fratris ſui *auxilio.* Non multo clarius CHRONOGR. SAXO ad a. 1128. p. 286. *Gertrudis Comitisſa de Regione, quae vulgo* HOLLANDT *vocatur, ſoror* LOTHARII *Saxonici Ducis Imperatori rebellat.* CONRAD. A LICHTENAW l. l. in not. MATTH. *movit*, inquit, *contra eos, qui ſibi in regione Hollant* CONTRARII *exiſtebant, hisque licet tar-*

ſpectu magis avaritiae, quam timoris Domini ſuggeſſerunt Comiſſae, ut deſtrueretur vetus templum, quaſi indecens et nimis anguſtum. Factum est, et tres conſtituti ſunt Laici Praelati, eccleſiae Lupi magis quam pastores, *Folpertus* albus, *Cilgerus*, et *Stephanus*, qui occaſionem nacti clandestinae praedationis [y], ſub ſpecie conſulendi, praedas de noſtro peculio 3) exercebant, domumque Dei paulatim exhaurientes, hominesque Eccleſiae ſuae ditioni ſubiicientes domos ſuas pecuniis impleverunt, filii eorum et filiae, cognati et affines, per dotem noſtrae poſſeſſionis nubebant et nubebantur: et ſic plus paulo res magnae ad magnam exiguitatem [z] devenerunt, et, quia quae non conveniebant fecerunt, convenienti malitiae eorum poena ſunt puniti, pro ſua eccleſia Illo [a] dimicante, qui ait: [b] *qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Omnes

y *Proditionis* Sw. Ma. Burg. et mox — *Domini* — *agnati.* z *Et penuriam* addit D. ad C. M. ex MS. Alcm. Modo quis omiſit Burg. qui *convenienter malitia eorum propterea ſunt p.* a Multum hic turbant Sw. Ma. *Deo* Burg. pro *illo.* b *Quia ait* C. M.

tarde ſubactis —. Novit haec EX ABBATE VRSPERG. HEDA *Hiſt. Ep. Trai.* p. 148. Qua vero in re *contraria* fuit Petronilla, et qualis ipſius *ſubactio?* Inquirunt V. D. WAGEN. *Vad. Hiſt.* T. II. p. 216. et VAN LOON ad N. KOLIN. p. 439. qui rem egregie illuſtravit. Nimirum in re feudali tutelam quidem gerere ex LL. Imperii pro liberis Mulier poterat, ſed non niſi *annuente Imperatore. Petronilla* igitur vel freta ſua ipſius potentia vel fratris *Lotharii* Ducis impulſu, hanc *tutelam*, inconſulto Caeſare, ſibi arrogasſe videtur. Nec recognovit ante Caeſaris ſuperioritatem, quam armata manu *Henricus* Imp. ipſam ad obedientiam adegit. Huc omnino ſpectare videntur, quae de Caſtro *Sculenberch* et *Daventria* a *Lothario* Petronillae fratre contra Imperatorem defenſis vel oppugnatis narrat JO. A LEID. L. XVI. C. 12. *Rebellare* autem et *homagium negare* hoc tempore plerumque Synonyma ſunt. Omnium inſtar ſit locus JO. A LEID. *Chron. Belg.* XV, C. 2. *Friſones* REBELLANTES *noluerunt amodo* HOMAGIVM *Comitibus Hollandiae praeſtare.* — *Glorioſe igitur* [a pugna] *rediens factus est Comes Friſiae.*

3) *Noſtro peculio*] Satis haec docent, Auctorem huius Chronici fuisſe Monachum Egmondenſem, ut iam notavit Margo Sweertii. Nonnihil vero haec exaggerata a Monacho videntur, ex affectu!


4) *Lotharius Dux — frater Petronillae*] De huius Petronillae, immo de ipſius *Lotharii* Regis et Imperatoris, Maioribus non modo apud Noſtrates, ſed etiam apud ipſos Germanos diu dubitatum fuit, et multa ſcripta edita, quae hic recenſere non vacat. Dubitatum nempe cum de *patre*, tum de *matre Lotharii:* dubitatum quoque, unde *Petronilla*, vel, ut placet aliis, *Gertrudis*, ſoror *Lotharii* dicta fuerit. Vid. WAGENAR. *Vaderl. Hiſt.* II. *bl.* 207. *Lib.* VII. §. 5. Tandem vero potiora in lucem protraxit ex hactenus ineditis, aliisque ſcriptoribus V. D. CHR. LVD. SCHEID. *Praefat.* T.

oll. maternum,

Ad pag. 71. not. 4).

T A B V L A V.

Stemma LOTHARII Regis paternum.



mnes siquidem inopinata morte in dimidio dierum suorum in uno anno non in domibus vel in villis suis mortui sunt, et posteris terroris exemplum reliquerunt; quia qui destruit templum Dei, dissipabit illum Deus [c]. Non enim erant semen electum Domini, quod manus Domini ab initio praeparavit ad destruendum, aedificandum et plantandum in nomine Domini; ut per hoc non solum templi et claustri et omnium officinarum eius ruina [d] innovaretur, sed magis morum, ordinis, religionis et fratrum, et ministrorum [e] magnus defectus favente Domino et Sancto patre Adalberto consurgeret et melioraretur [f].

MCXXV. *Henricus* Imperator in *Traiecto* moritur [g], et *Lotharius* Dux egregius, frater *Petronillae* 4) Comitissae Hollan-

c *Dissipabitur*, *ait Deus* Sw. Ma. Burg. Mox *erat*. d *Rumor* Sw. Ma. *rumorum* Burg. qui *nomen solum* pro *non solum*. e *Miserabilis* C. M. *Missarum* Burg. Mox pro *patre* Sw. *Petro*. Ma. *Petro*, *S*. Burg. *Praelato*.

f Douz. ad C. M. „ a. 1222. in villa Houel (f. nunc Honebal) natus est puer in modum piscis nec brachia habens „ nec coxas, portendens Flandriam viribus tamque manibus et pedibus in suis principibus privandam; quod quidem „ in morte Caroli evidenter patuit.

„ a. 1123. Hyems fuit asperrima, ita ut omnem aquam (praeter marinam) indifferenter homines ut terram calcarent, gelu consolidatam. Super glaciem terram aut iter calcabile vix invenire poterant prae glacie congelata aeris densitate.

„ a. 1125. Hyems iteratur aeque valida: exempto inpedimento glaciali terrae incumbente; fames valida supervenit a Kal. Nov. incipiens, et usque ad novas fruges (tot het nuwe gewas) perdurans, quae multos in Flandria, sed plures per Brabantiam exstinxit.

„ a. 1123. Papa CLX. Calixtus obiit. Honorius CLXI. succedit". Hausit haec Douza ex *Cod. MS. Wilhelmi Procuratoris* integro; cuiusmodi quidem, sed mutilo, usus etiam est *Ant. Matth.* Mutilus MATTHAEI ille Codex demum incipit ab a. 1168. quae ratio est, cur haec addita in *Matthaei* Editione non exstent. Insignitur autem Douzae Codex MS. a Scriv. nomine *Alcm.* i. e. Alcmariensis, qui forte ab ipso Douza *Al.* vocatur. g Deest *moritur* Sw. Ma. et Burg. cum hiatu. Alii mox *Hollandiens*.

T. III. *Origg. Guelph.* p. 12. seqq.; unde Stemmata Parentum *Lotharii* et *Petronillae* hic depromere visum est: ut appareat, *Petronillam* fuisse tantum *Sororem uterinam*, non *germanam*, Imperatoris *Lotharii*. Vid. *Tabulam* V. ad hanc pag. 71. Vbi et eius maternum, unde nostra Comitissa oritur. Quod autem in huius aevi Scriptis haec FLORENTII Comitis Hollandiae uxor *Gertrudis* vocetur, quum ab ipso Nostri Chronici *Meermanniani* scriptore, nec non ab eius sequacibus tantum non omnibus *Petronilla* nominetur; immo in *Egmund. Ecclesiae* parietinis, etiam nunc ex parte visendis, eius effigies repraesentetur, hac circumscriptione: HIC DIEDRICVS ORAT, OPVS HOC PETRONELLA DECORAT: nihil fere scrupuli hoc amplius movere debet, siquidem evidenter ex coaevo fere testimonio ANNALISTAE SAXONIS ad a. 1123. discimus, hanc mulierem *binominem* fuisse. Sic enim ille a. 1123. *in regione, quae vulgo* HOLLANT *dicitur, morose ac laboriose et vix tandem ipso Imperatore copiosum illo ducente exercitum terminabatur, ubi soror* LIVDERI *Ducis* GERTRVDIS SIVE PETRONELLA *eiusdem Ducis patrocinio confisa Imperatori rebellare praesumebat.* Quod satis tunc et antea in more fuit. Sic enim idem ANNAL. SAXO ad a. 1126. p. 659. f. *Tempore pii Ludovici—*

landensis in Regem eligitur 5), elevatur et coronatur.

MCXXVI. *Karolus*, vir [b] iustus 6), Comes Flandriae, filius *Kanuti* Regis Daciae et Martyris, et *Athelae* sororis *Roberti* Comitis, martyr et sanctus, sicut [i] et pater eius, a suis domesticis 7) propter iustitias, quas exercuit ut iudex iustus, oratione ante altare procumbens trucidatur cum duobus filiis suis [k]. Cui *Lodewicus* Rex Fran-

[b] VII. Sw. Ma. Burg. Mox *et* his abest. *Daniae* S. ad C. M. [i] Abest Sw. Ma. [k] „ Atrox facinus Kalendis „ Martii a. 1127. ORDERIC. VITAL. tradit accidisse L. XII. *Cum Tesnardo Brotburgi oppidano* caet. p. 384. *Normannicorum*". Scr. et D. ad C. M.


extitit quidam de principibus Bavarorum, qui fuit BINOMIVS; *nam et Eticho et Welfus dicebatur*. Vnde etiam errare patet Reverendum Dn. CALMET, qui huius THEODERICI *Lotharingiae* cum *Hedwige* nuptias, et simul utramque filiam, GERTRVDIM sive nostram *Petronillam*, atque *Odam*, ignorans, unam tantum *Theoderico* uxorem adscribit *Gertrudem Roberti* Flandriae Comitis filiam: uti recte iam observavit SCHEID. *Praefat. Origg. Guelph. l. II. p.* 13. u). Hanc quam dedi *Petronillae* genealogiam optime iam ex ECCARDO ostendentem G. VAN LOON in *not. ad* KOLIN. p. 415, 417. non audiverunt hactenus Nostrates, in his V. Ill. HVYDECOPER, perpetuus *Loonii* sugillator, ad STOK. I. p. 335. ad vs. 77. ipse erroneum ducem KRANTZIVM sequi praeoptans, quam quid *Loonio*, optima fere semper monenti, acceptum referre.

5) *Lotharius — eligitur*] Quantopere hinc *Petronillae* Hollandiae tutrici animus creverit, facile est coniectu. Hactenus Episcopi Traiectenses multum Hollandos vexarant, et antiquum suum ius in varia loca repetiverant; nunc contra Rex *Lotharius* penitus suae *sorori* deditus Episcopo adimit *Comitatus Oostergoae* et *Westergoae*, V. BEK. p. 46. J. A LEID. *Chr. Belg.* XVII. 2.

6) *Karolus vir iustus*] Anselmus Gemblacensis ad Ann. 1127. *Quidam Flandrensium proceres Dominum suum Carolum Comitem Morinorum Brugis in templo Sancti Donatiani Psalmos canentem iugulant.* Vid. Anonymum de eius vita à Meursio editum Hafniae Ann. 1631. Galbertum Notarium aliosque Auctores coaevos *tom.* 1. *Sanctor. Mart.*

MATTH.

Sic etiam CHRONOGR. SAXO a. 1127. p. 286. *Carolus Comes de Flandria in Ecclesia a suis servientibus occisus est.* Plura de hoc habet JO. IPERIVS *Chron. Bertin.* C. XLI. P. II. p. 622. qui mortis etiam annum: *Sic patri suo Sancto Canuto per suos in ecclesia trucidato conformatus martyr pro iustitia spiritum Deo reddidit anno Dom.* MCXXVII. *secunda die Martii.* Non alius iterum magis expressus est locus, qui doceat, Nostrum *Egmondanum*, quum obitum Caroli in a. 1126. ponit, computasse suos annos non a *Kalend. Ianuar.* nec a *Kal. Martiis*, sed a *Paschatis Festo*, qui hoc anno 1127. *die* 3. *Aprilis* veniebat, vel a die 25. Martii, quippe qui 2. *diem Martii a.* 1127. quo Carolus obiit, computat intra anni 1126. terminum. Contra quam de hoc Chronico creditum voluit Vir Ill. ad STOKE I. p. 315 Cf. me ad a. 1075. not. 73.) p. 58. b. Carolum autem obiisse d. 2. Martii a. 1127. res est certissima. Audi modo MEIER. *Ann.* L. III. a. 1126. p. 39. *Caedes haec secundo Martii, qui tunc erat dies Mercurii post dominicam reminiscere.* p. 40. *Decimo igitur Calend. Apriles post* 22. *dierum interregnum Normannus — Comes appellatur, dehinc tertio Non. Aprilis incidit Pascha anni* MCXXVII. *ut ex tabulis Paschalibus manifeste liquet, quo anno omnes fere scriptores Carolum* Prin-



FLORENTIVS I.
Comes Hollandiae.
GERTLHELMVS
Angliae
DIEDERICVS V.
ux. OTHELHILDIS.
ux. Phi
Fra
Normann.
HENRICVS
Rex Angl.
FLORENTIVS II.
ux. PETRONILLA.
LVDOVI
Rex
WILHELMVS
ORMANNVS.
c a Rege Ludovico
nitatum Flandr. intrusus,
fine effectu; nam
ugna contra Theoderi-
um de Elsate obiit.
Vid. not. p. 74. a.
DIEDERICVS VI.
Hic *Robertum Frisonem* et eius posteros non contingebat, quippe non *Roberti*, sed *Florentii* pronepos.

Francorum successorem posuit *Wilhelmum* filium Roberti 8) Comitis Nortmannorum.

MCXXVII [l]. *Godeboldus* Episcopus Traiectensis morbo corripitur, et monachus devote factus apud Sanctum Laurentium in *Oostbroec* moritur, et ibidem [m] sepelitur 9).

MCXXVIII. *Andreas* Traiectensis Episcopus efficitur. *Wilhelmus* Co-

K

l — xxvi. Ms. Mox S. S. *Godeboldus de Ersfia.* m Scriv. ex D. ad C. M. addit: „ *honorifice ante altare S. Petri* „ *Apostoli*".

Principem occidisse tradunt, supputatione scilicet utentes Romana. Est autem hic *Carolus* idem ille, cuius Stemma supra dedi ad p. 63., et cuius avunculus fuit *Diedericus* Comes Hollandiae: qui *Carolus* quum sine liberis obierit, hinc occasionem praebuit *Petronillae* Comitissae Hollandiae, petendi filio suo *Diederico* VI. *Comitatum Flandriae*, quamquam sine successu, et etiam sine iure, quia propiores erant Heredes, ut adiectum hoc Stemma, TABVLA VI. aperte docet. Add. WAGEN. *Vad. Hist.* II. p. 217—219. et confer *not. seq.* 8). coll. p. 66. b. Mirum autem, quod noster hanc *Petronillae* in Flandriam expeditionem vel ignoravit, vel silentio involvit; uti etiam fecit MEIER. *Ann. Flandr.* Narrat tamen rem, adiectis omnibus circumstantiis, Auctor Vitae *Caroli Boni* GALBERTVS Notarius, Scriptor coaevus, in ACTIS S. S. Tom. I. *Mens. Martii*, §. 57. p. 192. *Septimo decimo die ante Kalendas Aprilis feria quarta* [quae ex calculo est d. 16. Mart. A. 1127]. *cum sanctificatus, in nocte S. Gertrudis, COMITISSA HOLLANDENSIS ad obsidionem* [Brugensem] *accessit cum filio suo, et multa multitudine cum ipsa. Sperabat enim omnes obsidionis Principes electuros FILIVM eius in Comitem, eo quod illud ei cives nostri et plures Principes suggessissent.* — —. Locum ex quodam MS. *Gallico* iam produxerat SCRIVER. *Graven van Holl.* p. 132.

7) *A suis domesticis*] Anselmus Gemblacensis ad Ann. 1127. *Quidam Flandrensium proceres Dominum suum Carolum Comitem Morinorum Brugis in templo Sancti Donatiani Psalmos canentem iugulant.* Vid. Anonymum de eius vita a Meursio editum Hafniae Ann. 1631. Galbertum Notarium aliosque Auctores coaevos *tom.* I. *Sanctor. Mart.*

MATTH.

Qui illic *Proceres*, hic *Domestici* vocantur: ubi nota, sub voce *Domestici* intelligi *Nobiles vasallos.*

8) *Wilhelmum f. Roberti*] Avia ei paterna soror *Roberti* Frisii *Mathildis*, coniux Guillelmi Nothi Normanni, cuius filius Robertus, Roberti filius Willelmus. MEIER. L. III. *Hist.* ad Ann. 1042. *Balduinus vero Comes Guilielmo notho genero suo futuro impense favebat, eumque tandem ope Henrici Francorum Regis in Normanniae deduxit possessionem.* Add. eundem L. IV. Hist. ANSELM. GEMBLACENS. ad d. Ann. *Comitatus Morinorum a Ludovico Rege Francorum datus Guilielmo filio Rotberti Comitis Northmanniae, fratris Guilielmi Regis Anglorum.*

MATTH.

Cf. Stemma huius *Wilhelmi* TABVL. VI. Haec autem successio in Comit. Flandriae vix ullum effectum habuit, quandoquidem hic Wilhelmus paullo post in pugna cum *Theoderico de Elsaten* obiit. Vid. ad sq. a. 1128.

9) *Sepelitur*] Ipse Godeboldus *hoc Coenobium de Oestbroeck in palustri solitudine superaedificaverat*, JO. A LEID. XVI. 8. cf. BVCH. ad BEK. p. 46.

10)

Comes *Flandriae* in obsidione *Alst* vulneratus infirmatur, et monachus Sancti *Bertini* factus ibidem moritur et sepelitur [n]. Cui successit *Theodericus* 10) filius *Theoderici* Ducis [o] de *Elsatben*, quem genuit ex *Gertrude* filia *Roberti* Comitis *Frisionis*, relicta Comitis [p] *Henrici* Bruselensis 11) [q].

MCXXX [r]. Eodem anno 12) cum placuisset gratiae divinae visitare locum Ekmundensem, inspiravit Episcopo *Andreae*, et Comitissae Hollandiae *Petronillae*, mittere legatos cum literis ad Abbatem Gandensem *Arnoldum* pro Monacho, qui idoneus esset animas regere, exteriora disponere, et lapsa promovere. Qui consilio cum suis habito Praepositum Curtis eorum, quae dicitur *Lens*, *Walterum*, quem frequenter probum et utilem probaverat, misit; quem Episcopus *Andreas* in vigilia nativitatis Sanctae Mariae Abbatem ordinavit; qui veniens Ekmundam, et defectum in omnibus reperiens, quid ageret, aut quo se verteret, nisi ad Deum et Sancti *Adalberti* patrocinium, ignoravit: sed processu temporis Dei

[n] Ab: MCXXVIII. *Andreas* — — — usque ad *sepelitur*, desunt Sw. Ma. Burg. qualem hiatum animadvertit Ma. marg. Addit S. S. ex Douzae manu: „ *ad caput Baldwini nepotis sui, inclyti Comitis et monachi S. Bertini*" forte ex MS. Alem. [o] Deest *ducis* Sw. Ma. Mox *Frisonis*. [p] *Comitissa H. Brusel.* Sw. Ma. Burg. [q] „ 1129. Eclipsis Lunae facta est IV. Kal. Novembr." post: „ MCXXV. Obiit Honorius Papa II. Cui successor datus Innocentius II." D. S. C. M. [r] MCXXV. C. M. Sw. et Burg. — XXIX. Ma. Desunt Sw. et Ma. *eodem anno*. Mox *inspirat*.

10) *Successit Theodericus*] Rem omnem fusius narrat JO. IPER. *Chron. S. Bertin.* C. XLI. P. III. p. 624. *de discordia* agens *inter Theodericum de Holsate et Willermum Normannum pro Comitatu Flandriae*: ubi Theodericus vocatur *cognatus germanus Caroli ac etiam Balduini Hapkin* [i. e. securis.], — *verus heres et consanguinitate propinquus.* Wilhelmus autem *a vulnere ad Alostum accepto, ubi quatuor diebus supervivens monachicum habitum induit et obiit.* — *Theodericum*, pergit, *verum Flandriae heredem et Comitem Rex declarans, ad Flandriae homagium recepit et approbavit; a quo Theoderico omnes postea Flandriae Comites usque hodie sunt derivati. Patet igitur ex praemissis, quod Guillermus iste Normannus vere Comes Flandriae non fuit*, sqq. Cf. *Geneal. Com. Flandr.* §. 13. p. 386. sq. Successerat Wilhelmus d. 23. Mart. 1127. obiit vero 16. Aug. 1128. Vid. MEIER. *Ann.* L. III. his annis.

11) *Relicta — Bruselensis*] „ Quem nunc „ *Bruxellensem* diceremus, et tamen etiam- „ nunc *Bruselle* vulgo pronunciant. Nota „ autem, *Henricum* Brabantum dici *Comi-* „ *tem Bruxellensem*, qui ab aliis omnibus „ *Comes Lovaniensis vocatur*". Haec ex nota *Douzae* et *Scriver.* ad marginem Codicis mei, et vere! Fuit enim *Gertrudis* huius *Henrici* vidua.

12) *Eodem anno*] Quae hic habentur, habet etiam *Annal. Egmond.* C. XX. consona ANONYMO apud MABILLON. Adiungit et alia haud poenitenda JO. A. LEID. *Chron. Belg.* XVII. 4.

13) *Infidelitatis*] Recte M. STOKE II. vs. 133.

Dei gratia, in qua multum ſperabat, proſperum in omnibus ſucceſſum habuit, et omnia bene et ordinate ſ tam exteriora quam interiora, componi coeperunt. Cuius ſtudium quale fuerit, praeter cetera, teſtis eſt templum et omnes eius officinae t.

MCXXXII. Cum eſſet hyems valida, *Theodericus* Comes nonus u, filius *Florentii Craſſi*, reminiſcens infidelitatis 13) et v iniuriarum, quas illi 14) *Freſones Occidentales* frequenter fecerant, congregata multa manu militum ſe ulciſci oportunum iudicabat. Cum igitur *Alcmare* veniſſet w, Freſones impetum eius exercitus non ſuſtinentes fugerunt, et in interiore Freſia conglobati pro poſſe reſtiterunt; et, quia tota *Freſia* glaciali rigore 15) pervia erat, milites Comitis plurimas x villas incenderunt, armenta, equos, veſtes, et cetera mobilia depraedati ſunt, et multos Freſonum ſecum captivos apportantes y, ad Comitem quaſi victores reverſi ſunt. Sed haec victoria multis et pene toti *Hollandiae* in perniciem ac in occaſionem converſa eſt z. Habebat enim Comes 16) fratrem, qui *Flo*-

s Sw. Ma. Burg. *et* interponunt, uti ſupra: *et exter.* ubi *qui dicitur Lens Walterus* Burg. t a. MCXXXI. *in Trajecto tria magna et diu plangenda incendia fuerunt.* Vide Magn. Chron. Belgic. Mirum, Bekam huius incendii non „ meminiſſe". Scriv. S. et D. ad C. M. Forſan ex MS. Alcm. u Ma. abeſt. v *Craſſi rem. infid. et* deſunt Sw. Ma. Burg. *memor.* addit Ma. w *Cum in Alcmariam* Sw. Ma. Burg. „ al. *Almere*" S. S. Mox *fuerunt in int. F. c. et* Sw. Ma. *interiora* C. M. et Burg. qui et *Friſiae.* x *Plures*, Sw. Ma. Burg. y *Aſport.* S. ad C. M. z *Aut in occaſionem reverſa eſt.* Sw. Ma. *occaſionem rev.* Burg. *occaſione* C. M. *hac* pro *ac* D. ad C. M.

133. id vertit Belgice *ombraken*, et HVYDEC. p. 361. qui hoc explicat per: *deficere*, *ſeſe obedientiae legitimi ſui domini ſubtrahere*, Belg. *afvallen*, *zich onttrekken aan de gehoorzaamheid van hunnen wettigen Heer.* De *infidelitate* ſeu rebellione Friſonum alibi.

14 *Quas illi*] Nempe *Diederico* Comiti VI. iam ex ephebis egreſſo vel egredienti, quippe qui ex ſententia D. V. WAGEN. T. II. p. 219. nunc circa 18. vel 20. annos fuit natus; malim vero ego aliquanto eum minori ſtatuere; Vid. not. 100. p. 68. Quum autem dicit Scriptor, *Freſones Occidentales huic frequenter feciſſe iniurias*, intelligendum id erit de illa *rebellione* ſeu *infidelitate*, quam ſe, durante matris *Petronillae* tutela, ab Hollandiae Principatu ſubtrahere conati erant, ſed fruſtra. Interfuerunt autem his turbis tunc etiam *Friſones* de *Drechtere*, qui hodie *Enkhuſani* et circumvicini. Vid. ad a. 1161.

15) *Glaciali rigore*] Sic ſaepe ſolebant cum *Comites*, tum *Friſii* rebelles. Cf. VAN LOON *ad Kolm.* VS. IIII. p. 445. (1).

16) *Habebat enim Comes*] De cauſſis huius belli et odii fraterni inquirit WAGEN. *Vad. Hiſt.* II. p. 220. ſq. Quod vero V. D. HVYD. ad STOKE II. p. 375. VS. 227. negat, usquam in Noſtro Chronico *Florentium* vocari COMITEM; en ſtatim ſequitur: *qui Florentius Niger Comes dicebatur.*

17)

rentius Niger [a] *Comes* dicebatur, qui erat vir naturaliter acris ingenii, secularis gloriae cupidus, dulcis eloquio, facetus ad omnes, iuvenes, senes; clericos [b], monachos 17), et vehementer adversans omnibus inimicis suis. Quae omnia invidiam illi non parvam conflaverant; et pravis agentibus consiliariis, Matris gratiam, quae toti adhuc imperabat *Comitatui* 18), et fratris *Theoderici*, amiserat. Sed quo magis displicebat suis, tanto amplius placere studuit et placuit alienis. Nam et nonnulli Nobilium iungebantur illi, et vulgus, novae potestatis naturaliter cupidum, etiam cum periculo salutis et rerum suarum sequebatur eum. *Fresones* vero dis-

COD-

[a] Deest Sw. Ms. *Magnus* Burg. [b] „ *Milites* videtur legisse *Aem. Stok.*" S. S. Postea *eius cum periculo* Burg.

17) *Clericos, Monachos*] Quae caussa moverit STOKIVM L. II. vs. 162. ut hic scriberet *Ridders, Knapen*, i. e. *Milites, Armigeros*, ignoro. Saltem non ex mente Nostri; nec tamen propterea, quod magis huic loco congruum, ut visum V. D. not. ad eum p. 364.

18) *Imperabat Comitatui*] Non intellexit sensum huius vocis Vir D. HVYD. ad STOKE II. p. 364. vs. 167. quando, Stokii verba, *imperare* per *ghewseldelike in hant hebben*, convertentis, Belgice interpretatur: *tegen recht en reden, alzo haar voogdyschap ten einde was*. Nam, uti *adhuc imperare* simpliciter hic ponitur pro *adhuc praeesse Comitatui*, (vid. quae diximus ad p. 68. b.) ita apud STOKIVM vox *geweldiglijk* nihil violenti, nihil iniusti sapit. Meliora docebit KILIAAN *Etymolog. Teuton. Ling.* voc. *ghewseld, ge-wald* (1). *Potestas, potentia: et* (2) *Vis, violentia, vehementia, impetus; et* (3) *Auctoritas, IMPERIVM. Ghe-weldbode. Legatus. Gheweld-brief, Diploma.* Immo meliora docebit ipse STOKIVS L. III. vs. 728. de Wilhelmo II.

Ende Willam de hilt Hollant
GHEWELDELIKE metter hant.

Et vs. 951.

Dus quam hi op den stoel tote Aken
[*Rex Wilhelm.*]
Ende liet hem daer GHEWELDICH maken
Van den Roomschen Conincrike
[Sic scribe pro *Coninc rike*].

Quis autem unquam audivit, *Wilhelmum* II. praeter ius et aequum, ac violenter fuisse *Hollandiae Comitem* et *Germaniae Regem*? Successit enim legitime patri Florentio IV. et electus est Rex. Sed maxime omnium hoc docet locus STOKII L. II. vs. 1126. ubi *Wilhelmus* I. ab ipsis Frisiis a. 1196. pro GEWELDIG *graaf* inauguratur, adiectis, quae observavi ad h. locum, infra ad a. 1196. Verba sic habent:

Willem is t'Oest Vrieslant ghesent /
Daer hi GOETLIJC was ontfaen /
En de Vriesen huldene zaen.
i. e. hulden hem ras.
Willem wort GHEWELDICH Grave
Van Oest Vrieslant.

Antiqua etiam vocis notio non aliter permittit. Sic *UUALDAN, dominari; GAUUALDAN, idem*, SCHILTER. ad *Epinik. Ludov.* vs. 40. *KIWALTI, potestas, praetura*; uti et Gothis in clausula Precationis Dominicae, pro *potentia, Walt-hus*, in ECCARD. *Theotisc. Cat.* p. 193. in Add. Sic WIL-

LE-

cordiam fratrum audientes gavisi sunt, et legatos *Florentio* mittentes, illi, si ad partem suam [c] transire vellet, Dominatum totius *Occidentalis Fresiae* promiserunt. Nec dubius adolescens ad eos secessit, et paratos ad omne, quód imperaret et aggredi vellet, negotium invenit. Per annum igitur [d], scilicet ab Augusto in Augustum, manens in *Fresia*, quas poterat fratri et patriae eius insidias et damna cum Fresonibus machinatus est: qui memores iniuriarum suarum ecclesiam *Alcmare* 19) [e] et totum Forum incenderunt, et praeda non modica ditati sunt. Interea plurimi de Comitatu 20), et maxime [f] Rustici, qui se nimis opprimi dolebant, spe li-

c Partes suas Sw. Ma. Burg. *d* Abest *igitur* Sw. Ma. Burg.; mox et *fratri*. Ma. tantum *pot. patr. insid.* *e Eccl. in Alcmare* Sw. Ma. Burg. *in Alcmariam* Ma. mox *locum*. *f* Sw. Ma. Burg. inverse: *et max. de Com. rust.* et sic saepe. Mox Sw. Burg. *persecuti*.

LERAM. *Cantic.* p. 100. c. n. JVN. p. 155. *Her is GEUUALDIG ze giuene*, i. e. *habet dandi facultatem.* Cf. JVN. ad TATIAN. *Harmon.* C. XLIII. 4. Nostram imprimis in rem facit *Pactum nuptiale Iacobae* Bavarae, in quo Dux *Wilhelmus*, ipsius parens, vocatur: GEWELDICH *heer der Landen ende Luyden van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant* apud MATTH. *Analect.* T. V. p. 597. et WAGEN. III. p. 339. ubi vide eius observationem p. 400. quae hinc lucem accipit. Eodem modo in Charta apud MATTH. *de iure gladii* p. 187. *Doe nam die heer van Oosterhout voirsz. een erfdochter van Vianen, ende werf doe van den Hertog van Hollant die HEERSCHAPPYE van Hagestein, en was dair of een GEWELDICH heer.* Et sic etiam ipse *Wilhelmus* II. Rex in Chora Medioburgensibus data A. $\frac{1253}{1254}$. MIER. I. p. 275. vetusto idiomate vernaculo (ex Autographo a me correcto) ita locutus inducitur: *Ende verbieden dat bi onser Koningbleker GHEWELD, ende onser Gravelyker GHEWELD, dat niemene weder dese Chore ne doe*, i. e. *macht*. Qui plura desiderat et rem extra dubium collocatam videre avet, adeat *V. Ill.* IDSINGAM *Staatsrecht der Vereenigde Nederlanden* T. I. p. 75. sqq. *Imperare* autem hoc loco nihil aliud notat quam *praeesse*, sive illa mulier adhuc praeerat propter minorem aetatem liberorum, sive ob filii sui comitatem, qui eam in consulendo et agendo sociam adsciverat, quippe ex calculo D. V. WAGEN. II. p. 219. nondum 20. *annos*, ex meo vix 16. annos, supergressus.

19) *Ecclesiam Alcmare*] Nota antiquitatem Ecclesiae Alcmariensis, et Fori nundinalis. De re ipsa et infestatione Vrbis Alcmariae, utpote in confiniis Frisonum sitae V. VAN LOON ad *Kolin.* p. 445. (2). 451.

20) *Plurimi de Comitatu* —] V. D. HVYDEC. I. p. 132. hic olim lectum fuisse contendit: *Interea plurimi de Kenemare et maxime rustici*, vel *plurimi et maxime de Kenemare rustici*. Non male quidem; sed tamen non necesse est: intelligi enim possunt *plurimi de Comitatu* Hollandiae, *et maxime rustici ii ex Kenemaria, qui se opprimi dolebant.* Vel, quod malim, *plurimi de Comitatu* significant ipsos *Kennemarios*, qui p. 78. lin. ult. dicuntur *socii conspirationis*, ubi res ipsa docet, intelligi *Kennemarenses*. Omnem vero *Kennemariam* descivisse, satis narratio docet. Hinc etiam *Scriver.* ad marg. MS. *rustici* interpretatur per *Kenemarios*, et ita etiam STOKIVS II. vs. 200.

libertatis 21) inaniter accensi, consilium inierunt, ut *Theodericum* Comitem desererent, et Florentio adhaererent, et cum Fresonibus sub uno Duce unus populus fierent. Missis ergo Legatis fidelitatem suam promiserunt, et venientem cum suis devote suscipientes, armata manu et valida conspiratione prosecuti sunt, nulloque resistere valente, nec ipso Comite *Theoderico*, licet cum multis occurrerit [g], usque *Harlem* perduxerunt, et una cum Fresonibus antiquorum *Comitum domos* 22), et cuncta circumcirca aedificia, vidente [b] Comite, combusserunt. His pertinaciter gestis, quia *Fresonum* mos est, nunquam vel rarissime extra suos terminos pernoctare, festinanter cum Duce suo redierunt, et socios conspiratio-

[g] *—rerit usque ad Haerlem* Sw. Ma. Burg. Mox *domus* Ma. [b] Scriv. S. et D. ad C. M. al. *Aspiciente*.

200. Noster enim ad a. 1167. sub Comitatu Hollandiae etiam *Kenemarios* iam comprehendit, quando huius *fines* apud *Egmondam* terminavit. Distinguuntur etiam hic p. 78. l. 2. ab ipsis *Fresonibus*.

21) *Spe libertatis*] Vulgo hoc, at satis inepte, explicant, per eam libertatem, qua *democratiam* sibi pararent: quum nihil aliud innuatur, quam *libertatem* a tributis sive exactionibus, quas pedetentim plures a Rusticis exigebant Comites; quapropter eodem tenore iunguntur hic *Rustici, qui se nimis opprimi dolebant*, (quod recte *Stokius* II. vs. 201. interpretatur: *si stonden te swaren tribute*) et *spes libertatis*: in qua *tributorum* libertate *Frisios* non minores ipsis *Francis* habitos, alibi ostendam. Ipsos autem *Frisios* non aliud quam hanc a tributis immunitatem sive *libertatem* innuisse, docent verba proxime antecedentia et consequentia. Quorsum enim aliter fratri Comitis *Florentio*, si in partes *suas transire vellet*, *DOMINATUM totius Occidentalis Fresiae promiserunt*? Et quomodo cohaerent haec: *spe LIBERTATIS — Kennemarii, seu nonnulli de Comitatu* consilium ineunt, ut *Theod.* Comitem deserant, et *Florentio* adhaereant, et cum Fresonibus *sub uno duce unus populus* fiant, eumque *Dominum* recipiant inaugurentque, ut STOKIUS VS. 211, sq.? Nimirum anteponebant *Florentium Diederico*, a cuius et matris imperio abhorrebant; et qui Florentius fortasse *Fresones* et *Kenemarios* promissis et spe inani lactaverat: unde Noster recte, *spe libertatis* INANITER *accensi*. Et tamen *fidelitatem promittunt*. Qui aliter haec explicant, genium huius aevi non recte norunt. Neque alia unquam posthac *Kenemariorum* fuit seditio, quam quod avitam illam *a tributis* libertatem contra Comitem et Nobiles vindicare conarentur. Sed tempore mutato mutabantur mores, et quod antea negârant Franci, posthac etiam hi negare amplius non sustinuerunt. Sed de his alibi.

22) *Antiquorum Comitum domos*] M. STOKE II. VS. 220. convertit:

Si hebben SHEREN huse verbrant
Waer so si stonden in KENEMAERLANT
Die waren der ouder Graven.

Hoc fecerunt nimirum *Rustici* sive Kenemarii *una cum Fresonibus*: unde hos vocat *Socios conspirationis*, de quibus *Comes*, ut

— *accito illustri Comite* HENRICU [illegible]

Cbuic, *Gerlagus Castellanus*, cett.

r Imperii Principes electioni Regis Ottonis. Et huic tribuendus

ARNOLDVS de Kuck, apud IVNG. l. l. p. 44. Probb. qui a. 1220. vendidit *Episcopo Traiectensi Comitiam urbis*.

argum. Chartae Episc. Godeboldi a. 1127. MIER. T. I. p. 88. ubi primo iunguntur, *Godefridus* nter testes habentur: *Comes Traiectensis Theodericus*, *Godefridus et Hermannus de Cbuc*, *Arnoldus* lerici, *Ministeriales*. Quum autem *Comitatus Traiect.* in familia Kuikensi fuerit, hinc suspicio initate iunctum fuisse *Godefrido et Hermanno*; habuisseque eum filium cognominem *Hermannum*, lux oriretur.

tionis in magno periculo reliquerunt. Nam domibus eorum, et omnibus, quae habebant, igni traditis vel ablatis, de eis Comes, ut voluit, triumphavit. Dum haec geruntur, fama discordiae fraternae ad aures *Lotharii* Regis avunculi eorum defertur, qui unum Principum 23) suorum ad eos direxit, praecipiendo praecipiens, ut in pacem convenirent [i], si eius amicitiam et gratiam habere vellent. Facta est igitur inter Comitem et Fratrem eius, licet cum magna difficultate, pax integra, omnibus ex utraque parte, qui discordiae participes fuerant, in eadem pacis pactione inclusis. Sed modico tempore *Florentius* hac pace fruitus est, qui non multo post gladio [k] occisus est. Cuius necis haec causa est. *Godefridus de Kuk* 24) [l] et *Hermannus de Arnesbercb*, Nobiles viri et famo-

i Desunt sex voces praeced. Ma. *k* „ *Gladio per insidias*". S. S. Statim Burg. *discordias principiis.* *l* *Delnyck* Sw. „ *Delryck* Ma. sed in marg. Leg. *Hermann. de Cuyck* et *Godefr. de Aernesbercb*, Jo. a Leidis L. XVII. C. 2. Beka in „ Andrea Episc.

ut voluit, triumphavit: quod pluribus de his *Kenemariis* refert M. STOKE II. VS. 228–236.

23) *Vnum Principum*] Quis ille Imperii *Princeps* fuerit, non dicitur. M. STOKE II, VS. 240. vocat *Ducem*; quem *ducem*, non dicit. *Princeps* fuit, qui nomine Imperatoris pacem iuberet, ut docent verba; unde recte sq. vox *praecipiendo praecipiens* ab eodem STOKE II. VS. 241. explicatur:

Ende GHEBOOT hem [i. e. hun] daer ter stede /
Dat si souden maken vrede /
Also lief als elc daer woude
Behouden des Keisers HOUDE.

i. e. *amicitiam et gratiam Imperatoris.* Id quod ideirco moneo, ne quem observatio Viri D. HVYD., *Ius imperii* ubique de via amoventis, VS. 239. et VS. 241. p. 376 in errorem inducat, quasi *Lotharius* iure cognationis, tamquam *avunculus*, non vero *iure imperatorio*, id fecisset: at hic tamen mentio cum missi *Principis*, tum *praecipiendi* (i. e. *iubendi*;) porro *amicitiae*, *gratiae*, et *pacis* difficulter *inter fratres iussu* Imperatoris *sociatae*.

24) *Godefridus de Kuk et Herm. de Arnesbercb*] Lege *Hermannus de Cuyck et Godefridus de Aernesbercb*: Jo. a Leid. L. XVII, C. 2. Beka in Andrea Episcopo.

MATTH.

Sic quidem BEKA, eumque secuti postea omnes alii, ut iam monuit V. Ill. HVYD. *ad Stoke* T. I. p. 378. De origine et antiquitate Familiae Dominorum sive Comitum *de Arnesberg* vide quae scripsit V. Ill. IVNG. *Comitat. Benthem. Antiq.* V, 2, 9. p. 92. sq. Inquirit idem II, 4, 4. p. 122. sqq. quomodo *Comitatus Arnsbergicus* situs in *Westfalia* ad *Lotharium* Regem eiusque patrem *Gevehartum* pervenerit: qua de re quantum sciam altum est in ORIGG. GVELPHIC. ECCARD. silentium. Nimirum in *Dissertatt. Eccardinis*, *Opuscul.* V. de *Familia Comitum de Northeim*, ORIGG. GVELPH. T. IV. illud proditur schema, quod exhibeo TABVLA VII. N°. *a.* Aliam paullulum viam ingressus est Vir Ill. IVNG. *Comit. Benth. Antiq.* l. l. qui, quum indicasset, praetermissum esse in *Origg. Guelph.* mentionem *Lo-*

mosi 25) [m], neptem ex sorore *Aleyda* habuerunt, filiam [n] *Arnoldi de Rothen* nomine *Heilwinam* 26) [o], quam post occisionem patris et obitum matris eius, *Hermannus* avunculus in sua 27) susceperat [p], hoc

[m] *Famuli* Ma. ex Coniect. et in marg. „ *Knapen*, *Knechten*, Ministeriales. Sic nobiles vulgo dicti, cum op- „ ponuntur equitibus. Vid. *Lib.* IV. de Nobilit. Cap. 18." [n] *Aleidi habuerunt aliam* Sw. Burg. Ma. qui recte in not. lego. „ *filiam Arnoldi de Rothem.* Huic enim Aleidis nupta. J. a Leid. et Bek. *ibid.* [o] *Rothem* — *Heilobinam.* Sw. Ma. qui notat *Heilwigim* ex JO. A LEID. XVII, 9. et BEK. in *Andr.* [p] *Avunculus eius in sua tutela susc.* Sw. Ma. Burg. Mox Ma. desunt *hoc propon.* Sequens *et* abest C. M. *sed* deest Sw. Ma.

Lotharii Regis et Patris eius *Gevehardi* Comitum Supplinburgensium, tamquam, ipso iudice, *Arnsbergii Dominorum:* hinc Schema nobis prodire iussit TABVLA VII. N°. *b.* Et haec quidem in praesentiarum de *Comitibus Arnsbergicis.* Videntur autem huius *Friderici* Comitis *de Arnsberg* filii fuisse hi apud Nostrum memorati *Godefridus de Kuk*, et *Hermannus de Arnsberg* cum sorore *Aleida*, ita tamen, ut *Hermannus* maior natu fuerit: quod conficias, 1. quia *Hermanno* Comitatus Arnsberg, *Godefrido* vero *Dominium de Kuik*, sive a patre sive per nuptias, obvenit. 2. Quia *Hermannus*, non vero *Godefridus*, tutelam suae Neptis in se recepit. Ità etiam sentire videtur M. STOKE II. vs. 255. sqq. qui *Hermannum* primo loco nominat. Hinc igitur hoc Stemma prodiret ibid. N°. *c.* Aliter tamen hanc Genealogiam derivavit BVCHEL. ad HED. p. 158. uti exhibeo N°. *d.* Hactenus igitur omnia incerta. Videbimus, quae de *Stirpe Kuikensium* veteres tabulae narrent: ac tum ipse meam sententiam eruditis diiudicandam interponam. Ex his fuit *Wilhelmus*, sator familiae, notus anno 1034. Huic tribuitur filius *Henricus*, qui obiit a. 1096. secundum alios intra a. 1101—1108. Huius autem filii habentur *Hermannus* et *Godefridus*, qui occiderunt *Florentium* Nigrum. Hermanni iterum vel *filius* vel *nepos* fuerit necesse est *Henricus* II. *Comes de Kuik*, qui occurrit a. 1171. 1176. 1198. et huius filius *Arnoldus de Kuc*, qui a. 1220. vendit Episcopo Traiect. *Comitiam urbis Traiectensis.* Fuit igitur in eius familia *Comitatus Traiectensis.* Ego vero, si quid video, quum satis ex *Origg. Guelph.* constet, *Frederico Comiti* de Arnsberg filiam fuisse nuptam *Godefrido de Kuik*; (unde forte hic *Arnsbergicus* dictus) censerem *Godefridum de Kuk*, et *Andream* Episcopum, [*sive fratres sive nepotes*, HED. p. 156.] non spectare ad *Arnsbergios*, sed ad *Kuikios*; *Godefridum* vero uxoris nomine *fratrem* dici *Hermanni* Comitis de Arnsberg; unde recte solus *Hermannus* sororis *tutor* exstitit. Quo vergit etiam sententia LOONII ad N. KOLIN. p. 457. Quod quo clarius pateat, en sequens Stemma, N°. *e.* Quae autem de *Godefrido Kuikensi* dico, confirmari videntur ex dictis Chronici mei seqq. ubi *Hermannus* dicitur *FRATRIS Godefridi* [intellige ob nuptam sororem] et *maxime Trai. Episcopi Andreae fruitus auxilio:* ubi *Hermannus* Godefridi quidem *frater*, non vero *Andreae* dicitur. Nonnihil tamen dubii obmovent verba ANNAL. SAXON. a. 1133. p. 666. *Consobrinus Imperatoris Lotharii Florentii Comitis de provincia Hollant occiditur Traiecti a Godefrido et fratre eius Hermanno* DE KVC. Vbi etiam *de Kuc Hermanno* tribuitur, nisi haec solo auditu et fama scriptori fuerint cognita: et pro *Hermanno Henricus* substituendus foret. Nam *Hermannus* in Nostro *Arnsbergicus* vocatur, non *Kuikensis.* Dubium quoque est, quod in Charta huius anni 1143. ex *Archivis Egmond.* depromta, quae exstat in *Batavia Sacra* p. 145. et FOPPENS *Coll. Dipl.* IV. p. 373. occurrat *Godefridus de Harnesberghe*: nec non in Charta Regis Conradi a. 1145. apud HED. p. 167. *GODEFRIDVS de ARNESBERCH*

hoc proponens, ut urbes et eius possessiones latissimas gubernaret, donec eam viro competenti traderet. Sed Ministeriales 28) iuvenculae *Florentii* probitatem audientes hoc consilium inierunt, ut eum Dominum eligerent, et puellam eius coniugio copularent. Advocatum ergo ad se benigne susceperunt, et Homines ipsius facti

L

BERCH et frater eius COMES HERMANNVS: nisi alterutrum hoc statuamus, vel *Hermannum* praeter sororis maritum *Godefridum* habuisse etiam fratrem germanum *Godefridum de Arnesberch*, vel Hermanni hunc fratrem germanum duxisse postea filiam *Henrici de Kuik*, unde ei posthac nomen *de Kuik* adhaesit, omisso cognomento *de Arnesberg* et in fratrem *Hermannum Comitem* translato. Vtrum horum eligas, hoc constat, alibi etiam hos iungi, e. g. in Charta Imper. *Frederici* a. 1157. *Neomagi* data apud MIERIS *Cod. Dipl. Com. Holl.* T. I. p. 104. *Godefridus* DE KVCK *et frater eius Hermannus*. Cf. VAN LOON *ad Kolin.* p. 457. Diiudicent alii, quorum interest. Ego certe in Nostro mutare non ausim *Godefridum de Kuik* et *Hermann. de Arnesberg*, quamquam reliquorum scriptorum narratio eo quam maxime tendere videatur, et inverso ordine scribere *Hermannus de Kuik* et *Godefridus de Arnesberg*.

25) *Nobiles viri et famosi*] Observa, hic non sermonem esse de *Comitibus* et *Comitatu de Kuik*, sed tantum eos vocari *Nobiles viros* i. e. ex primaria huius aevi nobilitate ortos, et iunctos sanguine Comitibus, immo, si IVNGIVM sequamur, Regibus. Huc quoque facit observatio BVCHELII *ad Bekam* p. 49. (e): „ *Cuyckii aliquando Comites* „ appellati sunt, non quod Cuyckiense „ Dominium hoc titulo gauderet, sed quia „ Burchgraviatum et Comitium Civitatis „ Traiect. aliquamdiu possederint: quod „ ius tandem, cum controversum ipsis esset, *Arnoldus de Kuc*, cuius exstant ea de „ re literae [Has vide in J. VAN DE WATER *Groot Placaatboek 's Lands van Utrecht*, T. III. p. 49. N°. I. et inde apud IVNG. *Comit. Benth.* T. II. p. 44. Probb. XVIII.] omne „ remisit Ottoni Episcopo anno 1220. „ Ideoque illi dicti *Comites Traiectenses*. Vid. „ Diploma Conradi II. Imp., ubi *Henricus* et *Godefridus* nominantur *Comites* an„ no 1145. aliquamdiu post Lotharium „ Imp. et Andream Episcopum". Cf. eiusdem notam ad HED. p. 159. (e). Vocantur heic *Nobiles et famosi*, MATTH. vero *famuli*, qui id explicat per *Knapen*, *Knechten*, *Ministeriales*; quo nomine vulgo dictos vult *Nobiles*, quando opponuntur *Equitibus*, ex *Lib.* IV. *de Nobil. Cap.* 18. Qua de re alibi.

26) *Heilwinam*] *Heilwigim*. Jo. a Leid. L. XVII. C. 9. BEKA in Andrea Episcopo.

MATTH.

Variat nomen. Sed *Heilwina*. *Heilwigis*, *Hadewigis*, unum idemque videtur, dictumque a proavia materna. Variatur etiam in patris *Arnoldi* nomine, quem STOKIVS *Rochem*, alii aliter nominant. Vid. V. D. HVYD. ad STOK. L. II. vs. 260. p. 378.

27) *In sua*] leg. *in suam susceperat tutelam*. JO. A LEID. *Chr. Belg.* XVII. 9. ubi *titulum* muta in *tutelam*.

28) *Ministeriales*] STOK. II. vs. 267. hos vocat *de* MAN *vander joncfrouwen* i. e. *Homines* seu *Vasallos*. Recte ex usu temporis. Cf. vs. 274. coll. cum Nostro p. 83. f. *homines Comitis facti*.

29)

oti [v] urbes puellae et praedia, et omnia, quae poterant, illi assignaverunt. Praeterea instanter cum eo puellam ab avunculo *Hermanno*, ut coniugio sociaretur [r], requisierunt: quod ille penitus abnuit, nec ad hoc vi ulla vel pretio vel minis 29) [s] flecti potuit. *Florentius* autem cum suis omnia illius incendiis et gladio devastavit, multisque eum adiuvantibus (quia [t] erat cognatus Regis) insidiabatur omnibus modis et rebus et vitae ipsius. Ille vero, fratris [u] *Godefridi* et maxime Traiectensis Episcopi *Andreae* fruitus [v] auxilio, militum non parvam multitudinem collegerat, sed eadem, quae sibi parabat, *Florentio* machinari non minus sollicitus erat. Traiectenses autem pro respectu Comitis *Theoderici*, tum prae timore Regis *Lotharii*, Florentii partibus favebant, et auxilium pro posse conferentes, ingressum civitatis et egressum domosque ad manendum quotienscunque vellet iuveni [w] offerebant. Qui urbem Episcopi *Lakesmunde* 30) incendio devastavit, et ipsum, ne ingredi posset civitatem, quia sibi contrarius

[q] *Suscep. homines ipsius factionis* Sw. Ma. *factionis* B. male. Innuitur enim Homagium. Mox des. *et praedia* Ma. [r] *Inst. cum puella ab a. H. ut coni. eius soc.* Sw. Ma. Etiam *eius* D. ad C. M. [s] *Ad hoc in ulla prece vel munere flecti* Sw. Ma. Hoc praefert S. S. *prae suo*, ut ait, *MS. In ullo pretio* B. [t] *Quod* Sw. Ma. [u] *Ille non fervens* Sw. Ma. B. Mox *Episc. potentiam* pro *Ep. Andreae. Audaciam* B. [v] „L. *fretus* D. et S. S. et:" l. *parabantur.* Mox [*tum*] *prae resp.* S. S. *domusque* C. M. cum Sw. et B. *pro timore* C. M. [w] Deest vox Sw. Ma. Mox *Leekesmonde cum* B.

29) *Pretio vel minis*] M. STOKE II. VS. 281. videtur hic legisse *prece vel munere*, quod in aliis MSS.

30) *Vrbem Episcopi Lakesmunde*] *Villam* vocant *Beka* et JO. A LEYDIS d. loc. Nec mirum, quod urbs hic. *Rynsburch* alibi etiam *urbs*, Lamb. Schafnaburg. ad Ann. 1047. *Deinde exercitum navalem per Rhenum duxit in Frisiam contra Gotefridum, ejusque adjutorem Diodericum, ibique duas urbes munitissimas cepit Rinesburg et Flardingam.*

MATTH.

Id argumento est, hoc aevo nomen *urbis* non eo, quo nunc sensu, acceptum semper esse.

31) *Abbenstade*] Scriptor Chron. Rhythmici STOKIVS *Abstade* habet ad Ann. 1137. BEKA et JO. A LEIDIS *Abstede*. Et sic recte. Contigit autem caedes mense Novemb., notante *Douza* ad Cod. Meerm.

32) *Exules fecit.*] Iungit Auctor hic ad a. 1132. res per quatuor annos gestas, idque nimis iciune. JO. A LEID. *Chr. Belg.* XVII, 10. *Lotharius Imper. mortem nepotis sui Florentii dolenter accipiens Hermannum de Cuyck, dictante sententia Principum, dignitate nominis sui privavit usque ad praesentem diem. — Theodoricus vero Comes Holl. — ad vindictam fratris sui terram de Cuyck armipotenter intravit, et eversis castris et exustis villis — Hermannum iam non Comitem et Andream Pontificem ad exteras partes — profugavit. Novissime quidem post obitum Lotharii Caesaris Hermannus praefatus Theodorico C. Holl.*

rius erat; potenter cohibuit. Cum vero die quadam *Florentius* civitatem cum decem tantum militibus, nihil insidiarum vel adversitatis suspicatus, exisset, subito visus et circumseptus[x] a duobus praedictis fratribus est, qui cum multa manu militum eo nesciente ad urbem venerant, et dum fugere[y] et redire in urbem conaretur et posset, pes equi, in loco qui dicitur *Abbenstade*, 31)[z] lapsus est, et ipse corruit et ab illis occisus est: cuius corpus in *Renesburch* perlatum est, et confestim legatus, qui hoc Regi *Lothario* nunciaret, missus est. Qui nimis aegre mortem eius accipiens *Hermannum* et *Godefridum* adiuvante Comite Hollandensi domo et patria expulit, fugacesque et exules[a] fecit 32), mortemque Nepotis competenter ultus fuisset, si mors non eum ad magnam felicitatem istorum rapuisset. Statim enim ad sua reversi, et Homines Comitis *Theoderici* facti[b] in amicitiam et pacem reversi sunt.

MCXXXIII. Sanctimoniales de Saxonia 33) de Claustro *Lutterlingeburch*

x *Exisset* —— *circumspectus* C. M. y *Effug*. Sw. Ma. B. et sic *AL*. S. S. z *Abbesschade*, Sw. Ma. B. Rynsb. Ma. „ Leg. *Abbestede*. Auctor Chronici Rhythmici *Abstade* habet ad ann. 1137. Beka *Abstede* d. loco. et 30. à Leidis. Marg. Ma. Post *legatus* addit *et* B. a *Hollandiae* —— —— *fugacesque exules* Sw. Ma. et S. S. Al. *et* etiam addit B. b *Facti* deest Sw. Ma. Mox *pacem eius* cum B.

Holl. praestans homagium ad sua reversus est, et Andreas —— *restitutus*. Eadem fere BEKA et HEDA, imprimis aequalis Scriptor ANNAL. SAXO. a. 1133. p. 666. *Consobrinus Imperatoris Lotharii Florentius, filius Florentii Com. de provincia Hollant, occiditur Traiecti a GODEFRIDO et fratre eius HERMANNO de Kuc*. Cf. a. 1136. p. 672. *Hoc anno obsides numero duodecim Godefridi Comitis de Kuc se in potestatem Imperatoris tradunt. Ipse Godefridus cum fratre suo Herimanno ab Imperatore proscribitur in terra ipsorum scilicet Salica, more antiquorum*. Quae verba, (longe aliter atque V. D. VAN LOON ad *Kolim*. p. 452. visum est) significare videntur idem, quod hoc loco Noster de his scribit: *Imperator* —— *hos DOMO et PATRIA expulit, fugacesque et exules fecit* sqq. Sensus est, Imperatorem his omnia imperii feuda ademisse; nihilque praeter avitum allodium (terram Salicam) reliquisse. Sed recte Noster addit, intervenisse *mortem Imperatoris*, quo minus ulteriorem vindictam sumeret: quae verosimiliter constitisset in eo, quod Imperator omnia illa bona *Comiti Hollandiae* in proprium daturus fuisset. Nunc vero *allatum* tantum *Feudum* factus est *Comitatus Kuikensis*. Sic enim diserte Noster addit, hos factos esse *Homines* i. e. *Vasallos Comitis* Theoderici. Idem M. STOKE II. vs. 342. sq.

33) *Sanctimoniales de Saxonia.*] Aliorsum has esse translatas, notum fuit in *Saxonia*: notumne vero fuerit, has in Nostram translatas fuisse terram, dubito. Meminit huius translationis et caussae ipse *Lotharius* Rex in *Charta* Privilegii pro Regia hac *Luttera* data a. 1135. quam ex veter-

to

lingeburch [c] 34) faciente Comitissa [d] *Petronilla Renesburch* adductae sunt, in quibus religionis gravitas et claustralis officii non parva cognitio fuit, quarum industria hodieque in his, quae per earum magisterium informatae sunt, apparet. Eodem anno XVII. Kal. Octobris dedicata est eadem Ecclesia in *Renesburch*, quam praedicta Comitissa construxerat in honore sanctae *Mariae* Virginis ab *Andrea* Episcopo Traiectensi [e].

MCXXXVII.

c – XXXIV. — — *Stichterl.* Sw. Ma. B. *Sticterlingeburch* C. M. *Stuterlingeb.* R. Snoyus p. 70. Mox *reformatae* Ma. Rectum videtur a. 1134. *d Favente Com.* Sw. et B. *e* Douza ad C. M.; ut puto ex *Alem.*, adiecit; quae Ma. non habet; quia ipsius interpolatus Codex *Wilhelmi Procur.* mutilus demum ad a. 1168. incipit:

A. 1133. Non. Aug. VI. hora diei sol obscuratus est; non nubibus tectus, sed defectum sui passus, et tantae tenebrae exstitere, ut dies in noctem conversus videretur, et stellae nullo officiente nubilo, sicut de novo apparerent. Nec putet quisquam, quum IIX. fuerit Luna, Eclipsim naturalem solem passum, cum Eclipsis solis fieri non soleat Luna tanto dierum spatio ab ipso remota, sed tantum quum sub eo in Ecliptica Linea per directum fuerit, et sunt in coitu Sol et Luna.

Eodem anno Florentius niger, Comes VII. Id. Nov. occisus est, frater Theodrici Comitis.

A. 1135. Maxima inundatio aquarum maris multis in locis facta est Kal. Octobr.

A. 1136. Multae Ecclesiae consecratae a Suinardo Episcopo in Traiect. Episcopatu. Eodem tempore consecrata sunt in Egmunda Altaria duo ab eodem Episcopo, unum in honorem Domini nostri Ihesu Christi et S. Mariae perpetuae Virginis eiusdem genetricis, et omnium Sanctarum Virginum, in quo conditae sunt reliquiae Wyneradae et Bertradae, aliarumque de XI. millibus Coloniensibus; alterum in honorem S. Stephani Martyris, Ieronis, Laurentii, Vincentii et omnium martyrum Christi, in quo continentur reliquiae Fritherici Martyris atque Pontificis, Dionysii, Pancratii et aliorum complurium Sanctorum.

A. 1137. Maxima siccitas fuit per totum vernale et aestivum tempus, adeo ut aestus nimius scitisum [citisum, vel sytum] in multis locis exusserit.

Hoc anno in Flandria plurima monasteria de coelo tacta conflagrarunt."

to Diplomatario MSS. depromtam ab ECCARD. *Origg. Guelph.* T. II. p. 524. Probb. L. VI. vide in *Cod. Probb.* ad a. 1135. Vnde quam clarissime patet Origo Ecclesiae et Monasterii de Rijnsburg, ex translatis e Saxonia per Regem Lotharium Sanctimonialibus repetenda. Mutatum autem est earum in Saxonia Claustrum in Monasterium Virorum Ordinis S. Benedicti, ANNAL. SAXON. p. 668. ad a. 1135. *Congregatio Sanctimonialium Canonicarum in Luttera commutatur ab Imperatore in regularem vitam S. Benedicti.* — Cf. de *Rijnsburg* not. V. D. VAN LOON ad KOLIN. p. 437. Fuit quidem antea hic loci *Ecclesia*, quae iam memoratur in *Pacto Epternacensi* a. 1063. estque procul dubio eadem, quam Thiedericus II. a. 975. ob devictos Fresones *in honore S. Laurentii* ibidem construxisse legitur. V. VAN RIJN not. ad *Oudheden van Rijnland* p. 517. 548 — 552. Verum haec non nisi simplex *Capella* fuit; sic enim in dicta Charta a. 1063. apud HEDAM appellatur p. 133. Sed *Abbatia* cum *Ecclesia Monasterii* dicenda est demum coepisse sub hac *Petronilla*, cuius prima Abbatissa fuit *Cuniza*, de qua ad a. 1169. Hoc si statuas, omnia conciliaveris, quae diversimode scripserunt VAN RIJN l. l. et nuperus Doctus Editor AEM. STOKII T. I. p. 525. Praeter hanc Ecclesiam postea aliam etiam struxit *parochialem* Comitissa *Sophia*, de qua vide ad Ann. 1176. Haec confundi non debuerant.

34) *Lutterlingeburch.*] Sic mutavi, pro eo quod erat *Sticterlingeburch.* Propius vero JO. A LEID. *Ann. Egm.* C. XXI. *Stuterlingeburch.* Est autem ab Imperatore *Lothario*, olim

MCXXXVII. *Lotharius* rex a [f] Roma secundo reversus obiit; 35) et *Conradus* filius sororis Henrici Imperatoris successit.

MCXXXVIII. *Andreas* Episcopus Traiectensis obiit. *Harbertus* successit. [g] Eodem anno 36) Comes *Theodericus* Ihrosolimam perrexit, et in eodem itinere Romam veniens tam vice sua [h] quam matris suae Petronillae Monasterium Ekmundense atque Rinesburgense Beato Petro Apostolorum Principi proprietario [i] iure obtulit

[f] Deest *a* Sw. Ma. et B. [g] *Harbart.* hic C. M. *Heribertus succ. eidem* Sw. Ma. S. S. ex Al. [h] *Vicem suam* C. M. [i] *Propbetario* C. M. Mox *tradidit* —— *exceptionis* —— *concessit* Sw. Ma. *contulit* Sw. cum B. paullo ante *venientes* B.

olim *Luthero* dicto, structum Monasterium *Luttere* vocatum, in quo ipse postea cum Coniuge et genero suo Henrico Magnanimo sepultus fuit. Qua de re cf. ORIGG. GVELPH. T. II. L. VI. C. 23. p. 350. In hac autem Ecclesia quum praecedente seculo tecti ruina lapides Defunctorum sepulcrales comminuti essent, pars adhuc Dn. Eccardo conspecta est, quae referebat inferiorem partem corporis *Henrici Ducis* —— —— ipso vero sepulcro a. 1618. aperto inventa est *tabula plumbea*, quam idem ibi in camera Domini Abbatis vidit, cum hoc *Lotharii* Imperatoris elogio literis capitalibus descripto: LOTHARIVS· DI· GRA· ROMANORVM. IMPERATOR· AVGVSTVS· REGNAVIT· ANNOS· XII· MENSES· III· DIES. XII· OBIIT· AVTEM. NONIS. DECEMBRIS· VIR· IN· XPO· FIDELISSIMVS· VERAX· CONSTANS· etc. ibid. p. 351. vs. 24. Recte hoc loco *faciente*, pro quo perperam MATTH. *favente Comitissa:* qui de *Lothario* in marg. citat ANSELM. GEMBLAC. ad a. 1136. et sqq.

35) *Obiit.*] Vid. not. supra 34.)

36) *Eodem anno.*] M. STOKE II. vs. 346. duos annos a Nostro abire videtur, quando iter Theoderici in Terram sanctam ad a. 1140. Noster vero ad a. 1138. narrat. Sed facilis videtur horum conciliatio, vel emendatio. Dubio enim vacat, *Herbertum* successisse in Episcopatu a. 1139. mortuo eius praedecessore a. 1139. IX. Kal. Iulii, non vero 1138. ut hic Noster, et dubitanter etiam HEDA p. 157. Eodem hoc anno sive seq. anni initio Comes *Theodericus* Ierusalem perrexit per Italiam, et in eodem itinere *Romam* divertit, visitaturus Papam. Haec autem visitatio non facta est, quando ex terra Sancta rediit, quod omnes hactenus crediderunt, praeeunte *Annal. Egmund.* C. XXIV. p. 26. *Anno* 1138, *Theodoricus C. Holl. nonus Hierosolymam proficiscens, ac anno sequenti versus Italiam revertens Domini Papae praesentiam adit.* Sed quando in terram Sanctam profectus est. Istud omni dubio eximit ipsa Papae Bulla in *Batavia Sacra* p. 145. ex membranaceo Codice a BOXHORNIO *Theatr. Holl.* edita, nec non in *Ann. Egm.* l. l. ubi sic diserte: *Nobilis Vir Theodoricus, Comes de Holland,* IEROSOLYMAM PROFICISCENS *nostram praesentiam adiit.* —— —— *Data Lateranis — pridie Kalendas Martii, Indictione* III., *Incarnationis Dominicae anno millesimo centesimo tricesimo nono, Pontificatus vero Domini Innocentii Secundi Papae anno undecimo.* Omnes autem notae numerales ostendunt, *Theodericum* Comitem *d.* 29. *Februar. anni* 1139. ex stilo. Francico, sed a. 1140. ex Romanorum computo, exstitisse Romae. Nam 1°. Innocentius factus est Papa d. 14. Febr. 1130. Indict. VIII. Coepit igitur die 14. Febr. 1140. annus eius *undecimus*, pro quo perperam in *Ann. Egm.* scribitur *duodecimus.* 2°. *Indictio III.* etiam in hunc a. 1140. et

tulit atque contradidit, privilegiumque exemptionis 37) super hoc confectum Abbati *Waltero* retulit. MCXXXVIII.

29. *mensis Februarii* incidit, non vero in *Februar.* a. 1139. Atqui 3°. ex more erat, ut anni vel 25. *Martii* vel ut aliis ab festo Paschatis inchoarentur; quod h. a. 1140. incidit in 7. Aprilem, unde annus, qui ex *stilo* hodie communi die 29. *Febr.* 1140. ex stilo veteri adhuc numerabatur 1139. Atque ita omnia adhuc sibi constant; et Comes anno demum 1140. verno tempore Româ in terram Sanctam profectus est, etsi praeced. anni hieme 1139. ex *Hollandia* abiit. Quibus observatis, caremus facile notatis V. D. HUYD. ad STOKE T. I. p. 384. Theodericum vero ante vel ipso anno 1143. domum rediisse, ex seqq. patebit. Quo autem magis appareat, quam infirmo vulgo tibicine *Huydecoperiana* commina innitantur, adscribam Synchronismum Bullarum *Innocentii* Papae, quae ingenti exstant numero, quasque licet videre in *Regestis Chronologico — Diplomaticis*, quae a. 1740. Francofurti vulgavit PETRUS GEORGISCH, ubi pag. 562. sqq. hae habentur *Annorum* et *Indictionum* notae:

D. VII.	Id.	Jan.	Indict. II.	Innocent. Pap.	A. IX.	Ann. Chr. 1139.
D. VII.	Id.	Jan.	——— II.	——— ———	A. VIII. [l. VIIII.]	——— ——— 1139.
D. III.	Id.	April.	——— II.	——— ———	X(a).	——— ——— 1139.
D. III.	Id.	April.	——— II.	——— ———	X.	——— ——— 1139.
D. ———	Id.	Apr.	——— II.	——— ———	X.	——— ——— 1139.
D. XVIII.	Kal.	Maii.	——— —	——— ———	X.	——— ——— ———
D. XVI.	Kal.	Maii.	——— II.	——— ———	X.	——— ——— 1139.
D. X.	Kal.	Jun.	——— II.	——— ———	X.	——— ——— 1139.
D. VI.	Kal.	Aug.	——— —	——— ———	X.	——— ——— ———
———	———	———	———	———	———	——— ———
D. XIII.	Kal.	Nov.	——— III(b).		X.	——— ——— 1139.
D. XIII.	Kal.	Nov.	In domin. III. [lege *Indictione III.*]		X.	——— ——— 1139.
D. III.	Idus	Dec.	——— III.	———	X.	——— ——— 1139.
D. XIX.	Kal.	Ian.	——— III.	———	X.	*in Chartis* 1139.
D. IIII.	Id.	Ian.	——— III.	———	X.	1139.(c) ——— 1140.
D. XIII.	Kal.	Mart.	——— III.	———	II. i. e. XI.	1139. ——— 1140.

Insere his nostram Chartam, quae est:

D. prid.	*Kal.*	*Mart.*	——— *III.*	———	*XI.*	1139. ——— 1140.
D. II.	Non.	Maii.	——— III.	———	IX. l. XI.	——— ——— 1140.

Et post pluses alias, quae recte se habent:

D. II.	Id.	Octobr.	——— IV.	———	XI.	——— ——— 1140.
D. VI.	Kal.	Nov.	——— IV.	———	XI.	——— ——— 1140.

Vnde patet, *pridie Kal. Mart.*, *Indict. III.* et *Annum Innocent. XI.* simul iuncta non alium agnoscere ann. nisi aerae nostrae communem 1140. ex stilo vero Francico 1139.

37)

(a) Tunc nempe d. 14. Febr. coeperat Innocentii annus Xus.

(b) Hinc patet, Innocentium Papam usum esse vel Indictione *Constantiniana*, quae a 24. Sept. vel *Constantinopolitana*, quam ab *Kal. Sept.* ordiebantur.

(c) Hinc patet quoque *Innocentium mense Martio* annum demum inchoasse. Vnde perperam haec et sequens Charta ab P. GEORGISCH ad priores menses A. 1139. sunt relatae, pro A. 1140.

MCXXXVIII. Hoc anno [k] perfectum est templum in Ekmunda a Domino *Waltero* Abbate.

MCXLIII. Non. Octobris dedicatum est templum (quod dixi [l]) a Domino *Herberto* Episcopo, praesente *Theoderico* Comite et uxore sua [m] *Sophia*, et congregato populo infinitae multitudinis 38) tanta prae-

k Desunt Sw. Ma. *hoc anno*. Burg. *quarto anno*. Mox iidem rectius, ut videtur, cum Burg. — XLIV. pro XLIII. l C. M. ob repetitum *a Domino* omittit: *a Domino Waltero* — — *dixi*. Quae dedimus, sunt partim ex Sw. partim ex *Cod. Alem.*, qui tamen addit *triennio post*, *anno MCXLIII. Non. Octobri*. Haec autem esse e Cod. Alem., hinc patet, quod, quum *Douz.* ad C. M. adscripsisset: *ita ex altero MS. hunc annorum numerum correximus*; *Scriv.* ibid. ad marg. scripserit: „*Alem.*" Consentiente *Ann. Egm.* C. XXIV. f. et XXV. p. 28. m *Eius* S. S. Al. cuiusmodi monere desino.

37) *Privilegiumque exemptionis*] Extat IO. A LEIDIS *Ann. Egm. cap.* 24. et *Lib.* XVII. *hist.* cap. 16. *Exceptionis* an *exemptionis* utrum legas, nihil refert.

MATTH.

Totum hoc *Privilegium* sive *Chartam exemptionis* superciliosa fronte reiicit V. D. HUYDEC. ad STOKE l. l. ad vs. 346. nulla adiecta causa. Quod enim *ibidem* nos reiicit ad vs. 105. in calce, ubi istud probaturum se haud obscure significat; de eo ne γρὺ quidem illo loco invenitur. Credo equidem, Virum D. rebus accuratius secum perpensis animadvertisse, non esse, cur huic etiam *Chartae* tantopere succenseret. Si enim hoc falsum foret, falsa tum etiam ex parte, quae *Noster* ad a. 1143. de Episcopo *Herberto* et de concessa ab illo Egmundae immunitate narrat: falsum tum quoque ipsum *Herberti* Diploma, quod ex *Archivo Egmondensi* habet Auctor *Bataviae Sacrae* p. 145. in quo testatur se *A.* 1143. *Non. Octobr. astante glorioso Comite THEODERICO de Hollant, una cum nobilissima coniuge sua SOPHIA et Domino Conrado de Merobe, et viris clarissimis Gerardo de Theyling, Berewoldo eiusdem Ecclesiae Advocato, Arnoldo Spicar, Elwino Castellano de Leyden, aliisque plurimis utriusque Sexus Nobilibus et Liberis ac Ministerialibus tam nostris quam Comitis, et infinita multitudine plebis PRIVILEGIUM DOMINI INNOCENTII II. PAPAE ad eandem Ecclesiam destinatum* fecisse *legi*. — — *Acta sunt haec indictione sexta*. — Quod memorat etiam ANN. EGM. C. XXIV. p. 28. Falsa denique tum omnia, quae posteris temporibus vi huius Privilegii ab Abbatibus gesta sunt; permittentibus *Comitibus* et *Trai. Episcopis*, ut ea, quae falsa esse novissent, nihilominus fierent. Quae statuere, est velle desipere. His adde *Librum Annuatarum sive Taxam mediorum fructus omnium Beneficiorum in Camera Apostolica*, quem V. LOON *ad N. Kolin.* p. 471. beneficio ABRAH. GRONOVII Bibliothecar. Lugduno-Batavae Academiae, eius possessoris, inspexit: ex quo pro hoc *Privilegio Egmondensis Ordinis S. Benedicti Ecclesia* annuatim solvit 250. *Scutatos*.

38) *Infinitae multitudinis*] Sic etiam habetur in Charta Episcopi *Heriberti* de eadem hac re a. 1143. in FOPPENS *Coll. Dipl.* T. IV. p. 373. et BATAV. SACRA p. 145. *Una cum aliis plurimis utriusque sexus Nobilibus, et Liberis ac Ministerialibus tam nostris quam Comitis et INFINITA MULTITUDINE plebis.* Sic etiam in Charta Theoderici V. a. 1083. Flardingae data: *Actum hoc publice — coram populi multitudine*. nec non in Charta *Florentii* a. 1108. *Testes* — — *alii quamplures innumerabiles, et maxima pars populi illius Provinciae. Actum est hoc publice in Hecmunda.* Et hoc ex more

praeparatione [n] necesſariorum a domino Waltero Abbate proviſa, ut, qui praeſentes fuerunt, nunquam tali dedicationi affuisſe [o] ſe hodieque testentur. Aurae etiam derepente ſuperveniens iocunda ſerenitas arriſit [p], cum per ſex ebdomadas (ut dicunt, qui praeſentes fuerunt) pluvialis aura fuerit. Huius eventus, immo miraculi, *Harbertus* Epiſcopus in ſermone, quem locutus est ad populum, mentionem fecit, et dicebat, ſe mirari, quod tantae et tot reliquiae maximorum Sanctorum Apoſtolorum, martyrum, confesſorum et virginum, continerentur [q] in extremo margine mundi. Cum autem reliquiae Sanctorum reconderentur a domino Epiſcopo altaribus, *Fredericus* pius, religioſus monachus, inquirendis, videndis, tractandis, dividendis et exportandis reliquiis ſtudioſisſimus omnium fuit. Quem Dominus evestigio completa dedicatione castigans castigavit, et tam [r] in corpore quam in mente cito utrumque ſanaturus flagellavit. Aſcendente enim ad cerebrum infirmitatis humore a ſemetipſo in tantum [s] alienatus est, ut nec verba eius nec gestus convenirent conſuetudini et perſonae ipſius. Post aliquot dies, cum frater ille infirmitatis inmenſitate debilitaretur, et congregatio tota orando et vigilando ſuper eo laboraret, ſignatus est cruce, quam *Ekbertus* [t] Treverenſis Archiepiſcopus Ekmundenſi contulit eccleſiae, cuius virtu-

[n] *Praeparatio* Sw. Ma. Mox *ut viri qui.* [o] Deest vox B. [p] *Ecce derep. ſup. ioc. ſerenitas festivitati arriſit* Sw. Ma. *Viri ecce derepenti* modo Burg. et *festivitati.* [q] *Continentur* Sw. Ma. et Burg. Mox *in altar.* et *in quaerendis.* Mox his deest: *omnium.* [r] *Castig. tam* Sw. Ma. Mox *infirmitate humana* cum B. Sed S. S. „ ita quidem membranae: ſed melius et rei convenientius *cerebri infirmitatem.* Rapitur enim humor ad cerebrum caleſactum; unde delirium: humor ſane infirmus neque firmus dici debet." [s] *In mente.* Sw. Ma. et B. qui mox *vita*, et *ipſe* pro *ille.* [t] *Elibertus* Sw. Ma. Vidit iam Ma. marg.

re huius aevi. Nec mirum est, hoc anno et die tantam Populi huc confluxisſe frequentiam. Attulerat nimirum hoc anno *Comes Theodericus* ex Ieruſalem redux *Chartam Papae Innocentii*, quae Monasterium exemtum decernebat, unde magnus honor, et ingens lucrum huic Abbatiae Egmundanae accederet, quamque Chartam publice confirmaturus nunc esſet Dnus Herbertus Epiſcopus Trai. Praeterea a. 1139. abſente Comite *Walterus* Abbas abſolverat ſtructuram templi, quod hoc anno et die etiam dedicandum erat a Dom. *Herberto*, idque praeſente ipſo Comite *Theoderico* cum *Sophia* Benthemenſi, coniuge ſua. Narrat eadem A LEID. *Ann. Egm.* C. XXXV.

39) *Exempla*] Et tamen haec exempla, certe narrationem de *Theoderico* Epiſcopum invadente et prae timore excommuni-

tutis effectum saepenumero [u] experti sunt, et narrare solent fratres eiusdem ecclesiae et laici quamplures ad eam pertinentes. Hac [v] igitur cruce signato, confestim Dominus reddidit laetitiam salvatoris sui [w], et sensu [x] integro devotus incolumis eam salutavit, nec multo post ab aegritudine mentis et corporis convaluit. Creditum est a multis hanc eum plagam ex hoc incurrisse, quod tam audacter et minus caute Sanctorum reliquias tractaverit, ut discat homo, putredo et vermis, talibus non se praecipitanter ingerere, sed cum timore et summa reverentia tractare divina. Praedicta etiam die dedicationis idem [y] Episcopus concessit fratribus eiusdem ecclesiae, ut tam in civitate Traiectensi quam in omnibus locis suae ditioni subiectis, in omnibus, quae vel emerent vel veherent [z], aedificiis monasterii vel suis usibus necessaria, essent a *thelonearia* exactione omnino liberi et immunes. Idem Episcopus *Harbertus* [a], ut veritati testimonium demus, ventilabat hostes Ecclesiae Sancti Martini. Fronte durissima, auctoritate liberrima, verbisque et oculis minacibus, et manuum extensione ferebatur in homines, et, ut malum compesceret, furorem ostendebat. Timebant eum [b] Duces et Comites, quos et gladio materiali per suos, et spirituali per se ipsum, coërcebat. Cuius utriusque rei exempla 39) breviter perstringemus.

M Comi-

u *Eff. monachi plures* Sw. Ma. *Eff. saepe monachi exp.* Burg. Mox *quoque*] *plures*, et *eum* Ma. v *Huic* Sw. Ma. B. w *Salvatoris sui* B. *Salutaris sui* C. M. Reliqui *Salvationis suae* cum C. Alcm. x *Spiritu* Sw. Ma. B. Mox *devotis* C. M. Tum deest Sw. Ma. B. *summa*. y *In die ded. quod idem* Sw. Ma. B. Mox *et tam* Sw. B. — *quod tam* — Ma. — — *omnibus qui* B. z Leg. *venderent* ex *Ann. Egm.* C. XXIV. p. 28. a *Id. Dominus Herib.* Sw. Ma. B. b *Connivebant enim* Sw. Ma. B. Mox *semetipsum*.

nicationis ad Episcopi genua procidentis, pro falsis habet, nec ab huius Chronici scriptore profectam putat V. D. BVYDEC. ad *Stok.* T. I. p. 507 — 511. (etiamsi ipse STOKIVS haec iisdem fere verbis ex *Nostro* enarrat L. II. vs. 360 — 372.) inter alia hoc usus argumento; quod non soleat hic Scriptor ita in transcursu *de rebus Comitum* loqui. Quod nullius est momenti argumentum, et satis per se corruit ex adiectis Scriptoris nostri verbis, *ut veritati testimonium demus*, hac pag. l. 15. et *utriusque rei exempla BREVITER perstringemus* l. 21. Quae satis indicant, nimis haec sibi odiosa esse visa, quam ut pluribus insisteret. Ne iam dicam, rem a Comite, ad Traiectum actam, intra paucos constitisse dies, et cito

to

Comites Hollandenses Traiectensi civitati et ecclesiae a ab antiquo 40) quasi sudes in oculis et lanceae in lateribus fuerant, quorum non infimus fuit *Theodericus* 41) filius *Florentii* Crassi Comitis, quem post multas hostiles incursiones, et utriusque partis damna et pericula ad hoc Pontificali auctoritate per bannum 42) perduxit, ut discalciatus ad genua eius procideret, et indulgentiam petens emendationem promitteret.

Pa-

a Deest et C. M. — tensi civitati eccl. et mox fuerant; Sw. Ma. B.

to confectam. Venit enim Comes tantum ad obsidendam urbem Traiectum, in qua *Otto de Benthem* uxoris frater captivus tenebatur; proinde Episcopus Pontificalibus indutus ornamentis foras ei obvius procedit, ut ei bannum excommunicationis indiceret; unde territus ex inopinato *Comes*, et poenitentia ductus, *arma dimittit*, *discalceatus ad pedes Episcopi procedit*, *indulgentiam petit*, *emendationem promittit*. Vid. BEK. p. 50. HED. p. 16. Quid est in hac narratione adeo insulsum, quid incredibile, quod a Nostro scribi non potuerit? An ignorat Vir ille, hunc *Theodericum* fuisse hominem δεισιδαιμονέστερον, pium, devotum; qui non semel Terram Sanctam visitatum iverit; qui SS. Apostolorum limen visitarit; Chartam exemtionis a Papa pro Egmunda et Rijnsburg petierit, obtinuerit; qui dedicandae Ecclesiae Egmundanae antecedente anno 1143. ipse cum uxore interfuerit? ne nunc alia eius pietatis et devotionis specimina afferam. cf. WAGEN. *Vad. Hist.* T. II. p. 290. sq.

40) *Ab antiquo*] Egit de bellis mutuis ex industria Auctor fere huic bello coaevus, cuius libello nomen: *Bella campestria inter Episcopos Traiectenses et Comites Hollandiae*, subiuncta *Auctori ANONYMO de Rebus Ultraiectinis*, a. V. Cel. MATTHAEO edita, qui hoc *Thiederici* cum Episcopo bellum ad a. 1144. narrat; et cuius verba p. 215. *sicut antiqua canicies Traiectensis posteris solebat enarrare nationibus*, *de consensu utriusque praeliandi dies et locus insolenter — — indicti sunt*, satis coarguunt, hunc quantivis pretii scriptorem, circa vel paullo post a. 1300. vixisse; ne alia argumenta, quae idem probent, nunc tangam.

41) *Theodericus*] Quae hic narrantur, perverso ordine posita sunt. *Theodericus* enim Comes Traiectum non obsedit, et Episcopo supplex factus est, nisi postquam *Otto* eius frater, *Comes Palatinus* et *Benthemiensis*, Ottonis Rineccensis filius, Traiecti captivus custodiebatur. Qua de re vid. not. 44.


42) *Per bannum*] BEKA in *Hereberto*. IO. A LEYD. Lib. XVII. C. 14.

Margo MATTH.

43) *Otto de Rinekke*] *Castellanum* in Benthem, et *sororium* Comitis Theodorici, vocat BEKA in *Hereberto*.

Margo MATTH.

Fuit hic *Comes Palatinus Rheni*, et simul etiam *Comes Benthemiensis*, natus ex *Ottone II. Comite Rineccensi*, et *Gertrudi Palatina*, *Comitissa de Benthem*, cuius Ottonis II. pater fuit *Hermannus* Lucelb. Comes Salmensis, Imperator; *Gertrudis* vero pater *Henricus Pinguis* iunctus matrimonio cum *Gertrude* Marchionissa, Brunsvicensi. Habuit autem haec *Gertrudis*



Sed de his plura dicam in *Dissertat. Critico-Genealogic. in Sophia*, N° II.

(a) Hanc *Sigefridi* Lucemburg. Com., quem p. 33. ex errore calami *Godefridum* nominaram, filiam *Luidgardin* ex DITMARO MERSBVRO. novit quidem JO. D. KOELER *de familia Augusta Lucemburg*. p. m. 8. nupsisse tamen *Arnulfo* Comiti Hollando, non novit.

Palatinus item Comes *Otto de Rinekke* [d] 43) filius *Ottonis* et *Gertrudis* Comitissae, frater *Sophiae* Comitissae Hollandensis, fines Ecclesiae Traiectensis 44) invadere, et devastare solitus erat, nec ei quisquam resistere poterat. Cum autem [e] quodam tempore pro more insidiis inter silvarum latibula positis Episcopi homines armatis suis militibus disturbare et superare conaretur; Episcopus ei cum paucis militibus [f], nec ipsis bene armatis, occurrit

[d] *Rinerke* B. Sw. *Kinecke* Ma. Sed in marg. „leg. *Rinecke*: *Castellanum* in Benthem, et *fororium* Comitis Theodorici vocat Beka in Hereberto". S. S. AL. *Rinegge*. Mox pro *Traiect.* S. ad C. M. coniicit *Trentiae*. [e] *Pro quodam* Sw. Ma. B. [f] Reliquis omissis Sw. Ma. B. *Episcopi homines armat*] *suis militibus*. Mox *occurrerent*, *contra quos H. Buterus f. T. m. dimicabat*. Sine *contra* B.

trudis Comitissa de Benthem sororem *Richensam* uxorem Imperatoris Lotharii, cuius Lotharii soror *Petronella* itidem fuit mater huius *Diederici* VI. Com. Holl., qui huius *Gertrudis* filiam *Sophiam* uxorem habebat: quae omnia ex stemmate: quod TABVL. VIII. exhibeo, clarius apparent.

44) *Fines Ecclesiae Traiect.*] Non hic simpliciter *Dioecesin Traiectinam* intellige, sed *Drentiae* et *Tuentiae* regiones, quae iuris erant Traiectini; uti haec iura extra omnem dubitationis aleam collocavit *Vir Ill.* IDSINGA in doctiss. et patriae historiae luculento thesauro, Belgic. 't *Staatsrecht der Vereenigde Nederlanden*: quod opus lectu dignissimum sese imprimis opposuit erroribus et praeiudiciis Vir. D. VBBON. EMMII *Rer. Frisic.* Res hos per annos ab *Ottone* gestas uberrime exposuit Vir Ill. IVNG. *Comit. Benthem. Ant.* L. III. C. 2. §. 1, 2. ad quem lectores amando. Dixisse sufficiat, caussam belli IVNGIO p. 159. hanc videri; Donarat nempe Imperator *Lotharius* Comiti Hollandiae consobrino suo circa a. 1125. Frisiae regiones *Oostergoam* et *Westergoam* Episcopo ablatas. BEKA p. 46. Mortuo autem a. 1137. Lothario, eius Successor Conradus a. 1138. eas iterum Comiti abstulit, et Episcopo dedit, HED. p. 157. sq. (confirmato postea etiam dono a. 1145. ib. p. 166.) Interim *Theodericus* VI. Comes duxerat *Sophiam* Ottonis Benthem. sororem, compereratque, Episcopo iratos esse Groninganos cum Drentanis ob impositos sibi duos Episcopi fratres: hinc incitatus Comes, ut Episcopo aegre faceret, Ottoni persuasit, ut sibi conterminam Drentiae regionem bello lacesseret. Hoc illud est, quod Noster *lin.* 3. vocat *Otto* — FINES *Ecclesiae Traiectensis invadere, et devastare solitus erat, nec ei quisquam resistere poterat.* Tandem vero infeliciter pugnans captus ab Episcopo in vincula coniicitur: quem captivum fratrem Comes Hollandiae ut liberaret, urbem Traiectum obsidet, sed eo, quem *nota* 39) p. 90. diximus, eventu, ut ab Episcopo *indulgentiam petens emendationem promitteret*. Res contigit intra annos 1144 — 1148. ut docuit l. l. IVNGIVS. Eadem fere WAGEN. *Vad. Hist.* II. p. 228—231. modo hoc unum excipias, quod haec gesta in annum 1138. conferat: ut et VAN LOON ad KOLIN. p. 459. decepti a BEKA p. 50. Certe, quemadmodum ANONYMVS in *Chronic. Transisal.* apud DVMBAR *Analect.* T. III. p. 214. captivitatem Ottonis in a. 1144. collocat, ita CHRONICA *Regia S. Pantaleonis* prioris aevi p. 932. ad a. 1146. ponit diserte: *Ipso anno gravis dissensio oritur inter Harpertum Traiectensem Episcopum et Ottonem Principem, filium Ottonis Palatini Comitis, patruelem Herimanni Salmonis, quem Colonienses in praelio Tuisiensi ceperant, in tantum, ut, pugna*

rit: quos *Hugo Butirum* 45) fortissimus Teutonicorum Militum ductitabat, et inpetu facto in hostes, alios occiderunt, alios ad fugam et latibula in silvis compulerunt; quibus etiam ventus et nix, quae eo die maxima defluxit, in oculis veniens, plurimum nocuit. Occisis ibi pluribus nobilibus partis Palatini, *Otto* Comes de *Bilke* 46) [g] cum aliis gladio corruit. Palatinus etiam captus

g *De Beke* Sw. Ma. *in Bilke* B. „*de Biclo* J. a Leyd. XVII. 13. *Bilke* meliores libri, BEKA tamen in HERIP. etiam *de Biclo*" sic Scriv. ad C. M. Confer Magn. Chron. Belg. p. 180. ed. Pistor. Modo *plurimis nob. partium*. Sw. Ma. B.

gna conserta, ipse OTTO *ab Episcopo caperetur et custodiae traderetur. Sed postea reconciliatus ei et dimissus.* REIN. SNOYVS p. 162. annum 1148. prae se fert, minus tamen, ut videtur, accurate.

45) *Hugo Butirum*] De hoc *Hugone Butiro* lege notam V. D. HVYDEC. ad STOKE T. I. p. 386. HEDAE p. 162 audit *Hugo cognomento Butyro, ex Nobili familia illorum de Arclo*. Vocatur hîc *fortissimus Teutonicorum Militum*, et STOKIO vs. 378. *de beste Ridder van al Duutschen lant.* SCRIVER. ad marg. *Cod. Merm. Ridder van de Duytsche Orde.* DOVZA vero: „Credo Equites ordinis Teutonici significari, a Divo Johanne nomen sortitos, quos *Crucigeros* vulgo indigitant, verum considerandum an hic Ordo circiter haec tempora institutus fuit". Scriver. „Confirmatur ordo a PP. Coelestino III. a. MCXCII. 22. Februar. iuxta vulgatam traditionem. Alii ad a. MC. IX. Vid. ONVPHRII *Chronic. Ecclesiastic.*, *Merulam* ad a. MCXC". Huius institutio anterior, sed confirmatio a. 1192. Hic autem *Hugo* ut a partibus Episcopi stetit, ita contra frater eius *Johannes, Princeps de Arclo, quo animum Comitis sibi irati conciliaret, quia frater* (Hugo) *adhaerebat Episcopo, sese Comiti adiunxit*, ut verba HEDAE p. 162. habent. Hic *Hugo Buterus* occurrit etiam inter testes Chartae Episcopi Trai. *Hermanni* a. 1155. de Exitu Aquae ad *Lopikerwaart*, quam quia ineditam puto, in *Cod. Probb.* h. a. adieci.

46) *Comes de Bilke.*] Variat. nominis scriptura. BEKA p. 50. pr. *Otto de Biklo*. HEDA p. 162. *Comes in* BIELE [l. Bicle]. Exstat in *Ann. Egm.* C. XXI. p. 24. pr. *in Reynsburg — instituitur prima Priorissa Cuniza sive Cunera literarum scientia et facundiae gratia mirabilis, religione gravis, carnis nobilitate insignis, soror Frederici de BICHLE, matertera Christiani Archiepiscopi Magontiacensis.* Eadem fere habet Noster ad a. 1169. ubi *Fridericus Comes de Belke* audit: cuius forte pater hic *Otto Comes de Belke* sive *Bekle*: ubi vide. Exstat autem in GVDEN. *Cod. Dipl.* T. II. p. 818. inter *Monumenta Sepulchralia Mogunt.* 15.) sequens Epitaphium: *Christianus De Buche.* † 1183. *in Italia, sepultus apud Tusculum.* Et ita hic Archiepiscopus alibi.

47) *Captivitate levissima*] *Jucundissima* ait BEKA, ubi vid. *Buchel.* not.

Marg. MATTH.

48) *Liber exivit*] Conditio, sub qua liberatus a custodia est *Otto*, simpliciter hic ponitur: *cum promisisset, Ecclesiae S. Martini se ulterius non nociturum.* Vrget acriter haec verba Vir Ill. IVNG. *Com. Benth. Ant.* p. 166, 167. Addit tamen BEKA p. 50. *Pontifex — Ottonem a prisone relaxavit, et ipse PALATINVS Castrum suum de BENTHEM B. Martino tradens, in FEVDVM ab ipso recepit*, et HEDA p. 163. *Liberatur Comes a captivitate, qui arcem suam BENTHEM B. Mar-*

ptus, et à fuis derelictus. Cum quidam eum vellet occidere, ab Epifcopo [b] defenfus et incolumis fervatus, ductusque *Traiectum*, et captivitate levisfima 47) per tempus detentus liber exivit 48), cum promififset Ecclefiae S. Martini fe ulterius non nociturum. [c]

 MCXLIIII.

[b] *Ab ipfo* Sw. Ma. Mox *Trai. in capt.* Tum *lenisfima* B. [c] Douz. ad C. M. forte ex Alcm. addit: „Caeterum paullo post a Comite Hermanno de Stalcke, quia vim ipfi et patriae intulisfet, comprehenfus, incarceratus, et indigna morte affectus est, vir nobilitatis certe et divitiarum gloria infignis, ftaturae, faciei, totiusque denique corporis a planta pedis usque ad verticem venustate admirabili, fortis viribus, belloque aptisfimus, tum audaciae fingularis". [In quibus, ut ubique fere, Douza linguae elegantiae ftudens dictionem mutavit, pro ftaturae, faciei, cett. feponens: „decora proceritate, vi corporis bellique artibus infignis". Quod faepisfime ab eo factum in ipfo Chronici contextu femel; monuisfe fufficiat.]
„ A. 1142. IV. non. Nov. terrrae motus factus est."
„ A. 1147. Sol obscuratus est tertia hora diei usque ad VI. menf. Octob."

Martino tradidit, ob devotionem, et rurfum in BENEFICIVM recepit, ea conditione, ut Epifcopo liber esfet introitus et exitus in arcem, in qua et Oratorium et Aulam pro refidentia fua fibi refervaret. Nec modo BEKA et HEDA, fed etiam laudatus ipfi AVCTOR INCERTVS *de Rebus Vltraiectinis et imprimis de bello cum Covordenfibus, Tarantiis feu Drentinis olim gesto ab anno* 1138. *usque ad ann.* 1233. qui hoc ipfo feculo, de quo narrat, vixit et fcripfit; et de hac pugna ac Castri infeudatione ita loquitur: C. I. p. 2. „HARBERTI „ temporibus Minifteriales Ecclefiae fuper Tuentam prope Homerfem— gravisfimum confiictum fecerunt cum OTTONE Comite Palatino Rheni, qui BENTHEM posfidebat, et eum tandem vicerunt et ceperunt, qui taliter cum Ecclefia *compofuit*, quod ipfum CASTRVM et fuam proprietatem beato Martino contradidit, et in FEODO recepit, eo excepto, quod Epifcopus fibi partem Castri, in qua refideret, infeodatam retinuit [i. e. fibi tenuit.] Et NB. *ficut plures fciunt*, Epifcopus Harbertus et palatium et Capellam in eo fibi construxit, et quiete ista *posfedit*. Sed Epifcopus *Balduinus* frater Comitis *Ottonis* de Benthem ob amorem fratris et „ refidentiam, et aliud quodcumque jus „ Ecclefiae, in hac parte non bene neglexit. Quod tamen a fuis fuccesforibus faepius est requifitum et tactum, „ fed NONDVM bene confummatum". Nimis aperta, diferta, et ἐξ αὐτογνωμίας fcripta funt haec verba, quam ut cum Viro Docto, de *feudo* tantum *Aperturae*, non vero de *feudo clientelari*, haec intelligamus. Non id certe ex more huius aevi Epifcopis erat, ut tam divitem praedam fibi e manibus elabi paterentur. Tamen paullo post, vel fub Epifcopo *Hermanno viro parum utili*, *Hedae* p. 169. vel fub *Godefrido*, qui illi a. 1156. fuccesfor fuit, durantibus turbis cum Drentanis, *Comes de Benthem* Castrum illud fibi iterum vindicasfe videtur; unde nata haec inter Epifcopum et Holl. Comitem, agente Imperatore, Transactio HED. p. 173. *Praeterea Comes Hollandiae iuvabit Epifcopum per Werram vel obfidionem, quam cum ipfo faciet, vel per querimoniam CASTRVM RECVPERARE BENTHEM. Et fi quocunque modo illud* RECVPERAVERIT, *concedet illud Comiti in feudum, falva uniuscuiusque iustitia. Et Epifcopus habebit in eodem Castro domum et capellam et granarium et coquinam, et ponet in eodem* [illegible] *liberum* fqq. de qua re cf. [illegible]

MCXLIII. *Petronilla* 49) Comitissa, uxor *Florentii* Crassi, Comitis, defuncta est, et in Monasterio *Rinesburgensi*, quod ipsa construxit, 50) honorifice sepulta est.

MCXLVII. *Arnoldus* Coloniensis 51) Archiepiscopus fratribus [k] Ekmundensis Monasterii omne theloneum de rebus suis transferendis in *Andrinathia*, *Nucia*, et *Colonia*, concesso Privilegio, liberaliter condonavit.

MCXLVIII. Incendio 52) maximo civitas *Traiectensis* flagravit; et templum venustissimum Sancti Martini, ab *Adalbaldo* Episcopo constructum, combustum est cum aliis tribus congregationibus, scilicet Sancti *Pauli*, S. *Johannis* Baptistae, et S. *Petri*. Sancti autem *Salvatoris* 53), quod et Sancti Bonifacii templum [l], sicut

k Deest *fratribus* Ma. *Andrynachb*, *Nicria* Sw. Ma. — *cham* — *am* — *am* B. Rectius Noster, et *Ann. Egm.* C. XXV. l *Templum autem S. Salv.*, *q. et templ. S. Bon.* Sw. Ma. B. Mox *miraculi.*

GIVM l. l. p. 197. qui recte illic observare videtur, hanc Pactionem nullum fortitam esse effectum.

49) *Petronilla*] De anno emortuali conveniunt Scriptores.

50) *Quod ipsa construxit*] Hoc de conditrice Monasterii Rijnsburgici testimonium in dubium vocari non oportuerat, sed explicari. Consonat enim LEO MONACH. in *Brevic. Egm.* p. 153. *Ista Petronella fundatrix Coenobii Sanctimonialium in Rynsburg, et ibidem in boreali parte chori iacet tumulata.* Consonant et reliqui. Diserte quoque Noster ad a. 1133. XVII. *Kal. Octobr. dedicata est eadem Ecclesia in Renesburch, quam praedicta Comitissa construxerat.* Fuit tamen illic antea nota *Villa* et *Castrum*, immo LAMB. SCHAFNAB. ad a. 1047. hoc inter *urbes munitissimas* recenset, quod tamen de *Castro munito* intelligendum esse, alibi docui. Vid. de re not. 33) p. 84.

51) *Coloniensis*] Nec sine ratione. Erat Archiepiscopus *Coloniensis* Metropolitanus Dioecesis Traiectensis, ad quam spectabat Egmunda. A. 1043. Episcopus *Traiect.* has immunitates concesserat; nunc idem facit a. 1047. Archiepiscopus *Coloniensis*, idque vi Privilegii Exemtionis P. Innocentii, per quod *decretum, ut nulli homini omnino liceat praefata monasteria temere perturbare, aut eorum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, sive quibuslibet molestiis fatigare* cett.

52) *Incendio*] Huius incendii et miraculi etiam meminit *Chronica Regia S. Pantaleonis* apud ECCARD. *Med. Aev.* T. I. p. 934. *Anno Domini MCL. Hiems validissima et nimium diuturna. Igneae Acies. Urbs Traiectum nota cum ecclesiis et aedificiis incendio conflagravit, ubi crux quaedam lignea de alto cadens, desuper cadente templi tecto cum trabibus, illaesa permansit, quae etiam diutissime in incendio posita, postmodum incorrupta est inventa, solummodo clavis patibuli, quibus dominica imago detinebatur, liquefactis. Haec ad memoriam miraculi in templo Sancti Bonefacii honorifice servatur.* Desiit hic Auctor a. 1162. adeoque coaevus.

53) *Salvatoris — templum*] Vocat hoc V. D. HUYD. ad STOKE T. I. p. 526. On-

sicut veraciter dicitur; mirabili eventu gratia Salvatoris conservatum est. Est autem Capella contigua templo eidem in honorem sanctae Crucis consecrata, quam incendium cum omnibus, quae intus continebantur, consumpsit, excepta imagine Salvatoris; in qua hoc miraculum contigit, quod patibulum conbustum est et clavi, sed imago [m] tota sine laesione permansit: quam clerici cum populo magna suscipientes devotionis reverentia ad templum de Capella transtulerunt [n], et ex hoc in summa veneratione habuerunt [o].

MCL. [p] *Harbertus* Episcopus Traiectensis obiit; post cuius obitum de eligendo Episcopo grandis discordia 54) tam inter cleri-

[m] *Consumtum est, et clavi et im.* Sw. Ma. B. Modo pro *consecrata*, B. *constructa*. [n] *Detul.* Sw. Ma. qui mox cum B. addunt *eam*. [o] Douza ad C. M. „ A. 1148. Vigilia S. Mathei Apostoli dedicatum est Altare S. Johannis Euangl. in Egmunda, ab Herberto Episcopo Traiectensi, et in festo eiusdem dedicatum est Altare ante Crucem.

„ A. 1149. Hiems tam valida fuit, ut maria etiam, quae frigoris immunia esse solent, glacie tenerentur, et volucres coeli in rigorem versae deficerent, et omne, quod movetur, gelu constringeretur. Aestas eiusdem anni pestilens et valde nociva fuit, ut multi mortales aëris intemperie morerentur, pueri, juvenes, senes, et in sola Traiectensi civitate XL. homines una die efferrentur ad tumulum. " [p] — LV. Sw. Ma. B. duo priores, omisso *dr*, mox *Episcopus*, cum B. cf. HED. p. 169.

Oudemonster, quasi *oude Kerk.* Habet SCRIV. ex BVCHEL. [p. 497.] haec: „ CHRO- „ NIC. MAGN. BELG. ingens incendium „ Civitatis Traiectensis describit. (Vid. T. III. p. 181. Ed. PISTOR.) A°. 1131. *Civitas pro maxima parte concrematur scilicet Palatium et Maior Ecclesia S. Martini et altera S. Bonifacii, et tertia S. Mariae* [vid. ib. p. 160]. *Quod cum ab aliis eo tempore relatum non inveniam, vereor ut in aliud tempus sit referendum, nempe* 1148." De hoc *S. Salvatoris* templo et *Capella S. Crucis* ei contigua pluribus agam *Dissertat. Critico—Historica* N°. V.

54) *De eligendo Episcopo — discordia*] Ab hoc inde tempore inchoant rixae, contentiones et graves turbae de eligendo Episcopo Traiectino semper motae. Nec mirum hoc! Hactenus enim *Electio* solum steterat penes *Reges* et *Imperatores*. Durante vero schismate inter Reges Germaniae et Sedem Papalem, quod flagravit maxime inter *Henricum* IV. Reg. et Papam *Gregorium* VII., immutari haec coeperunt. Nimirum *Episcopos investiendi* ius regio iure olim penes Imperatores fuit. Fiebat autem illa investitura *traditione baculi et annuli* in manus Episcopi: quo iterum defuncto *baculus* ille et *annulus* a Primoribus Ecclesiae in aulam Caesaream remittebantur. Nam etsi quodammodo dici potest, Episcopum a *Clero* et *Populo* esse electum, *baculus* tamen et *annulus* erant index regalis potentiae et consensus. Postea vero id ita dividi coepit, ut tota potestas non penes Clerum et Populum foret, nec tamen tota penes Imperatorem. Nam sine consensu Imperatoris Episcopum legere non licebat, contra tamen non raro Imperator, sine suffragio Cleri et Plebis, Episcopos constituebat. Haec primo duravere usque ad a. 1076. quo res et turbae inter *Henricum* R. et *Gregorium* P. in nervum erupere. Post hos autem motus, qui diu manserunt, tandem *Henricus* V.

a

ricos quam inter laicos facta est, aliis *Fredericum* filium *Adolfi* Comitis de *Hovele* 55) [r], aliis *Hermannum* Praepositum S. Gere-

r *Honelt* Sw. *Honcle* Ms. *Havele* D. ad C. M. Vid. not. 55)

a. 1122. in *Comitiis Wormatiensibus*, liberam in omnibus Ecclesiis electionem et consecrationem, omnem etiam *per annulum et baculum* investituram *Deo eiusque Apostolis Petro et Paulo* concedit, hoc tantum sibi servato, ut Consecratus intra sex menses *Regalia per Sceptrum* a Rege accipiat; vel, ut breviter Abbas Rev. HONTHEIM *Histor. Diplom. Trevir.* T. I. p. 466. f. *A. 1122. in Germania conventum est inter Imperatt. et Pontifices, ut Electiones Episcoporum et Abbatum German. in praesentia Imperatorum fierent, Electi investituram per ANNVLVM ET BACVLVM a Rom. Pontifice, Regalia autem PER SCEPTRVM ab Imper. reciperent.* De Imperatorum primo tempore audi etiam SCHATENIVM *Annal. Paderb.* L. V. p. 385. in *Meinwerco* a. 1009. *Quoties*, inquit, *Episcopus aliquis excessisset e vita, Ecclesia, cui praefuisset, pedum et annulum transmittebat ad Imperatorem, petendo ex eius aula Episcopum. Eius rei gratia multi Comitum et Nobilium filii Capellanorum officia obibant, spe alicuius Episcopatus obtinendi, quamquam multi ex his, ut Meinwercus aliique, id ultro munus Imperatoribus obtulerunt.* Nota satis est res ex huius aevi Scriptoribus. Singulare tamen testimonium extat huius rei in *Histor. Monast. S. Laurentii Leodiens.* in MARTENE *Collect. Amplisf.* T. IV. p. 1050. B. de *Wolbodone*, qui a. 1018. Episcopus creatus est. *Eum*, inquit, *Imperator Heinricus miro diligens affectu, cum adhuc esset Praepositus* [S. Martini Vltraiectensis] *palatio retinuit. Sed Leodiensi Ecclesia pastore suo viduata, convenerunt Canonici ad Imperatorem. ADHVC enim NON ELECTIONE sed DONO Regis Episcopus fiebat; mortem sui Pontificis nunciantes, ALIVMQVE PETENTES. Tum vero Imperator praedictum Wolbodonem, licet diu multumque renitentem — eis tradidit.* sqq. Nec abit de *Wolbodone* scribens REINERVS citatus ad ANSELMVM LEOD. in CHAPEAVILL. *Script. Leod.* T. I. C. LXVI. p. 244. *Erat quippe tunc Regiae potestatis sive iuris, Episcopum ad suum electum arbitrium per ANNVLVM ET BACVLVM pastoralem investire, nec non destinare Ecclesiis cum sua commendatione.* Qualis autem haec *commendatio regis*, ne quis erret, fuerit, tradam ex eodem loco *Marteneo*. Sequitur enim statim post τὸ *tradidit. Quem ut veluti patrem honorarent, benigne* [Rex] *ammonuit, ab illo satagerent diligi, cuius gratiam scirent apud se pro magno aere censeri.* etc. Huius Imperatoriae *electionis* in Ecclesia *Traiectensi* exempla fuerunt praeter reliquos s. FREDERICVS, BEKA p. 23. *Ludovicus Imp.* — *descendit ad inferiores Almanniae partes cis Rheni fluvium, mandans Ecclesiae Traiectensi, quatenus dilectus sibi Fredericus eligeretur in Episcopum: cui mox per pastoralem baculum seu annulum investituram Episcopatus dedit.* BERNVLPHVS, *quem* HED. p. 118. a. 1026. Rex Conradus *dignitate Praesulatus sublimans, et PER ANNVLVM ET BACVLVM pastoralem iuxta RITVM a tempore Caroli M. sequaciumque Imperatorum investiens, congaudenti Clero ac Populo universo exhibuit honorandum.* CONRADVS, HED. p. 137. *intuitu Henrici IV. Imp. cuius nutricius fuisse asseritur, Episcopus constitutus.* Hinc *Conradus* Imperator in Charta memorabili, quam ad a. 1145. W. HEDA p. 164. exhibuit, datam Ecclesiae Traiectinae, qua *Canonicam* Episcopi *electionem* novo adhuc exemplo huic concedit, non dubitavit ita loqui: *IVS eligendi et instituendi Episcopum in ipsa Ecclesia, quod ad Reges Roman. et Imperatores pertinere dinoscitur, et ab antecessoribus nostris*

reonis de *Colonia* eligentibus. Comites siquidem, Ecclesiae ho-

tris Regg. et Imperatoribus usque ad nostra tempora est devolutum et deductum: quibus ex verbis CONRINGIVS *Opp.* T. II. *de Constitut. Episc. Germ.* §. 58. p. 733. forte haud iniuria, colligit, *satis aperte his significari, etiam tunc veterum Regum Jura Vltrajecti hactenus sibi constitisse.* Ex quo vero *Electio* Episcoporum Imperii, ex Convento inter *Henricum* V. et *Calixtum* Papam penes *Clerum et Populum* fuit, *Canonici* vel *Capitulares* Ecclesiarum Cathedralium hanc electionem sibi solis, serius, ocius, vindicare coeperunt. Sed has seculo XII. *laicorum* aeque ac *Clericorum* partes fuisse, constat. Vid. BROWER. *Ann. Trevir.* ad a. 1131. Id certum etiam, non ubique et eodem tempore *Canonicam* illam *electionem* per Capitula esse introductam. Nec tamen forte a vero aberrem, si dixero, inter prima omnium in Europa Ecclesiarum exempla censendam esse *Ecclesiam Traiectensem*, quae ex eadem Regis *Conradi* Charta a. 1145. sub hoc *Herberto* data hanc *Canonicam Electionem* sibi privam accepit: unde ingentes statim rixae et turbae sunt coortae, singulis Primoribus atque Nobilibus Vasallis suarum partium Episcopum obtrudentibus. Atque ex his turbis iterum imminuta est ac decrevit paullatim Episcoporum tum *potestas* tum *superioritas territorialis*, singulis Episcopatus Candidatis plura iis, qui *eligendi iure* gaudebant, pollicitantibus, quo voti sui compotes fierent; et hinc tot *Privilegia* tum *Vrbi* tum *Ministerialibus Nobilibus* ab *Episcopis* paullatim sunt concessa; adeo ut ipsi *Episcopi*, utcumque antea superioritate territoriali gaudentes, his postea quodammodo obnoxii evaserint. Sed de his alibi. Nostram in rem facit egregie observatio *Buchelii* ad BEKAM, p. 52. sive ad *Nostri Chronici* huius anni verba; (Nostrum enim BEKA descripsit.) *Hactenus*, inquit, *libera* [nimirum specie tenus; nam revera penes Reges erat, vel saltem ab a. 1122.] *Electio penes Clerum et Populum stetit, approbatio apud Principem; sed postquam sub Hardberto* [qui h. a. 1150. obiit] *Conradus III. Rom. Rex juri suo renunciasset; ambitioni statim locus patefactus fuit, vicinis Principibus et Maioribus Vasallis certatim suos obtrudentibus. Hinc magnae saepe exortae dissidiae, adeo ut rarus absque certamine Antistes Martini, ut vocant, sedem ascenderit.* Exemplum suppeditat hic Hermannus post mortuum *Herbertum* electus. Exemplum quoque eius successor Godefridus, de quo signanter W. HEDA p. 171. *Discordia post obitum Hermanni super electione* RVRSVS *suborta, auctoritate Frederici Imper.* SVPERVENIENTIS *illico pacatur. Is enim prudenter providit, ut et* CANONICE *et* SVA PRECE *Godefridus de Renen eligeretur Episcopus.* Opus hinc, vides, identidem fuit *auctoritate* et *interventu* Imperatorum. Haec propterea tam pluribus, quia A. MATTHAEVS, Vir Doctus et in rebus patriis insignis Scriptor, ubique aliam de suprema *Episcopi Iurisdictione* opinionem prae se tulit, quam Historia postulat. Quasi vero Episcopi aliis fuissent obnoxii, quum tamen primis temporibus suprema iurisdictione gavisi sint. Qui vero postea eligendi Episcopos Traiectinos fuerint modi, nempe per *Scrutinium*, per *Compromissum*, et per *Spiritus S. invocationem*, tamquam longe serioris inventi, dixerunt alii. V. *Diss. Inaug.* a. 1775. JZ. VAN DER DOES *de Vinculo quod olim inter Dioecesin Traiect. et Regnum Franc. ac deinceps Imper. Rom. Germ. intercessit* p. 4, 5. Qui et hoc antiquitus eligendi tum et investiendi Episcopos ius fusius tractat p. 34, 35. excitata etiam *Dissert. Inaug.* Vir. Nob. VAN DER CAPPELLEN *de Auctoritate et Imperatorum Germaniae Iure in Episcopos et Traiectinos imprimis*, Trai. 1753. Cap.

mines [r], Gelrensis *Henricus*, Hollandensis 56) *Theodericus*, Clevensis *Theodericus Hermannum* investiri instantissime laboraverunt. Omnes autem Ministeriales et cives Traiectensis civitatis et Daventriae et omnes agri cultores, et [s] cuiusque officii homines *Frederico* devotissime faverunt, adeo ut rerum suarum dispendium, immo vitae periculum, pro eo subire non dubitaverint. Sed pars Nobilium, ut solet, alteram depressit, et Comes *Hollandensis* bellica manu *Hermannum* in Episcopum [t] introduxit. Deinde uterque Episcopus cum suis fautoribus *Leodium* ad Car-

r Omnes Sw. Ma. *Olevensis Theod.* desunt, et mox cum B. *investire.* Male *Clemensis* C. M. *Convocati* pro *Comites* B. *s* Deest *et* Sw. Ma. qui mox *favebant. Davantr.* C. M. *Eiusque* pro *et cuiusque* B. *t Episcopatum* Sw. Ma. et *demum* cum B. Statim *reprobatus et* omnes, exc. C. M.

IV. quam tamen videre mihi non contigit.

55) *Comitis de Hovele*] *De Hamel* habet Beka, Heda *de Havel*, Jo. à Leydis *Annal. lib.* 17. *cap.* 19. Chron. Magn. Belgic. *de Heuvel.* Interpres Bekae Belgicus habet *Frederic mit syn. hovel*, id est *Fredericus Gibbosus.* Otto Frisingensis, qui aequalis eorum temporum, simpliciter vocat Fridericum Adolfi Comitis filium, *lib.* 1. *de gest. Frid. Barbaross. cap.* 62.

MATTH.

Variat scriptura. Alii *Hamel*, *Havel*, *Huevel.* Vid. not. BUCH. ad BEK. p. 52. (a). et HED. p. 170. (b). Rectum videtur *Hovel* seu *Heuvel*, quod Belg. et *collem* et *gibbum* notat.

56) *Ecclesiae homines-Hollandensis*] Nota, quod *Hollandiae Comes Theodericus* hic *Homo* i. e. *Vasallus* Ecclesiae appellatur a. 1150. Et sic BEKA p. 52. *Principales*, inquit, *Vasalli Traiectensis Ecclesiae videl. Theodoricus Hollandiae*, *Henricus Geldriae*, sqq. Recte tamen in Nostro distinguitur a *Ministerialibus*; quamquam saepe haec Synonyma sunt. Sic supra p. 81. l. 3. *Ministeriales Iuvenculae*, paullo post l. 5. vocantur *Homines ipsius*, et M. STOKE II. vs. 267. et 274. convertit per: *de man vander Jonsfrouwen.* Hinc ad a. 1159. monet Episcopus Godefridus *Florentium* Comitem Hollandiae, ut *memor fidei et hominii sui adiutor* ipsi *existeret:* quod argumento est, *Florentium* etiam bona in feudum habuisse ab Episcopo. cf. BEK. p. 53. Non animadvertit hoc WAGEN. *Vad. Hist.* II. p. 242. sq.

57) *Conrado etiam Rege*] Quantum tamen negotii facesserint Caesari Traiectenses; quantam item irarum molem, reos censens majestatis, in eos Caesar effuderit, cum spreto ipso et neglecto persistentes in contumacia Papam hac in re appellassent, non omittit, nec reticet Otto Frisingensis *lib.* 1. *de gest. Frider. Barbaross. cap.* 62. Locum ipsum exscribam hic, quo res magis sit in aperto: *Traiectenses*, inquit, *Fridericum in civitate non sine fastu habebant*, *Hermanno ejecto. Itaque conductum primo de personarum incolumitate petentes*, *cum magna multitudine navium à Rheno per Wal fluvium*, *qui ab eo scissus ipsius brachium esse noscitur*, *veniunt. Quos Rex in causa ponens*, *ad pacemque cum adversariis suis sine litis contestatione revocare volens*, *cum hoc modo procedere non posset*, *tandem eis juris districtionem obtulit. Illi viaticum redeundi postulaverunt*, *dicentes: Se eo quod causa ipsa tanquam ecclesiastica ad ecclesiasti-*

Cardinalis iudicium pervenit. Cuius iudicio *Fredericus* reprobatus, *Hermannus* investitus est, *Conrado* etiam Rege 57) parti ipsius consentiente. Sub cuius temporibus, quia lenis et nimium simplicis animi erat, caedes mutuae civium et homicidia, etiam in praesentia eius, fiebant, nec iudicia [u] facere, nec Traiectenses, qui non nisi duris unquam constringi poterant vel possunt Praelatis [v], coërcere potuit.

MCLI. Obiit *Theodericus* duodennis [w] filius *Theoderici* 58) Comitis et *Sophiae*.

u *Nec curavit iudicium* Sw. Ma. B. Mox *qui duris nunquam* Sw. Ma. *qui non in ducis vinculis* B. Modo *civium et* omittit B. v ,,f. *placitis*, imo *inpatis*" S. S. w MCL. Ma. ,,Imo *duodecennis*" S. S. et D. *Duodenus* Sw. Ma. B.

ticum indicem, id est, ad aures summi Pontificis translata esset, respondere coram cincto indice non posse. Contra quos, utpote adversus Romanum Principem agentes maiestatis reos, quia in continenti propter praefixum commeatum ulcisci non valuit, acerba Rex usus conquestione, mox etiam pro huius temeritatis debita vindicta sumenda, ad civitatem ipsorum processisset, nisi quod propter quorundam Noricorum Comitum insolentiam in eandem revocabatur provinciam. Acta haec Noviomagi, ut idem paulo ante. Cuius fides hic eo fortior, quod disceptationi etiam praesens interfuit: *Igitur*, inquit, *Conradus Rex tam de subrogatione Coloniensis, quam super determinatione illius controversiae, quae in Traiectensi ecclesia agitabatur, examen laturus, inferiores Rheni partes adiit, habens secum ex Baioaria Ottonem Frisingensem, ex Saxonia Albertum Misnensem Episcopos &c.* et mox: *sicque ad Noviomagense palatium Traiectensium causam iudicaturus venit.* Vicit tamen Caesar. Nec inultam relliquit insolentiam illam nimiam successor Fredericus. Idem *d. lib. cap. ult. Inde in Gallias rediens Traiectensium negotium, revocatis omnibus ad subiectionem Hermanni, cum Imperii honore terminavit: ac ne aliquis in posterum eius facti scrupulus haberetur, à Romana sede ratihabitionem obtinuit.* Idem *lib.* 2. *de gest. Freder. Barbaross. cap.* 4. *Dehinc Traiectensium contumaciam, qua in patruum suum Conradum usi fuerant, ulturus inferiores Rheni partes adiit, ipsisque pecuniaria poena multatis, ac Herimanno Episcopo confirmato, ad superiora remeando Sanctum Pascha Coloniae Agrippinae celebravit.*

MATTH.

Igitur non modo *consentiente Rege*, ut apud Nostrum, sed etiam *interventu ipsius Regis Conradi*, ut HEDA p. 169. Adde recte a MATTHAEO dictis BUCHEL. ad HED. p. 170 (b2). et SCHATEN. *Annal. Paderb.* L. VIII. 787.

58) *Duodennis filius Theod.*] PLIN. *partus duodeni, quibus numerosissimi.*

MATTH.

Vitiose in MATTH. legitur *duodenus*. Notarunt autem SCRIV. et DOUZ. ad oram MS. ,,imo *Duodecennis*". At non intellexerunt hanc vocem, qui *duodenus* vel *duodecennis* scriptum volunt. *Duodennis* ex Stilo huius aevi est 12. *annorum puer.* Sic etiam JO. A LEID. *Chronic.* XV, 2. p. 138. *nulli parcebat neque viro neque mulieri; nam omnes mulieres et pueros* DUODENNES *et infra* [i. e. qui arma gestare non possent] *captivavit, et omnes alios occidit, cogitans destruere totam Frisiam.* Sic *quindennis* est 15. *annorum*

MCLII. *Conradus* Rex obiit 59), *Fredericus* succesit 60).

MCLIV. * *Fredericus* Rex, cum pauca militum manu sed ' strenua et nobili Romam profectus, ab Adriano Papa, sicut condictum z erat, benigne susceptus est, et missis celebratis, nescientibus Romanis, in Imperatorem consecratur. Quo cognito *Romani*

* C. M. haec connectit superioribus ad V. *Sophiae*, mediis omissis, per librarii, credo, incuriam. Habet enim B. cum reliquis. Sed pro his ab ipsius Scriptoris C. M. manu in marg. videntur esse haec: „His temporibus S. *Frederici* anno Domini 1154 (MCLXV) optenta fuit sententia obstruendi Renum in Wijc". Sed vide ad a. 1165. y e cum linea superducta C. M. unde S. S. coniecit *etsi*. z *Condictus* Sw. Ma. B. Mox *missa—ta*, et *vicissim eum*, *ni* Ma.

rum, in *Genealog. Comit. Flandr.* apud MARTENE *Thes. Anecd.* T. III. p. 382. C. ad a. 1070. *Per muliebrem insolentiam et filii eius Arnulfi vix* QUINDENNIS *imprudentiam.* Hic enim Arnulfus a. 1072. vix septemdecim annos natus in praelio occubuit. Minus igitur recte VAN LOON ad *Kolin.* p. 473. hinc collegisse videtur *Theoderico* et *Sophiae duodecim liberos* procreatos; nec facerem cum D. V. JUNG. *Com. Benth. Ant.* L. III. C. II. §. 6. p. 188. *duodenum* per *octavum* ingeniose explicante, ut *duodeviginti* pro *octodecim*; nec cum MATTH. qui huic loco applicat PLINII *partus duodenos*, *quibus numerosissimi*. Rem ipsam quod spectat: quum hic *Theodericus*, qui ante patrem defunctus est, etiam *Peregrini* cognomento insignitus fuisse videatur; hinc plerumque confunditur cum altero PEREGRINO, Zeelandiae *Praeside*, *et primo Domino de Voorn*, qui ducta uxore filia *Comitis de Seine* genus propagavit, et a quo Dominos *Voornenses*, Dominos de *Renesse*, et de *Heenvliet*, aliosque progenitos, unanimi suffragio constat. De hoc duodecim annorum puero intellige THEOD. A LEYD. in *Brevicul. Egm.* p. 145. *Hic* [Egmundae] *iacet sepultus THEODORICVS Praeses cognomento PEREGRINVS filius magnifici Comitis Hollandiae noni e Sophia veraciter sancta*, *Ottonis de Reyneg Palatini Comitis filia. Hic THEODORICVS duodenus* [in marg. *duodennis*] *exstitit*, *et ante patrem obiit anno Domini* CIƆCLI. *Non. Calendas Ianuarii.* In hoc autem ille *Epitaphio* desinit, additurque: HIS *parvis Breviculis sive Epitaphiis postea per aliqua temporum curricula putrefactis*, *et vitris quibus obtecti fuerant confractis*, *Leo Monachus Haem. supposuit maiores* cett. Vnde suspicio oritur, esse hos Breviculos admodum vetustos. Eadem postea scripsit *Leo* ille *Monachus*, qui hos etiam versus subiunxit:

Pompas mundanas animadvertens homo vanas,
Quaere quod est et erit; nam status iste perit.
En cero glorifici *DVODENNIS* Theodorici
Instar abit fumi, tabida putret humi.
Hunc Comitum nonus nostrorum Theodoricus
Spem patriae genuit, spes simul inde ruit.
Iste Calendarum Iani nono lachrimarum
Extractus puteo vivat in aethre Dei. Amen.

His denique adiunge *donationes* a parentibus pro eius anima factas, quas memorat JO. A LEID. *Ann. Egm.* C. XXV. p. 29. *Obtulerunt etiam pro anima filii sui PEREGRINI septem libras et dimidiam*, *quibus empta est terra annue XIV. uncias solvens in Almaer a Reinwardo monetario duas uncias* — —. Addit Vir D. JUNG. l. l. p. 187. WILH. NAGGE *Histor. Holl.* apud DUMBAR *Anal.* I. p. 334. *A. Chr.* 1153. *sterf de laatst geboren soone van Graef Diederik*, *Stadtholder van Kermerland*, *nauwlyks* 12 *jaren out.* Nec tamen ego crediderim, hunc *Theodericum* ex omnibus filiis natu fuisse minimum: sed unum ex maioribus vel maximum natu fuisse, puto. Si enim natu minimus esset, sequeretur, *Sophiam tam numerosae prolis matrem* post a. 1139. non amplius procreasse;

ni obsederunt eum, et vicissent, nisi Germani naturaliter bellicosi gladio sibi viam per medios hostes fecissent, quorum alii gladiis prostrati, alii calcibus equorum contriti, alii in Tyberim submersi sunt. Imperator autem sine grandi vulnere et damno suorum viriliter evasit a.

N 3. MCLV.

a *Suo viril. invasit* Sw. Ma. B. Mox *Drecherne. Excesserunt* mox B.

se; quod vix credibile, habita ratione florentis aetatis *Sophiae*, quae etiamnunc anno 1173. et 1176. iter in terram Sanctam fecit; habita etiam ratione aetatis *Theoderici* patris, quippe qui a. 1123. et diu post adhuc in matris *Petronillae tutela* fuit, et quocum *illa* anno 1132. *toti adhuc imperabat Comitatui* p. 76. Praeterea praeter hunc *Theodericum* cognom. *Peregrinum* habuit Comes alium filium *eiusdem nominis THEODERICVM*, Episcopum deinde Traiectinum, qui a. 1198. vel sq. obiit. Non igitur opinabile est, hunc *Theodericum*, Episcopum, iam vixisse ante alterum illum *Theodericum*: sed magis credibile, mortuo a. 1151. hoc *Theoderico Peregrini* cognomento, alium deinde natum huic superinductum, et demortui in locum *eodem nomine* insignitum. Quis enim duos filios unquam eodem nomine insigniverit. Mea quidem fert sententia, hunc, qui a. 1139. natus est, *Theodericum* fuisse filium natu *omnium maximum*, quem Comes successorem sibi destinaverat; quem ex proavorum suoque nomine gentilicio omnium primum *THEODERICVM* appellaverat, eapropter in Epitaphio *spem patriae* vocatum; denique quem iccirco, quod hoc anno 1139. *Peregrinationem* in Terram Sanctam prima vice susceperat, *Peregrinum* dixerat. Quod autem ad vocem *Praeses* attinet, est hoc vel additamentum seriorum, qui hunc *Theodericum* cognom. *Peregrinum*, cum altero *Peregrino* Zeelandiae Praeside et Voornae Domino, confuderunt; vel ortum ex eo, quod Pater eius ipsum *Praesidem Kennemariae* destinasset, simulatque ex Ephebis excessisset. Sed quidquid hoc est, id certo constare videtur, non esse hunc illum *Peregrinum*, qui *Voornense Dominium* sibi a Patre accepit, et in posteros liberis procreatis derivavit. Sed plura de his in *Dissert. Critico-Genealog.* N°. II.

59) *Obiit.*]. Auctarium Affligemense apud Miraeum ad h. Ann. *Conradus Imperator diem ultimum claudit, cui successit Fredericus consobrinus eius.* MATTH.

Successit *Fredericus* cognomento *Barbarossa* sive *Aenobarbus*, postquam Conradus *per XV. annos* regnasset. Anno enim 1137. *prid. Non. Dec.* obiit Rex *Lotharius*, *Petronillae* nostrae frater uterinus, successitque a. 1138. media quadragesima Conradus, qui obiit 15. Febr. 1152. sive XV. *Kal. Mart.*, unde recte M. STOKE L. II. vs. 415. huic XV. *annos*, nempe currentes, tribuit, male propterea reprehensus a nupero Editore T. I. p. 389. STOKIVS. enim annos computat a morte *Lotharii*.

60) *Fredericus successit*]. Nempe III. Non. Mart. a. 1152. Romae vero Imp. coronatus 18. Iun. 1155. ut recte monuit V. D. HVYDEC. ad M. STOKE T. I. p. 389. vs. 422. Est hic ille *Fredericus Barbarossa*, cuius in comitatu, quando in terra sancta supremum vitae diem obiit, fuit Noster *Florentius Comes*; cuius Imperatoris multae etiam exstant *Chartae*, *Arbitria*, *Iudicia*, *beneficia*, tum *Episcopis Traiect.* tum *Comitibus Hollandiae* concessa, ut suis in locis dicturus sum.

61)

MCLV. Fresones *de Drechterne* 61), fines Comitatus 62) *Hollandensis* invadentes, villas quasdam exusserunt; inde procedentes ad villam, quae *Sanden* [b] dicitur, pervenerunt, quibus occurrentes Milites pauci [c] de *Harlem* et villa de *Okestborpe* 63) in fugam eos compulerunt, et festinantes ad sua infinitam multitudinem, scilicet circiter nongentos 64) homines, sine defensione [d] peremerunt.

MCLVI. Dum divina mysteria *Traiecti* in Ecclesia Civium, quae in honore beatae *Mariae Virginis* consecrata est, celebrarentur, et pauperes in offerendo presbyterum nimis inquietarent, custosque

b *Schaden* Sw. Ma. B. „l. *Saenden* vel *Schagen* S. S. et Margo Ma. c Deest Sw. Ma. B. Mox *villa de Okertborpe*, etiam C. M. male! Douz. „*villani, vicani* vel *vicini*, Chron. Rythm. *geburt*. *AL*, *Okestorp* f. *Oosdorp*".
d *Defensore* Sw. Ma. et mox *in honorem*.

61) *Fresones. de Drechterne.*] Beka in Herbert. *At Frisii, quos Drechteros appellant, loca aliquot excurentes rebellarunt*. Regio eorum *Drechterambacht* in charta Ann. 1299. MATTH.

Adscripsit hoc loco Belgice SCRIVERIUS: „Deze Vriesen waren van omtrent Enkhuizen, van uit de Langestraat, en verder: van Winkel, Okersdorp, Wieringen, Tessel, cett. V. BEKA ad a. 1166. et 1169 [p. 54]". tum etiam DOUZA: „*Enchusa* Hollandici iuris tunc temporis nondum facta!". Cave credas! Quod autem hic MATTH. l. 3. *Schagen* conicit, ortum est ex vitiosa voce *Schaden*, pro quo rectius Noster *Sanden*. Quod quo minus mutem, facit ZOETEBOOM *Zaanlandsche Oudheden* I. D. p. 22. et 242. ubi haec habet: „*Chron. MS. vetustissimum Egmond.* ante annos 400. scriptum: Fresones de Drechterne *Frisiis* [l. fines] *Comitatus Hollandensis invadentes villas quasdam exusserunt, unde procedentes ad villam, quae SAANDEN dicitur, pervenerunt* cett. usque ad finem; ubi tamen perperam *ad suam*: quae ex hoc Chronico hausta, forte ex hoc eodem MS., quo usus sum. *Zande* etiam legit JO. A LEID. *Chr.* XVII, 21. Notus est amnis *Sane*, unde *Sanerdam*, hodie *Sardam*, et *de Sandpoort* prope Harlemum villa, quae hic innui videtur, ut recte etiam vidit V. D. HUYDEC. ad M. STOKE T. I. p. 301. f. Vocatur autem haec Frisonum invasio *rebellio* in W. HED. p. 170. *Frisii, quos Drechteros appellant, aliquot loca excurentes rebellarunt. quorum motus cum magna eorum clade subito compressere Harlemii manu adiuti rusticana. Saanden* ANONYMUS etiam *de Klerk der lage Landen* p. 69. Cf VAN LOON ad KOLIN. p. 469.

62) *Fines Comitatus*] Vidimus supra p. 46. et 56. *fines Comitatus* hoc aevo fuisse terminatos ad *Egmondam*; istud autem hic locus valide confirmat. *Fresones* enim invadunt *fines Comitatus Hollandensis; indeque procedunt ad villam Sanden*, hodie *de Zandpoort*. Fuerunt igitur hi *fines* ulterius quam *Harlem* et *Sanden* protensi. Adde plura ad a. 1167.

63) *Okestborpe*] *Exdorp* Io. á Leydis *lib.* 17. *cap.* 21. *Opdorp Beka* in Hermanno. Alii aliter. Vid. Buchel. ad Bek. *ibid.* MATTH.

Scripsi *Okestborpe*, ex M. STOKE II. vs. 437. olim *oksdorp*, *oistdorp*, *ostdorp*, hodie *oosdorp*, haud ita procul ab *Amstelodamo*, quod recte viderunt WAGEN. *Vad. Hist.* II. p. 296. *Beschryv. van Amsteld.* T. X. p. 242. 8°. et V.

que pauperes virga depelleret, eadem virga pyxidem, quae super altare cum corpore Dominico pendebat, percussit, et inter populum dispersit. Sequitur evestigio mors subitanea Episcopi Traiectensis *Hermanni*, et inpletum illud Apostoli: *ideo* [e] *inter vos multi sunt infirmi et inbecilles, et dormiunt multi.* Cui successit *Godefridus*, qui sine discordia aliqua investitus est, quia [f] imperatoris *Frederici* Traiecti consistentis 65) praesentia werram fieri non permisit.

MCLVII. 66) *Theodericus* Comes Hollandiae nonus filius *Florentii Cras-*

[e] *Quod* B. Deest Sw. Ma. *Inter nos* statim C. M. [f] Sic C. M. Reliqui addunt *in*. Mox *guerram* Sw. Ma.

V. D. HVYDEC. ad STOKE L. II. VS. 437. p. 391.

64) *Infinitam multitudinem — nongentos*]. Sic saepe Nostrates de *infinita*, *immensa*que hominum turba prostrata loquuntur, etsi numerus aliquot centenos non excedit. Noster h. l. addit ipsum numerum. Alii non item. Vnde saepe risum praebent Historiographi nostri, quando tot *millia* hominum memorant, ubi vix tot centeni ceciderant. Exempla habet SCRIVER. *Toetsteen op het* OUDE GOUTSHE CHRONIJCXKEN p. 235. 240. 247.

65) *Traiecti consistentis*] Jo. à Leydis *lib.* 17. *cap.* 22. *Post obitum Hermanni Antistitis Fredericus Imperator Romanorum Traiectum descendit, & discordem electionem Capituli intercepit.*

MATTH.

Ita etiam BEKA p. 53. qui addit, *per* Frederici Imp. *instantiam Godefridum de Renen electum esse* Episcopum.

66) *MCLVII — obiit.*] Confidenter hic nobis sequendus videtur Scriptor fere coaevus, qui, ut reliquos annos, sic etiam hunc *Theoderici* annum emortualem accurate scire potuit. Multum tamen in his turbarunt BEKA, pag. 53. c. n. BVCH. p. 55. (a). cf. MIERIS ad *Clericum Anonym.* p. 69. (6). Expresse etiam hunc annum 1157. prae se ferunt *Breviculi* EGM. THEOD. A LEYD. p. 145. et LEONIS MONACHI, qui p. 154. hoc modo: *Anno Domini* CIↃCLVII. *Nonis Augusti obiit Theodericus Comes Hollandiae nonus filius Florentii Crassi, postquam Hollandiae Comitatum XXXVI. annis valde strenue gubernasset, qui sub hoc lapide iacet sepultus.* Et recte *Nonis Augusti.* Exstat enim adhuc eius et filii sui *Florentii* subscriptio Chartae, in *Comitiis Neomagensibus* ab Imper. Frederico habitis *d. III. non. Iunias* a. 1157. V. MIERIS *Cod. Dipl. Holl. Com.* T. I. p. 104. Sequenti vero anno, 1158. *d.* 6. *Ianuar.* solus Imperatoriae Chartae subscripsit eius filius, hoc nomine: *FLORENTINVS COMES HOLLANDIAE.* Exstat haec Charta nostris incognita in HONTHEIM *Histor. Diplom. Trevir.* T. I. p. 579. Consentiunt hoc in anno DD. VV. WAGEN. *Histor. Patr.* T. II. p. 236. et HVYDEC. *ad Stoke* T. I. p. 392. qui tamen multa verba disperdit, ut persuadeat, Comitem hunc praefuisse annos 45. nisus testimonio *Stokii*: quod tamen stare nequit, ut supra iam dictum, p. 57. not. 100. Cui nunc adde notam Viri D. H. V. R. *in Belgic. Voorrede* §. XII. op *de Oudheden van Kennemerland*, T. I. qui itidem culpam annorum 45. pro 35. in M. STOKE reiicit, id per oscitantiam aliamve incuriam exhibentem. De die obitus Episcopi *Hermanni* vid. *Epist.* ad HOYNCK in *Aan-*

Crassi Comitis et *Petronillae* obiit. Cui successit *Florentius* filius eius. MCLIX. Hoc anno [g] *Ministeriales Traiectenses* 67) fortissima coniura-

g Pro *hoc anno* Sw. Ms. B. MCLX.


Aanhangsel op de Kerkel. Oudheden p. 552.

67) *Ministeriales Traiectenses*] Quidquid ad h. annum de *Rixis* inter *Episcopum* et *Ministeriales eius* narratur, egregium exhibet exemplum, quam timide et prudenter et sine ulla morositate neque contradicendi ardore scriptores veteres tractari debeant, ne quid dicant, vel dicere a nobis iubeantur, de quo ne somniarint quidem; unde multi in Historiis scribendis errores, multae turbae, profluxerunt et profluunt; imprimis quando rerum et Consuetudinum et Regiminis formae illorum temporum penitus ignari sumus. Agit de re hic gesta V. D. AD M. STOKE L. II. VS. 460. p. 394. docetque, nusquam hoc bellum alibi narrari, nec a BEKA, nec a JO. A LEID., neque a STOKE, neque a WAGEN. aliisque. Et tamen narratur hoc bellum et a BEKA p. 53. sq. iisdem fere verbis, et a JO. A LEID. L. XVIII, C. 2. et a WAGEN. *Vad. Hist.* II. p. 242. sq. et ab HEDA p. 171. Nec modo hi, sed rem cum omnibus circumstantiis enarrant etiam coaevus Auctor ANONYMVS de *Reb. Traiect.* C. III. p. 3. *Chron. Belg.* BEKAE in MATTH. *Analect.* T. III. p. 101 sq. ANONYM. *Cleric.* p. 71. M. CHRONICON BELG. in PISTOR. T. I. p. 165. WILH. NAGGE *Histor. Holl.* ad a. 1163. apud DVMBAR *Anal.* T. I. p. 337. SYBE IARICHS *korte Chron.* p. 443. EGG. BENING *Hist. van Oostfris.* L. I. p. 104. §. 87. quosque plures excitat Vir Ill. IDSINGA in egregio Belg. Scripto, *Staatsrecht der Vereenigde Nederlanden* T. I. p. 100. quibus adde PONTAN. *Histor. Gelr.* L. VI. p. 108. cett. *Stokius* tamen pro ea inseruit ad a. 1164. Archiepiscopi Colon. *Reinaldi Trium Regum transportationem* L. II. VS. 475. Vnde vero hic Viri D. error profluxit? Dicam. In caussa est *una* tantum *vox* in Nostro Chronico hactenus perperam intellecta, nimirum *Ministeriales* TRAIECTENSES. Ex hac enim voce (*Traiectenses*) perperam intellecta omnis error promanavit; quia non vidit Vir D. rem, quae hic *de Ministerialibus Traiectensibus* narratur, eandem esse, quae apud reliquos scriptores de *Groninganis* cum Episcopo *Godefrido*, de iure in *Castellanatum Groninganum* conservando, litigantibus memoratur. Per *Ministeriales* enim *hos* TRAIECTENSES, *fortissima coniuratione invicem ad conservandum jus suum coniurantibus, et quorum multi ex optimis Homines*, (i. e. Vasalli) *Henrici Comitis Gelriae*, *ut eis auxilio* (adversus Episcopum) *fieret*, *facti sunt*, non alii intelligendi sunt quam *Seppenrothii*, Episcopi *Traiectini* in *Groninga Vasalli* sive *Ministeriales*. Qui quo facilius *Castellanatum* Groninganum, *Episcopatui* Traiectino per mortem avi sui *Leffardi* vacantem, eisque, quia *Leffardus* sine herede *masculo* obiisset, ab Episcopo negatum, obtinerent; hinc sese ad *Henricum Comitem Gelriae* conferunt, ipsique hanc Praefecturam offerunt, ab eo iterum *in feudum* recipiendam, vel, ut Noster ait, *Homines Comitis fiunt*, *ut eis auxilio fieret*. *Cuius auxilio freti* post aliquot ultro citroque habitas inimicitias, Groningani ac Drentani reliqui, antequam Episcopus quid adversus illos moliri posset, hunc antevertunt, ipsumque *Episcopum in turri Episcopali*, Traiecti, obsidione cingunt, qui tamen elapsus est, capta Vrbe *Traiecto*. Est tamen propulsandus error; qui hactenus omnes fere serioris aevi scriptores obsedit, et a quo ne ipsi quidem WAGEN. et IDSINGA se immunes praestiterunt; nempe quod rem, quae acta est *ad Traie-*

ctum

iuratione invicem ad conservandum ius suum coniuraverunt. Et multi ex optimis eorum Homines *Henrici* Comitis *Gelrensis*, ut

cum, transferant ad *Groningam*; utpote haud animadvertentes, Episcopum non petivisse *Groninganos*, sed *Groninganos* ipsum Episcopum, eumque in sua *Episcopali sede* obsedisse: uti Noster diserte docet, et reliquae περιστάσεις confirmant. Res acta ad *Traiectum* quidem, quamquam spectabat ad *Groningam*, idque ob feudum, quod tunc temporis necdum in *feminam*, nedum in *nepotes* ex *femina* natos per se erat derivabile, sed in quod defuncti *frater*, sive *agnatus proximus*, *ex consuetudine in rebus eiusmodi usitata* (ut hoc de negotio et tempore PONTAN. *Histor. Gelr.* L. VI. p. 108. ait) solus ius pertendere poterat, quamquam potiore iure Episcopo vacabat;. uti hac de re egregie coaevus scriptor ANONYM. *de Reb. Trai.* §. 1. p. 2. *Nota*, inquit, *quod ad haec tempora* [*Herberti*, nempe, Episcopi, qui fratribus suis *Praefecturam Groninge*, *Castrum Covordiae*, *et Iurisdictionem Trente* in feudum hereditarium dederat] *Episcopi sua voluntate omnia praedicta suis nunciis et villicis sine omni contradictione committebant. Suis etiam temporibus MINISTERIALES Ecclesiae super TVENTAM prope Homersem, in loco, qui Walstad* — —. Atqui res hoc tempore, eodem §. 3. p. 3. narrante, ita se habebat. Erant Episcopo HERIBERTO duo fratres:



Ad quae V. D. MATTH. p. 116. in not. ad hunc ANONYMVM haud iniuria haec notavit: *Feudum ergo fuit rectum, in quod succedit nec filia, nec frater defuncti, ut nec nepos ex filia.* cf. PONTAN. l. l. Rectius tamen dixisset in genere: *feuda tunc adhuc erant recta omnia; sed paullatim alius mos per ambitionem Ministerialium introduci coepit.* Addit tamen ANONYMVS ibid. *Litem istam Episcopus Godefridus cito suffocavit, quia praefecturam, quae* DE IVRE *sibi vacavit, tribus filiis Godescalci pro* 300. *marcis, quas sibi dederunt, infeodavit.* Atqui his explicitis, reliqua nunc satis per se sunt clara, quae tamen ne centesima quidem pars Scriptorum intellexit, quia res Feudales istius aevi ex nostri aevi moribus et legibus saepe dimetiuntur. Qua de re alibi. Restat, ut inquiramus in Annum rei gestae, quem BEKA p. 53. ad a. 1163. JO. A LEID. XVIII, 2,

eis auxilio fieret [b], facti sunt. Cuius auxilio freti Episcopum *Godefridum* 68) in turri Episcopali obsederunt, et cepissent, nisi adiutorio et consilio Comitis *Theoderici de Cleve* evasisset. Egressus autem adversus omnes cives Traiectenses et Ecclesiae Ministeriales in iram exarsit, et turrim suis militibus munivit, ex qua plurimi civium balistis 69), sagittis, et lapidibus vulnerati et occisi sunt. Econtra Comes *Gelrensis* cum Ministerialibus, civibus, et militibus suis instantissime consurrexit, et multis incursionibus eos, qui turrim tuebantur, et parti Episcopali favebant, inquietavit, adeo ut utramque domum Episcopi, scilicet hyemalem et aestivalem, combureret, et mangenas ad turris destructionem praepararet. Episcopus vero imploravit auxilium Comitis Hollandensis *Florentii*, monens eum, ut memor fidei et hominii sui

b *Fierent* Sw. B. alio sensu. Mox abest Sw. Ma. B. *Comitis*, et habent *de Clivo*. B. *de Clivis*.

2. ad a. 1164. Noster ad a. 1159. refert. Sed facilis videtur conciliatio. Hoc primo loco certum est ex PONTANO *Hist. Gelr.* L. VI. p. 108. *Henricum* Gelriae Comitem, cuius *feudales* se fecerunt *Sepperothii* fratres, anno adhuc 1162. cum Imperatore occupatum fuisse in devastanda Italiae Vrbe Mediolano, et h. a. reducem factum. Videtur igitur recte dici *Leffardus* obiisse anno 1159. tunc rixis subortis, *Henricus Gelrus* tandem a. 1162. redux in auxilium vocatus; pugna et turba ad urbem *Traiectum* facta a. 1163.; denique seq. anno 1164. iussu Imperatoris, mediante *Episcopo* Coloniensi *Reinoldo*, res transacta, et *tres fratres* infeudati sunt. Nec citius etiam quam hoc a°. 1164. *Reinaldus* ex Italia rediit. Vid. GALL. CHRISTIAN. T. III. p. 679. Hinc etiam docemur, *Ministeriales Traiectenses* dici eos, qui, *Vasalli* quum sint, praeterea Episcopi Traiectini hoc illudve *Ministerium*, puta *Castellanatus* vel *Praefecturas*, alibi gerebant. Horum enim servitia seu Ministeria erant vel *Aulica* vel *Bellica*. Postquam Ecclesiae iurisdictionem adeptae sunt, per *Ministeriales* illam suos exercebant, qui vocabantur *Castellani*, vel *Villici* vel *Sculteti* vel quovis alio nomine. Et hinc etiam explicandi sunt illi *S. Martini homines*, *Sint Maartens Mannen*, *S. Maartens Dienstluiden*; de quibus *Dissert.* exstat Viri Consult. SADELYN, quam tamen videre non contigit. De *Ministerialibus* per saturam egit I. G. ESTOR, Argent. a. 1727. 4°. quem vide *Cap.* VI. de *Ministerialibus Ecclesiae*.

68) *Episcopum Godefridum.*] Beka hac de re nihil. Nec JOAN. A LEYDIS quicquam. HEDA rem paucis attigit.

MATTH.

Errat MATTH. cum reliquis, quando BEKAM hac de re nihil censet habere. Vid. not. praec.

69) *Balistis*] SCRIVER. in marg. *Cod. M. S.* legere mavult *balistarum*; quia Auctor dicit, vulneratos esse *sagittis et lapidibus* e balistis eiaculatis. Sed non opus videtur.

70)

ſui [i] 70) adiutor in opportunitatibus exiſteret, et gloriam eius et vitam conſervaret. Comes autem, videns eum anguſtiis circumdatum, et omnibus auxiliis deſtitutum, collecta militum et navium [k] multitudine copioſa, et adiuncto maritimo 71) agreſti [l] et indomito populo plus quam oportuit auxiliaris Epiſcopo fuit. Caſtrum enim *Worden* firmavit, et impoſitis Militibus ſuis et ſagittariis Flandrenſibus 72) [m] totam circumcirca regionem incendio et rapinis depopulatus [n] eſt. Cum autem tum a Comite tum ab Epiſcopo civitas Traiectenſis plurimum artaretur, a Comite Gelrenſi defenſa eſt. *Theodericus de Batenburch* 73) ibi cum ſuis electis et audaciſſimis Militibus affuit; et cum eo [o] multi Milites et Armigeri ſolidorum pactione 74) convocati, qui multoties urbem egreſſi aſſultus frequentes et incurſus adverſus milites Epiſcopi et

O 2 Co-

i Homini C. M. Pro *Memor fidei et hominii ſui* Sw. Ma. B. habent *fidelium et hominum ſuorum*. Douz. ad C. M. *hominii*. Mox *vero* Sw. Ma. k *Manuum* Sw. Ma. l *Aggreſſi* Sw. Ma. Sed Sw. marg. „forte *aggere*". Mox *in Dominico pop.* — *auxiliator* — — *Woerden.* Sed B. *maritimo et dominico pop.* m *Sagitt. et Fland.* Sw. Ma. n *Totum et depulatus* C. M. o *Eo* deeſt B. et C. M. Mox *habuerant* Sw. B.

70) *Memor fidei et hominii ſui*] Non aliter BEKA p. 53. *Epiſcopus plurimum anxiatus — ſupplicique reſt conſtanter* ADMONVIT *HOMINII Florentium Comitem Holl., quatenus opportunus auxiliator ſibi foret in neceſſitatibus talis anguſtiae.* cett. JO. A LEID. *Chron. Belg.* XVIII, 2. *ammonuit fidelitatem Florentii* — Nec non W. HEDA p. 171. *Hic* [*Florentius*] *Godefrido Epiſcopo contra Trentanos, auctoribus nepotibus Henrici per Praefectura Groningenſi ſibi adverſantes, fuit magno adiumento* — — *donec res per arbitrium Imperatoris Frederici, mandato negocio Rainaldo Archiepiſcopo Colonienſi fuiſſet compoſita.* Hinc validum iterum argumentum capias, Comitem Florentium *hominem* ſive *feudalem* fuiſſe Epiſcopi Traiectini; qua de re dicam *Diſſertat.* N°. X. cf. not. 56.) p. 98.

71) *Maritimo*] Douz. ad Cod. MS. *id eſt, Selandico*." Et recte! Sic ſemper huius aevi ſcriptores ſolent. Quod pluribus ad a. 1204.

72) *Sagittariis Flandrenſibus.*] „Hinc (inquit SCRIVER.) perſpicue planum Comitem noſtrum hoc tempore Flandrorum principi reconciliatum, niſi ſi putes de ſolis *Waſiae* terrae populis iſtud accipiendum. „De *Sagittariis Flandrens.* vid. etiam ad a. 1169. et mox. „MEIER. ad a. MCCCIIII. fol. 103. Gandenſes praemittunt ſuos baliſtarios, quos permultos habebant, qui praelium inciperent proludere. Praeter tormenta armaque alia varia, ſpicula Gandenſes habebant horrenda, quas ſpugalas dicebant, quibus nihil obvium reſiſtere valebat." De his plura in EXCVRSV VII. *Zeelandia Occidentalis inter Fland. et Holl. olim controverſa.*

73) *De Batenburch*] De hoc *Theoderico* cf. BVCHEL. ad W. HED. p. 174. (d).

74) *Solidorum pactione*] En novum aliquid, et in Medii aevi Hiſtoria raro obvium! De quo alibi.

75)

Comitis *Florentii* habuerunt. Interea Traiectenses auxilio Comitis Gelrensis mangenam [p] constituentes turri applicuerunt, eamque cotidie lapidibus inpetentes destruxerunt instantissime annuentibus ad hoc mangonibus [q] 75) et cuiusque officii hominibus. Perduravit autem haec discordia a festivitate Sancti Mauricii, usque ad festum Sancti Iohannis Baptistae 76), et tunc demum mediante Episcopo Coloniensi *Reinoldo* [r], ex iussu Imperatoris *Frederici*, sedata est 77).

MCLXI. Dominus *Walterus* Abbas, bonorum memoria dignus, post renovationem ordinis et status Ekmundensis Coenobii, post con-

[p] *Mangenas* Sw. Ma. cui in marg. frequens medio aevo vox. *Mangenas* sunt machinae. Vnde et vox est detorta". [q] *Mangenibus* Sw. Ma. „forte *Magistratibus*" Sw. marg. *Magnatibus* Scriv. et B. [r] *Reynaldo* Sw. Ma.

75) *Mangonibus*] In marg. MATTH. „vox *Mangenae* medio aevo dicitur esse frequens. *Mangenae* sunt *Machinae*, unde et vox est detorta". Recte. De *machinis bellicis* medii aevi multa egregia habet HUYDEC. ad STOK. T. I. p. 311. sqq. et MATTH. *Annal.* T. III. p. 283. 301. De *Mangenis* speciatim BUCHEL. ad BEK. p. 82. (t), et de nova arte Machinas incendendi, quorum inventrix urbs *Zirriczea* a. 1304. JO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XXVI. C. 15. qui sq. cap. narrat, quomodo Flandrenses Naves flammigeras aptaverint, sed sua arte perierint.

76) *A festivitate* sqq.] i. e. a d. 22. Septembr. usque ad sq. ann. d. 24. Iun.

77) *Sedata est*] Non habet hanc rem STOKIUS, sed pro ea ad a. 1164. inseruit L. II. vs. 475. sqq. trium Regum transportationem ab hoc Episcopo Colon. *Reinaldo* factam. Sic idem ad a. 1145. inseruit obsidionem Vrbis Edessenae a Turcis factam L. II. vs. 387. sqq. nec non Expeditionem *Conradi* in terram sanctam vs. 397. sqq. in reliquis presse vestigia nostri Chronici secutus; unde oriri suspicio possit, ea aliunde ab alia manu esse intrusa; vel saltem Codice eum esse usum, ubi haec deerant. Nisi statuas, STOKIUM in describendo Nostro Codice, uti fecit omnino, cupidinem incessisse alia de semet adiungere, ne nimis aridus videretur. Quod autem ad Regum transportationem L. II. vs. 475. spectat, id factum videtur occasione mentionis Archiep. *Reinaldi Colon.*, quia antecedentia cum reliquis eum secutis scriptoribus non satis intelligeret.

78) *Cum praesedisset* sqq.] Ita accurate haec sunt posita per *annos*, *menses et dies*, ut facile visu sit ab auctore aequali et rerum probe gnaro esse profecta. Obiit nempe *IV. Kal. Dec.* a. 1161. post regimen annorum 31. mens. 2. dier. 21. Factus igitur *Abbas* d. 8. Sept. 1130. Ad quem Annum etiam docuit, Abbatem eum ordinatum esse in *Vigilia Nativitatis S. Mariae*, quae ipsa est 8. Sept. 1130. Ex Nostro vero descripsit JO. DE LEID. *Ann. Egm.* C. XXV. p. 30.

79) *Drechten*] „Alii DRECHTEREN" DOUZ. „Drechternates s. Hi *Tencteri* aliquibus. Alii de *Drechterne* i. e. *Drechteren*. Sic STOKIO *Lachterne* pro *Lachteren*." SCRIV.

Qui

constructionem et ornatum templi, post Claustri et omnium officinarum aedificationem, post fratrum de parvo numero in magnum aggregationem, obiit quarto [r] Kal. Decembris, cum praefedisset 78) Ecclesiae annis XXX. et uno, mensibus duobus, diebus XX. et uno; cui successit *Wiboldus* Abbas. Eodem anno *Fresones* de Drechten 79) [s] cum Comite Hollandensi Florentio [u] pactum pacis inierunt post XXX annorum 80) et amplius discordiam, et omnes Fresones sub una pace fuerunt.

MCLXII. Florentius Comes Hollandiae decimus sororem Regis Scottorum 81) nomine *Ada* [v] cum magno navium apparatu, ornatu,

r *Congregat.*, *obiit X.* Sw. Ma. B. s Ita nunc C. M. *Drethem* Sw. Ma. qui coniicit *Drechtere*. B *Dorthem*. u *Flor.* abest Sw. Ma. qui *homines* pro *et omnes*. v *Adam* Sw. Ma.

Qui Frisii Drechternates sint, satis est notum. Cf. not. 61.)

80) *Post-annorum*] Respicit Auctor ad Fresonum *Drechterensium* rebellionem, qua de diximus ad a. 1132. quam identidem repetierunt, nec ante quieverunt, quam hoc anno penitus compressi ac devicti sunt, et cum reliquis *Fresonibus sub una pace* sive *sub eadem* agniti Dominii *formulâ* fuerunt comprehensi. Sic enim explicari debent verba, *et omnes Fresones sub una pace fuerunt*, uti recte cepit M. STOKE L. II. vs. 461. sqq. p. 325.

Maecten de van Drechter lant
In zoendinghe vasten bant
Jeghen Grave Florence/ de xxx jaer
Ghehouden hadden torloghe zwaer;
En ALLE DE WEST VRIESEN mede
Quamen onder ZINE MOGHENTHEDE.

Rectum igitur est *una pace*, nec mutandum in *ima*. Cf. HVYD. ad l. l. p. 395.

81) *Sororem Regis*] Ita recte Noster *Soror*, nempe Regis Milcolumbi, non *filia*, ut male STOKIVS et BEKA, ut iam monuit V. D. HVYDEC. ad STOK. II. 470. p. 397. qui et *Adae* Genealogiam L. IV. vs. 795. T. II. p. 322. deduxit, hoc modo:

David, Rex Scotorum †. 1153.

Henricus, ante patrem †. 1152.

Milcolumbus IV. Rex †. 1165.	Willem †. 1214.	ADA uxor Florentii III. Comitis Holl.	David, Comes Huntington.

Vnde liquet, recte dici *Sororem* Regis *Milcolumbi* IV. Pluribus ibidem Vir ille doctus de *Iure*, quod hinc sibi *Florentius* V. Comes petiit in vacans Scotiae Regnum: qua de re quum ex *Iure Successionis* in alodiis ratiocinetur, aërem verberat. Ignoravit Vir Illustr., Poëticae et Literaturae Belgicae alioquin egregie callens, haec

natu, et militia w advectam duxit uxorem. Eodem anno idem Comes inspiratione divina compunctus recognovit, patrem suum in hoc errasse, quod Capellano suo Thidboldo Flardinge Ecclesiam 82) x violenter magis quam iuste tradiderat y, et obtulit eam cum fratre suo *Roberto* 83) Ecclesiae Ekmundensi, quam quon-

w Tria haec desunt Sw. Ma. B. Mox *in avectam* Ma. Non habet *quodam* Ma. x *Schildboldo Florlirghen* Sw. *Schildboldo* B. *Flendirghen eccl. suam* Ma. qui in not. „*Flardinghe*, ex Charta Theoderici Com. a. 1083. y *Viol. abstulerat, quam ei post. iuste tradiderat* Sw. Ma. B.

haec non ex hodierno successionis iure per *stirpes* vel per *gradus* diiudicari debere, sed ex *iure feodali* istis temporibus usitato. Ipse enim consentit, quatuor primarios competitores fuisse legitimos liberos *Henrici*; quorum *tres* ius suum derivabant a *filio Henrico*, quartus (qui hic *Florentius* noster est) a *filia Henrici* ADA. Tamdiu igitur nullum *Florentio* ius, quamdiu ex *filio* stirps esset reliqua. Talia ignorare in nostris huius aevi historiis non licet. De liberis ex hoc *Adae* matrimonio cum *Florentio* III. natis praeter *Annal. Egm.* C. 26. vid. *Dissertat. Critico-Geneal.* No. II. in *Florentio* III.

82) *Flardinge Ecclesiam*] Donationis huius Chartam profero in Probb. ad a. 1162. eamque a criminationibus Viri cuiusdam Docti vindico.

83) *Roberto*] De hoc *Roberto*, filio Comitis Theod. naturali confer *Dissert. Critico-Geneal.* N°. II.

84) *Filiabus*] Nota restitutionem Ecclesiae Flardingensis, quam *Arnulfus cum filiabus* suis dederat Egmundae. Ipsa restitutoria Charta hoc a. 1162. in *Cod. Probb.* eadem de *Arnulfo* Comite testatur, uti et Diederici V. a. 1083. De *filiabus* vero tacet. Quod quum addat Auctor, satis hoc argumento est, eum ipsam Donationis *Arnulfinae* Chartam oculis vidisse, in quibus vel expressa Arnulfi *filiarum* mentio fuerit, vel tamquam *testes* assenserint.

85) *MCLXV.*] Omisit hoc M. STOKE L. II. vs. 486. quod non intactum reliquit BVCHEL. ad HED. p. 174. (f). *Anno X.*, inquit, *Episcopatus Godefridi, ut est in* CHRON. BELG. M. *ubi ea res causaeque propius discussae. Sed mirum nihil ab Aemylio Stokio de hac controversia scriptum inveniri; cum Annales vulgares, Barlandus, Suoyus, Vbbo Emmius, Chronicon innominati Clerici, et ante hos Beka illius meminerint; nec Gerbrandus Leidensis intactam reliquerit.*

86) *Florentium*] Episcopo admodum presso et ad incitas redacto a. 1163. vel 1164. opem tulerat Florentius Comes Holl. Vid. p. 107. not. 70. Vndenam igitur hoc anno 1165. tam cito tot ac tantae inimicitiae ac rixae? Quod priusquam inquiramus, videamus primo qua de re quaestio fuerit et simul rei veritatem. W. HEDA p. 171. *Haud longe postquam haec res acta est* [liberatio Episcopi per *Comitem Holl.* et transactio cum Groninganis a. 1164.] *suboritur inter* GODEFRIDVM *Episcopum atque* FLORENTIVM *Comitem non modica discordia, occasione eius partis Orientalis Frisiae, quae Lavicae fluv. adiacet, quam Carolus et Lotharius Aug. Comitibus Hollandiae, alii vero Imp. Episcopis atque Ecclesiae Traiectensi tradidere. At Florentius sibi totum vendicabat. Episcopus se videns viribus inferiorem, invocat Caesarem Fredericum, qui descendens hauт, quae sequitur, ex aequo edixit Concordiam.* Idem non modo pluribus confirmant BEKA p. 54. IO.

A

quondam *Arnulfus* Comes cum filiabus 84) suis eidem Ecclesiae Ekmundensi contulerat [z].

MCLXV. 85) Imperator *Fredericus* Traiectum veniens Episcopum Traiectensem *Godefridum* et *Florentium* 86) Co-

z Douz. ad C. M. ex MS. addit: „Et quia eadem Ecclesia sub banno primum tradita fuerat, Dominus Wiboldus Abbas cum omnibus Presbyteris, albis induti stolis circumdatis, eum et patrem eius banno absolvit." cf. a. DCCCCLXXXVIII.

A. 1163. A festo S. Laurentii usque ad S. Martini continua pluvia fuit, ita ut omnes paene fructus in agris putrescerent, annonae, fabae, et pisae. Eodem anno in festo S. Thomae Apostoli maxima inundatio fluctuum facta: adeo ut in quibusdam villis Hoitlandiae (quae mari nimis vicina est) nulla domus tuta remaneret: sed et domus et burgi, quibus frumenta condebantur, violentia fluctuum abducerentur, et ingentes massae glaciei cum impetu vehementi sibi succedentes omnia mergerent, involverent et propellerent. In Fresia etiam superiori, quae Saxoniae contermina est, et vocatur Morsatia [l. *Stormaria*, Douz. l. *Marsatia* aut *Holsatia*, Scriv.] et in ipsa Saxonia tanta inundatio eodem tempore fuit, ut nullum aedificium Ecclesiarum vel domorum homines ab interitu defendere potuerit; sed omnes fluctibus involverentur cum omnibus rebus suis, exceptis his, qui navigio vix effugere potuerunt."

A LEID. *Chron.* XVIII. 3. et qui praeterea laudantur *nota praeced.*, sed et ipsa Concordiae Charta ab Imper. Frederico data id docet, ubi ait Imperator: *Controversias, quae inter Godefridum venerabilem Traiectensem Episcopum, et Florentium Comitem Hollandiae de COMITATV FRISONVM agitabatur, nos de consilio Curiae et fidelium nostrorum concorditer decidentes*—. Coniicit autem Vir D. WAGEN. *Vad. Hist.* T. II. p. 243., has contentiones ortas esse ex praecedente ope Episcopo praestita, vel ex alio antecedente pacto auxiliari; quasi nimirum Episcopus *Florentio*, si hic ab eius partibus staret, promisisset, daturum se huic *Comitatum Frisiae*, quem Rex *Conradus* a. 1145. Traiectensi iterum Ecclesiae donaverat, confirmaveratque, ex Charta HED. p. 166. Quod fieri potest. Episcopus autem, animadverso, *Florentium* serio urgere, ipsumque premere, Imperatoris *Frederici* auxilium implorat, qui *Traiectum veniens* hos eo modo reconciliavit, ut *Comitatus Frisonum*, i. e. *Oostergovia et Westergovia*, hactenus inter Episcopum et Comitem controversus 1°. *inter utrumque* AEQVALITER *divideretur in commodis et incommodis*; 2°. ut *utriusque nomine Comes aliquis cum banno Imperatoris constitueretur; si vero dissentiant, pro illis Imperator* aliquem *eligeret*; 3°. ut *duo Advocati constituerentur*; 4°. ut *ab introitu Episcopi et Comitis per VIII. Septimanas Comes eorum exerceret Comitatus iusticias*; 5°. ut *ambo mense Maio intrarent, et Iudicia Civilia inchoarentur; finitis vero civilibus Ecclesiastica sequerentur*. Haec et alia complectitur Charta, quam habet non modo W. HEDA p. 171–173. sed etiam JO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XVIII. C. 3. LVNIG *Reichs—Archiv, parte spec. der andern Contin. dritte Fortsetzung* (T. X. part. alt.) p. 492. sq. item *Spic. Sec.* P. 2. (Vol. 23.) p. 1859. *Supplement au Corps universel Diplomatique de* Mr. DV MONT, *continué* par MR. ROVSSET, Tome I. Partie I. (Amsteld. et Hag. 1739.) p. 55. sqq. MIERIS *Cod. Diplom. Com. Holl.* T. I. p. 110. et hinc JVNG. *Cod. Diplom.* p. 23. sqq. sive Part. II. *Com. Benth. Antiq.* Data haec Charta legitur a. 1166. pro quo tamen BVCHELIVS ad HED. p. 174. (h) *in quibusdam exemplaribus MSS. et suis etiam Schedis* testatur *invenisse* annum 1165. qui omnino probus, et congruus narrationi Nostri Chronici, qui hoc anno Fredericum Imp. *Traiectum* venisse testatur, et a. 1166. Florentium a-

lios-

Comitem Hollandiae post grandes inimicitias reconciliavit 87).
MCLXVI.

liorsum avocatum narrat. Consentit etiam OCCO SCARLENS. L. II. fol. 27. a. immo ex ipsa BVCHELII nota p. 174. conficias, vitiose p. 173. in Charta legi MCLXVI. pro MCLXV. Haec ideo pluribus dedi, quia haec Charta, quam genuinam esse, in dubium vocabit nemo cordatus, clarissime docet, 1. quis fuerit status publicus *Frisiae Orientalis* inter Flevum et Lavicam Sec. XII: et quis huius supremus fuerit Dominus, nempe Imperator; adeoque ad aniles fabulas, ad Anticyrasque relegandas esse ineptias illas, quas de *Frisiorum* per haec tempora *libertate* VBBO EMMIVS, eiusque sequaces nobis narraverunt. 2. Quidquid Frisiorum Scriptores de eligendo sibi *Comite*, seu *Potestate* liberis suffragiis creando narrant, illud ad seriora demum tempora et sequens seculum XIII. pertinere, quando assiduae *Episcoporum Comitumque* inter sese digladiationes ac contentiones ipsae in caussa fuerunt, cur huiusmodi pactiones nullum sortitae sint effectum, ut iam monuit WAGENAR. *Vad. Hist.* T. II. p. 245, ex eodem EMMIO, Viro ceteroqui doctissimo sed Frisiis suis nimium semper favente. Dissidii enim materies ab hoc tempore non fuit sublata, sed indies crevit, docente iam id ad a. 1170. BVCHELIO ad HED. p. 174. not. h). Cf. D. V. JVNG. *Comit. Bentheim.* p. 196. sq. Denique 3. quidquid Scriptores seriores de *introitu Comitis* in Frisiam per *Sudermudam*, secundum *Stavoram*, in iisque insulsus ille et genuinae Comitum historiae penitus rudis Scriptor Belgicus, cui titulus: *Begin, voortgang, ende eind der vrije ende der gewaande Erfgravelike Bedieninge*, 8. Amst. 1683. scriptitarunt, tamquam istud *antiquissimum* Comitatus Frisici *Regimen* fuerit: illud omne originem trahere ex hac dicta *Frederici* Imperatoris *Transactione*, qua haec mandantur ac praescribuntur Comiti, ut finis litium inter *Episcopum* et *Comitem* esset; non vero ut inde quidquam iuris aut lucri ipsis Frisiis vel eorum Democratiae accederet. Sed haec omnia clariore luce donabuntur, ubi de *Frisiae statu libero* agam in *Dissertat.* V. *de Rebus in Frisia gestis.* Quod vero spectat ad hanc controversiam; satis nunc est docere, non ita penitus hanc cessasse, quin a. 1204. eadem de re nova pacta intervenerint, teste Charta, quam ex Archivis summi Collegii Trai. integram produxit BVCH. ad HED. p. 190. qua Episcopus Trai. cum Ludovico Losfensi sic paciscitur: *De Comitatu Frisiae in Oostergo et Westergo et in Staveren, hoc est adiectum, quod Compositio ordinata inter Godefridum Episcopum et Comitem Florentium inviolabiliter observabitur: quae talis est* etc. Haec de priore Contentione; fuit et altera rixae materia eodem tempore sopita: de qua vide not. seq.

87) *Reconciliavit*]. Fuit hoc anno altera Contentio inter Episcopum et Comitem, iterum non nisi interveniente Imperatore sopita, nec aliter sopienda, de *alveo Rheni obstructo*: quam rem meminit etiam *Margo Codicis MS.* variis modis. Habet enim eadem, ut videtur, *Codicis Meermann.* MS. manus in margine haec. *His temporibus S. Frederici A. Dni MCLXV. obtenta fuit sententia obstruendi Renum in Wijc.* Addit SCRIV. *A.* 1165. *Rheni alveus in Wijc obstructus.* At antiqua perquam manu haec in calce paginae habentur: „*Anno Domini* 1165. *indict.* 13. *regnante domino Frederico Rom. Imperatore victoriosissimo anno regni eius* 13. *Imperii vero* 11. *fuit optentum ab eodem, ut meatus Reni in Wiic obstrueretur.* At, quod velim notes, in eodem meo Cod. MS. ad a. 1152. post vocem *Successit*, antiquissima etiam manu, quae multum ex ipsius Scriptoris calamo trahit, scriptum invenitur: *His temporibus S. Frederici anno Domini* 1154. [aliis literis additur: MCLXV] *optenta fuit senten-*

MCLXVI. Fresones Occidentales 88), qui habitant trans vadum; qui

P

sententia obstruendi Renum in Wic. Chartam habes in HEDA p. 181. sq. De re ipsa vid. WAGEN. *Vad. Hist.* T. II. p. 246. Nunc modo observa, 1°. obstructionem Rheni ad *Wicum* sive *Dorestadum* non hoc demum anno esse factam, sed eam, *quae antiquitus facta erat*, confirmatam: unde, si *antiquitus* iam obstructus illic fuit Rheni veteris alveus, sponte fluit, exitum Rheni, ad Catwicum in mare olim illabentis, et qui Romanorum temporibus teste TACITO *et nomen et cursus sui violentiam servabat*, *Ann.* II. 6. tunc tam exigui fuisse momenti, ut ad exonerandas Rheni *aquas Aquaeductus ad Nodam* (nunc de *Krebbe*) fieri debuerit, ut *aqua Rheni per eundem meatum effluens in Mare* (Austrinum), *ibi vicinum*, *sine laesione in perpetuum fluat et decurrat*, ut verba Privilegii *Friderici* Regis habent. 2°. Rebus his componendis intervenisse Auctoritatem Imperatoriam, idque petitione *Principum Imperii*, vidl. GODEFRIDI *Episc. Traiect.*, FLORENTII *Comitis Holland.*, teste *ibid.* Charta. Dedit tamen haec ipsa res postea plures etiam Contentiones et calamitates: de quibus Vid. Chart. a. 1204. a. 1225. in BUCH. ad HED. p. 188. 190. et 200. WILHELM. PROCUR. *Chron.* p. 586. 587. inf. l. 3. 591. 630. 3°. Quod diversitatem annorum 1154. et 1165. attinet, conciliari fortasse ita posset, ut sententia Imperatoris *Conradi*, praedecessoris sui, obtinuerit quidem a. 1154., sed res demum a. 1165. post memoratas rixas plenum sortita sit effectum. Praeterea autem in eadem Charta habetur: *Aliam quoque obstructionem Rheni, quam Comes Hollandiae in loco, qui dicitur Stekede sive Swadeburg [hodie Swammerdam] iniuste et violenter erexerat, et fecerat, per quam etiam innumerabilium hominum et locorum submersiones frequenter evenerunt, nos ex iudicio Curiae nostrae cassavimus et penitus destrui praecepimus* cett. unde patet, aliam etiam circa Rheni defluxum versus Catwicum controversiam exstitisse; quae saepius recruduit, ut patet ex Conventione inter Episc. Trai. et Comitem Lossens. a. 1204. apud HED. p. 190. *Comes de Loon et Homines sui iuramento promiserunt, quod de cetero nulla unquam occasione Rhenus apud Swatburg obstruetur.* Idem eod. anno promisit *Wilhelmus* Com. Holl. p. 188. Vnde videas, quanti momenti habita res sit Episcopo. Non convenit autem inter Doctos de tempore obstructi ad Catwicum Ostii Rheni. Verum si haec verba rite pensiculemus, in oculum occurrit, Rheni Ostium etsi multum iam coarctatum, ope cum clicis de Lekka, tum obstructi Rheni ad Dorestadum, tum porro facti ad Nodam novi Aquaeductus, tamen hoc seculo nondum penitus exaruisse, neque occlusum esse; sed pedetentim aquis ei subtractis evanuisse. Quam in rem legi digna est coniectura CORN. VELSEN *Rivierkundige Verhandeling*, Amst. 8°. p. 112. sqq. De Rheno ad Catwicum obstructo nonnulla dedit Vir Cel. J. DE RHOER, Dissert. *super Dorestade*, quam sententiae Viri Ill. HUYDECOP. opposuit, Tom. V. *Societ. Vlissing.* p. 407. In quodam Libr. MS., qui MATTHAEI VOSSII olim fuisse dicitur, qui multa habet excerpta ex Registris et Archivis Hollandiae, haec etiam fol. 158. vs. leguntur: *Anno* 1395. *verbyet H. Aelbrecht den geenen dye van Catwyck wtvaeren ter zee om hore Coopmanschap dat nyemant den anderen* etc. In margine autem notatur: DE RIJN IN DE ZEE, i. e. Rhenus in mare illabens. Quod an his verbis elici possit, alii videant. Interim absurdam eorum opinionem, qui censeant, *Rheni* ostium iuxta Catwicum nullum unquam penitus exstitisse, confutavit Vir Doct. FRANCQ VAN BERKHEY *Hist. Natur. Holl.* Belg. T. I. Cap. 3. id

qui *Occenvorth* dicitur, eundem vadum [a] transeuntes in multitudine gravi, armati ut solent galeis clavatis, clipeis, mucronibus et venabulis, in agris opiduli 89), quod Alcmare [b] dicitur, conscenderunt; quorum enormi multitudine visa, omnes, qui Alcmariensibus ad auxilium venerant, se subtraxerunt, et solos cives Vici illius ab hostibus circumclusos [c] in extremo vitae periculo reliquerunt. Fresones autem omnes domos eorum omni suppellectili iam dudum evacuatas combusserunt, nihil aedificii relinquentes, excepta Ecclesia, cui ex communi [d] consilio 90) pepercerunt. Ipsi autem Alcmarienses, videntes se alieno destitutos auxilio, accensi sunt viriliter et constanter pugnare pro patria, et fere octoginta viri electissimi omnes adversa fronte occisi, felici ut speramus compendio pro morte vitam mercati sunt. Si enim pugnare pro patria, virtutis est; pro patria mori, felicitatis est. Hoc autem exterminium [e] caedis vel incendii

a Quinque hae voces desunt Sw. Ma. B. b *Alcmaer* Sw. Ma. *Contender.* mox C. M. *Quarum* Ma. c *Conclusos* Sw. Ma. B. unde modo *Alcmariens.* uti mox C. M. *Vitae loculo* B. d *Omni* Sw. B. Ma. qui id vidit. Mox *octingenti* cum Burg. Melius Noster, unde A LEID. et BEKA. Mox *Concambio* S. S. ex conj. e *Extravisum* Sw. Ma. *extravisum* B. *excursionem* conj. Sw.

id quod tamen nihil derogat eorum sententiae, qui putent, Rhenum non per unum illud os Catvicense, sed aliis quoque capitibus, tam natura quam arte manuque factis, in mare effluxisse. Vid. Ill. Marchio DE ST. SIMON, praefat. Op. cui titulus: *Histoire de la Guerre des Bataves et des Romains*, laud. a DE RHOER ib. p. 410.

88) *Fresones Occidentales*] Orientales. Jo. à Leydis *lib.* 18. *cap. ult. cum infinitis praeliatoribus vadum transeuntes*, ibid. *vadum Ochenvord transeuntes.* Beka ad h. Ann. Memoriam loci, ut Buchelius ibi putat, servat locus *den Ottendyk*, haud ita longe ab Alcmaria. MATTH.

Recte hoc! Cfer PIKELENBERG, *Gedaante van Westfriesland*, 4°. a. 1714. §. LII. sqq. Adde quae dicam ad p. sq. not. 93.) Plura simul complexus est HEDA p. 173. *Hoc quoque tempore, scil. MCLXI.* [lege MCLXVI.] *Frisii vadum Okenwoerd transeuntes, grassantur in Hollandiam. Inter quos et Florentium aliquot annis sub vario fortunae eventu praeliatum est. Tandem vastata Winckel cum Niedorp, et Texalia et Wieringia insulis subactis a Florentio Frisii ad pacis conditiones coacti sunt.* cf. WAG. *Vad. Hist.* II. p. 261.

89) *Opiduli*] Nota, *Opidulum* hic vocari *Alcmare*, etsi mox sequatur: *cives Vici illius*: unde liquet, parum posse confidi accuratae harum vocum per haec tempora determinationi. *Alcmare* est *opidulum*, est et *vicus.* Vox adiecta tamen *civium* satis indicat statum huius opiduli. STOK. II. vs. 490. vocat *poort* et *portekijn*. i. e. *opidulum*.

90) *Communi consilio*] Sic pro *omni* iam coniecerat MATTH., uti et pro *octingenti* legen-

dii Fresones fecerunt in vindictam iniuriae; quam consortes et concives eorum Fresones de *Scaghen* [f] eodem anno 91) post natalem Christi passi fuerunt a Militibus de *Herlem*, et sociis eorum, qui domos illorum combusserunt, iumenta abduxerunt, et ipsos homines quasi pecora inermes et inprovisos lanceis et gladiis perfoderunt, vel captos minus, quam decebat, misericorditer [g] tractaverunt.

MCLXVII. Mulier quaedam [h] coeca de Aquisgrani veniens ad Sancti Adalberti coenobium in itinere meritis eius sanata est. Eodem anno 92) in villa Ekmunda natus est agnus unum caput habens, et duas partes posteriores, sex pedes et duas caudas, qui, visus a multis, cunctis intuentibus spectaculo fuit; et cum portentum aliquid soleat portendere vel significare, creditum est quibusdam per duas agni partes significari *Comitatum Hollandensem* scilicet et *Fresonicum* 93), qui cum utrique ad unum pertineant

f „F. *apud Saenden* vel *apud villam de Sanden*, vel *Fresonibus de Drechten*" S. S. mox *sunt* Sw. Ma. g *Immiseric.* C. M. *Nimis* pro *minus* D. et S. S. h *Quae* Sw. Ma. B.

legendum vidit *octoginta viri*, infra, ex l. l. JO. A LEYD. et BEKA. Ac sic etiam M. STOKE L. II. vs. 507. c. not. *Editoris* p. 398. et p. 607.

91) *Eodem anno*] Beka ait *pridem*, non autem *eodem anno*. Verba ejus haec sunt: *solam quidem ecclesiam incombustam de communi beneplacito reliquerunt, ita quod nongenti Frisones sufficienter essent ulti, qui pridem à militibus de Haerlem, ut praedicitur, sunt occisi.* Respicit ergo ad id, quod et ipse et quod Auctor habet supra ad Ann. 1155. MATTH.

V. D. SCRIVERIUS in marg. *Cod. Mierm.* nos etiam reiicit ad a. 1155. Quod tamen pugnat disertis Nostri verbis, et STOKIO II. vs. 517. ubi *eodem anno* res contigisse narratur; unde discimus hoc anno *post Christi diem natalem* stragem fuisse editam. Idem etiam monet V. D. HUYDEC. ad STOK. T. I. p. 399. Dictio vero *eodem anno post Natalem Christi* aeque facile significare potest dies intermedios 25. Dec. 1165. et 1. Ian. 1166. quam d. 25. Dec. 1166. si annum ab 25. Dec. inchoas. Posterius tamen malim, ut vindicta sumta sit ineunte anno 1167. ex stilo Francico adhuc 1166. Per *Milites* autem *de Herlem* hic *homines* intelligi *Equestris Ordinis* sive *Nobiles*, non est quod rerum gnaros moneam. Iunguntur hinc paullo post. p. 118. l. 6. *Nobiles et probi* [i. e. strenui] *Milites*. Immo M. STOKE L. II. vs. 613. *ietsel Ridderen* vocat, qui hic p. 120. l. 6. *paucissimi Milites* audiunt.

92) *Eodem anno*] Nempe natus est hic agnus principio anni 1168. qui usque ad *Pascha* adhuc sub nota anni 1167. currebat ex stilo Francico, quem hic sequitur scriptor. Vide quae dixi ad p. 118. not. 98.)

93) *Comitatum Hollandensem et Fresonicum*] En! testimonium coaevi Scriptoris de *duobus Comitatibus*, quos nostri Comites habuerunt: *utrique*, enim ait, *ad unum Comitem*

neant Comitem, dividuntur [i] tamen plerumque inter se per hostilem discordiam. Cuius utriusque populi confinium et quasi divisio est *villa Ekmundensis*, ubi apparuit monstrum discordiae et divisionis, quae ipso tempore tanta fuit, ut alter populus alteri vicissim et vitam et omnia sua, si posset, auferre non dubitaret.

MCLXVIII. *Florentius* decimus Comes Hollandensis brumali tempore 94) cum maxima manu militum et peditum veniens in villam, quae *Scorla* [k] dicitur, Fresonibus contiguam, deliberavit et consilium iniit, qualiter eosdem Fresones sibi resistentes [l] bello aggre-

i Vterque —— *pertineat* —— *dividitur* Sw. Ma. B. *Cuius* deest. Etiam reliqua usque ad *Villa* B. *k Scheerla*, *Scheerle* Sw. Ma. B. Hodie *Scherel*. *l Fris. exeuntes* Sw. Ma. *Fr. ibi exeuntes* B. qui mox *Milites ut pr.*

tem pertinent : DIVIDVNTVR *tamen plerumque inter se per hostilem discordiam.* Vnde manifestum est, quo sensu Noster scripserit ad a. 1063. *Robertum* Frisonem per nuptias cum Gertrude *acquisivisse Comitatum Hollandiae et Frisiae.* Et hinc recte etiam hunc locum M. STOKE L. II. VS. 532. sqq. describens ait:

Wouden die twee enden beduden
Hollant ende Vrieslant/
Dat met rechte tot ere hant
Hoesden soude al over een
Ende met stride hem scieden in tween.

i. e. *duas partes portendebat Hollandiam ac Frisiam, quae iure sub uno stabant Domino, sed per discordiam in duas separabantur partes.* Vbi vero fines sive confinia utriusque Comitatus? Indicat ea statim aequalis scriptor; *utriusque populi confinium et quasi divisio est* VILLA EKMVNDENSIS. Quae verba si conferantur cum aliis duobis locis, videbis, qualis ad mare fuerit *Frisiae* late sumta ab *Hollandia* distinctio. Prior locus ad a. 1168. l. 3. vocat *villam Scorlam*, quo venerat Comes, *Fresonibus contiguam.* Alter est ad a. 1169. pr. ubi *Fresones Vadum transeuntes Alcmariam combussisse* leguntur; per quod *vadum* intelligi *vadum Rekere* docet Nota adiecta. Quum igitur *Scorla* non pertineat ad *Westfrisiam*, et Fresones *Vadum Rekere* transeuntes Alcmariam petierint: hinc consequens est, *Westfrisiam* recta linea ab *Hollandia* sive *Kenemariae* terminis discriminatam esse inde a vico *Petten*, secundum Vadum illud *Rekere*, usque ad *Alcmariam*, uti hos fines accuratissime etiam expressit S. EIKELENBERG in Commentatione Belgica, *Gedaante en Gesteldheid van Westvriesland voor den Jaare MCCC.* 4°. cum adiecta *Tabula Geographica*, cui assensum praebuit et lucem adiecit V. D. HVYDEC. ad M. STOKE T. I. p. 514. —516. qui tamen, quum p. 517. ait, hoc tempore eo usque sese iam *Hollandiam* extendisse, ac propterea hic sermonem esse de „ *Holland, en niet van* KENMERLAND, „ *dat zich te dier tyd zekerlijk niet heeft uitgestrekt tot* ALKMAAR, *veel min tot* SCHOREL *of* PETTEN *toe*", in eo antiquum obtinet, negando id, quod tam probis Rerum et Scriptorum monumentis nititur, ut, quomodo in mentem viro Illus-

tri

grederetur. In ea mora deliberationis quidam electissimi *Milites* vel privati homines constantes et audacissimi impetum animi sui non ferentes, inermes in equis m Comite dissuadente, prosiluerunt, et villam Fresonum, quae *Scagen* dicitur, incenderunt. Fresones autem, in insidiis positi, domorum suarum iacturam facilem habuerunt, dummodo inimicos suos concluderent, et reditum eorum interciperent. Cumque hostes incendiis et praedae n intenti ea, quae retro fuerant, obliviscentes, in anteriora contenderent et quasi fugientes persequerentur o, de latibulis egressi Frisones vias, quibus erant redituri, occupaverunt, et redire parantibus

m *In aquis* Sw. Ma. B. n *Insidiis pridem*, et mox *conscenderent* Sw. Ma. B. o Marg. Ma. „ Locus hic, unde incipit Manuscriptum, quo usus sum", Douz. ad C. M. „Hinc initium fit Chronici illius membranacei calamo exarati in folio, quo Miropius Pontifex Harlemensis [Nicolaum de Nova terra alicubi vocat Matth.] usus aliquando; cuius bona pars non aliunde quam hinc transscripta apparet". Scriv. ibid. „et mutilum est in principio duobus foliis, ablatis et detritis". Westphalen haec addit. „ Hoc Pergamenum in folio antiqua Latina litera scriptum, habui, legi, et huic Pieter a Scriverio adiunxi. Itaque hoc rarius illo, et est penes heredes Scriverii". Est hic igitur Codex, qui complectitur interpolationes WILHELMI PROCVRATORIS.

tri venire potuerit, nesciam; nisi forte ludat in voce *Kennemervolgers*, quam vocem optime docuit non respicere ad ipsos *Kenemarios*, sed serioris esse aevi, et significare tantum eos, qui eodem ac *Kenemarenses* iure gaudebant. At *Kenemariam* pertinuisse ab *Alcmaria* usque ad *Harlemum*, tam certum est quam quod certissimum. Sed quatenus eadem *Kenemaria* sub *Hollandiae* Comite accensita fuit, eatenus dici quidem *Hollandia* potest ad *Alcmariam* se extendisse; quamquam peculiarem in hanc *Praesidem* mittere solebat Comes; non vero alio sensu. Et hinc etiam ad a. 1155. p. 102. recte dicuntur *Fresones de Drechterne* FINES *Comitatus Hollandensis invadentes, inde ad villam* SANDEN *processisse*. Confer *ibid.* not. et *Dissertat. Geographic.* No. IX. Porro *Kenemaria* proprie dicta ut ab *Harlemo* ad *Alcmariam* porrigebatur, sic reliqua contra terra ab *Harlemo* ad meridiem versus iterum duas in partes tunc temporis dispescebatur, nempe alteram *Noordhollandiam*, quae ab *Harlemo* usque ad Isalam prope *Roterodamum*, se extendebat; alteram *Zuidhollandiam*, cuius adhuc noti sunt fines; quamquam postea Catachrestice omnis haec terra *Hollandia* dicta est, pars vero Westfrisiae et Kenemaria, saltem usu vulgari, hodie *Noordhollandia* appellatur.

94) *Brumali tempore*] Intellige *Brumam* sive hiemem elabentis huius anni 1168. et ineuntem annum 1169.; quandoquidem apud Nostrum initium anni computatur saepe a Paschate. Sic ad a. 1075. narratur obiisse Godefridus Dux *V. Kal. Mart.* qui tamen 26. Febr. 1076. obiit. Et sic satis recte ad h. a. in fine caedes, cui interfuit Comes, *Schorlae* contigit d. 22. *Ian.* a. 1169. V. WAGEN. T. II. p. 261. sq. Vnde corruunt omnia absurda, quae v. DOCT. ad STOKE T. I. p. 518 — 524. commentus est, ut statim aperte videbimus.

95)

tibus maxima multitudine constipati in faciem restiterunt. Sed quidam militum [p], denso agmine facto, animam suam ponentes in manibus suis, in confertissimos [q] hostes irruperunt et redierunt illaesi ad Comitem. Alii omnes [r] exceptis paucissimis captivatis occisi sunt, et facta est maxima [s] strages electissimorum virorum. Ex his Nobiles et probi Milites corruerunt, *Symon* 95) *de Antwarpia* iuvenis (et) incomparabilis pulchritudinis [t], *Wilhelmus de*

[p] *Sed quid? milites* Sw. Matth. nunc porro melius consentit cum C. M. nisi quatenus copiosius, ex interpolatione nimirum *Wilhelmi Procuratoris*, cuius hoc vel exemplar vel apographum in folio fuit. [q] Ita Sw. Ma. D. et Scriv. ad C. M. Sed *fortissimos* C. M. [r] *Homines* C. M. Vulgatum est ex Ma. Sw. B. [s] *Magna* Ma. et S. S. ex MS. fol.. [t] *Iuvenis incomp. fortitudinis* Sw. tum omissis sequentibus, pergit *Florentius et Alardus de H.* Vulgatum est ex 2. MSS. C. M. et MS. fol., consentiente ARM. STOKE. Ma. etiam *et* post *Iuvenis* omittit. Forte *incomp. pulchr.* pertinent ad seqq. *fortitud.* B.

95) *Symon* cett.] Enumerant eosdem cum nonnulla nominum diversitate BEKA p. 54. et ALEID. XVIII, 7.

96) *Iuvenis*] MATTH. explicat per *de Jongbe*. Belg. sonat *Ionker*, *Domicellus*.

97) *Everhard. de Northeke*] Al. *Evert van Norteke*. *Noortwyck* est apud JO. A LEYDIS *d. loc.* *Noortighem* apud SWEERTIUM. *Norticb* apud BEKAM. MATTH. Quidquid scripseris, eodem redit. Indicantur Nobiles Domini *de Noortwijk*.

98) *In die Vincentii Martiris*] Id est 22. Ian. a. 1169. de die consentiente HUYD. ad STOK. T. I. p. 315. 318. Ita simpliciter Chron. noster. Quae vero praeterea in Ed. MATTH. et *MS. fol.*, unde is sua derivavit, adduntur: *contigit autem haec caedes* XI. KAL. FEBRUARII, *die S. Vincentii Martyris*, QUAE ERAT FERIA II; non sunt Nostri, sed originem debent interpolationi ac depravationi WILHELMI PROCURATORIS, qui omnem rerum gestarum seriem hinc vehementer invertit. Is enim quum hanc caedem adscriptam videret ad a. 1168. de suo haec adiecit, quia dies *S. Vincentii* quidem incidebat a. 1168. in *Feriam II.*, non item a. 1169. qui hic innuitur. Magnopere tamen V. D. HUYDEC. hoc scholio, (*quae erat feria II.*) l. l. p. 315. f. exsultavit: *die vier woorden*, inquit, *van Meerbout*, (*quae erat feria II.*) *zijn bonderd marken waardig*! Et quare? ob duas, inquit, veritates [ego dixerim errores] inde eliciendas. Nempè 1°. „ monstrosum illud „ agni prodigium (ex eius sententia) ap- „ paruit a. 1167. ipsa vero caedes *die Vin-* „ *centii* d. 22. Ian. 1168. *anno* necdum *e-* „ *lapso*. Errat ergo, inquit, WAGEN. *Vad.* „ *Hist.*, qui caedem statuit d. 22. Ian. „ 1169. Vid. HUYD. T. I. p. 518. cf. 315. „ 2°. si caedes, cui interfuit *Florentius*, „ die 22. *Ian.* 1168. contigit, tunc obti- „ nebat Vir Doct., falsa esse omnia, „ quae de captivitate Florentii apud „ *Flandros* usque ad d. 27. Febr. 1168. „ narrat WAGEN. T. II. 248. sqq. Con- „ ficta quoque tunc et falsa illa *Charta de-* „ *diticia*, cuius ope *Florentius* a. 1168. sit „ relaxatus, quam integram dedit WAGEN. „ p. 251. — 259". Sed in utroque crassissime errat ipse, et iniurius est in *Wagenarium*. Verum quia non decet redarguere sine probatione, videamus argumenta, quae contra *Chartae* authentiam profert. Res longiore disquisitione digna est, tum ut historiae sua maneat integritas, tum

de Vorbolte, Badrannus de Harlem, [a] *Gerardus Dapifer, Florentius Rost* [v], *Alardus de Ekmunda, Bruno de Kastrikem, Gerardus* Iuvenis 96) *de Monstre, Everhardus de Northeke* [w] 97). Corpora vero occisorum diversis confossa vulneribus Ekmundam ad tumulandum [x] relata, et monachis et laicis et maxime Comiti, lamentabile praebuerunt spectaculum. Nec elapsus est integer annus ab agni spectaculo ad spectaculum defunctorum. Contigit autem haec caedes in die Vincentii Martiris [y] 98).

MCLXVIIII.

a *Bradannus* B. *Baldrannus* S. S. *AL.* MS. *Balduinus* Bek. et I. a Leid. „ In margine erat, *AL. Brandanus*”, Ma. margo. Verbo *Dapifer* superscriptum erat *Drossart.* Alii *Schenker.* „S. S. manu sua *Drossaert*”. Vnde conicio, Scriverii manum in hoc fol. MS. apparere. v *Al. Roest.* al. *Rust. Roescher* Beka. *Ruysk. Ruuscher.* „S. S. Jo. a. Leid. L. XVIII, 7. *Ruych.* Snoyus *Florentius Roetselarius.* Perperam hoc, puto, et ex seqq. *Rost, Alardus* conflatum. Notum tamen seriore aevo hoc nomen est ex MATTH. vet. test. in ANAL. T. II; p. 271, sq. ubi: *de Rotselaer Miles, et Domicellus Henricus de Rotselaer — Maria de Rotselaer.* w *Castrichem* et *Noorthigem* Sw. B. *Kasterkem — Noorteke* Ma. *Noertich* S. et D. at *Noortwyck* Jo. a Leid. Ma. marg. Beka *Nortich.* Douza interpretatur *Iuvenis* per *Ionckheer.* bene. Ma. male *de Longhe.* x *Vuln. ad divin. laudem* Sw. B. Mox *anni* pro *agni.* y Ex MS. fol. interpol. sic S. S. et Ma. „ Contigit a. h. caedes *XI. Kal. Februarii*, die S. Vincentii Martyris, *quae erat feria II*”. Et mox: „—LXVIIII. videlicet Alexandri III. PP. XIII°. Fresones ——”. Nihil horum habent nec Sw. nec C. M. nec Burg., qui nulla interpolatione sunt insigniti.

tum ut vindicentur tot iteratae criminationes in diligentissimum *Wagenarium*, saepe immerito vapulantem. Res apud WAGEN. ex vero ita se habet: Comes Florentius a. 1165. bellum movet adversus Flandriam, sed capitur, et custodia tenetur ad annum usque 1168. *Mense Februar.*, quando cum *Philippo* Comite Flandriae pactum iniit, quod exstat in MARTENE ET DURAND *Thes. Anecd.* T. I. p. 1035. ex antiquissimis Archivis Hannoniae productum, et inde apud WAGEN. l. l. Belgice versum; quodque nunc demum ex ipso Autographo, et quidem per Chirographi, ut vocatur, modum conscripto produco in EXCURSU VII. de Iure, quod Flandri petierunt *in Zeelandiae insulas*, *Cod. Probb.* a. 1168. Totum hoc bellum, et integram Chartam pro confictis habet Vir D. En igitur argumenta pro stabilienda sua opinione, quibus apprime blandientibus sese abripi passus est Vir Doct. P. PAULUS Dissert. inaug. *Zeelandia cis Scaldim Flandriae quondam Feudum* p. 23. sqq.

1°. Quia strages in *Westfrisia*, cui adfuit *Florentius*, edita fuit d. 22. *Ian.* 1168. Comes vero carcere demum liberatus d. 27. Febr. 1168. Resp. De strage Frisica falsum est, et rectum tenet WAGEN., qui Florentium laxatum quidem docet, et Chartam datam d. 27. *Febr.* 1168.; pugnam vero factam in Frisia *Die Vincentii*, seu 22. Ian. 1169. ut modo docui. Et, si ad summum, dies pugnae 1168. d. 22. Ian. foret collocandus, tum relaxatio Comitis cum ipso HUYDEC. foret collocanda in d. 27. *Febr.* 1167. *Het ontslag van Florens, zo 't waar was, zoude behooren tot het voorgaande Jaar* 1167. ita ut sua ipsius vineta caederet V. D. Sed hoc falsum, ut dixi.

2°. „ Quia (p. 520.) differunt Scriptores in loco pugnae, et utrum mari, an terra, et quidem in *Alsatia* captus sit”. Verum argumentum hoc nullius est momenti: si enim dissensus auctorum circa *locum* character est veritatis, tunc multa erunt falsa hactenus pro veris credita.

3°. „ Quia *Comes* anno 1165. bello fuit implicitus cum *Episcopo Traiectino*, p. 520, 521.” Resp. Sat constat hoc anno 1165. Ian-

MCLXVIIII. Fresones Occidentales in maxima multitudine Vadum [z] transeuntes 99) Alcmare 100) iterato in die Sancti Ypoliti 1), quae sollemnis apud ipsos est [a], combusserunt. Sed non talem, qualem prius, suae voluntatis successum habuerunt: obviatum est enim eis fortiter a vulgo circumcirca commoranti 2), et a paucissimis Militibus viriliter illos conterentibus: duae praeterea naves ex latere, ad eos [b] de villa, quae dicitur *Bokle* [c] 3)

z Alia manu in MS. folio additum S. S. dicit C. M. „*Rekere*". Habet et Ma. cum nota. „unde *Rekerlanden* bij *Alcmare*". Ma. *magna*. a *Qui soll. a. i. habetur* Sw. B. b *Ad eos* desunt Ma.

Imperatore Frederico interveniente illud bellum esse sopitum; ut iam docuit BVCHEL. ad HED. p. 174. (h). Add. BEK. p. 54. et vide quae WAGENAR. habet T. II. p. 244. quaeque dixi ad Nostrum A. 1165. 4°. Vrget p. 521. silentium hac de re antiquissimorum nostrorum, immo et *Flandrorum* Chronicorum et *Annalium*; etiam *Nostri* EGMONDANI. Quod autem ad Egmondanum attinet, concedo. Sed omittere hic crebro solet multa, quae nihilominus vera sunt; imprimis si ex *fide Chartarum* maximam partem hauriuntur, uti haec profecto sunt. Et res Flandricas ieiune tractat ille. Habetur pluribus Historia in *die Chronycke van Hollant* Dordr. a. 1595. XIII. *Divis.* VII. Cap. p. 149. Narrat rem AVCTARIVM AQVICINCTINVM in Continuatione SIGEBERTI inde ab anno 1163. ad 1225. ubi sic ad a. 1165. *Philippus Comes Flandriae, et Matthaeus frater eius Comes Boloniae et Godefridus Lovaniensis, cum septem fere millibus navium expeditionem movent adversus Comitem Hollandiae, quem in deditionem venientem cum suis Comes Flandriae diutius tenuit in captivitate.* Narrat idem W. HEDA p. 171. Narrant alii. Verum si vel maxime reliqui scriptores haec tacerent, quid hoc ad rem, quum testem omni exceptione maiorem habeamus ipsam *Chartam Autographam*.

5°. Denique quod ultimo loco argumentatur ex verbis Chartae: *iudicio Baronum meorum, videl. Parium ipsius Comitis Hollandiae*, illud refutatu est indignum; prodit enim supinam viri D. ignorantiam in rebus feudalibus. Et haec satis sunto. Manent igitur omnia integra, manentque genuina et accurate dicta cuncta, quae dixit l. l. WAGENARIVS. Omnis mali labes, unde hanc Chartam Vir D. reiecerit, latet in eo, quod in hac Charta, quam adhuc exstare ignorabat, cum eoque omnes Nostrates, iterum occurrat illud Viro Docto tantopere exosum atque ominosum *IMPERATORIS SERVITIVM*, quod nullo in loco, nulla in Charta, concoquere Vir D. potest. Vide quae dixi ad Chartam Brabant. de Zuidhollandia in *Cod. Probb.* ad a. 1200.

99) *Vadum transeuntes*] Alia manu in MS. fol. per interpretationem appositum est *Rekere*. Et sic etiam STOKE II. vs. 610.

Quamen — — — — —
Die West Vriesen/ tere schare/
Over de Rekene tote Alcmare/
Ende hebben onstehen de poort.

De quo vado *Rekene* nonnihil diximus ex EIKELENBERG et HVYDECOPER not. 93.) p. 116. qui docent, hoc Vadum fuis-

3), cum grandi impetu properantes, timorem eis et suspicionem magnarum insidiarum incusserunt, et occisis fere xxx. fortissimis ex eis omnes, a minimo usque ad maximum [d] in fugam inclinatis et deiectis militibus, conversi sunt. Quod si equitum, qui illos [e] insequi potuissent, maior copia fuisset, vel sagittarii *Flandrenses*, qui ipso die advenerunt, aliquantulum maturius affuissent, dies illa *Fresonum* facta fuisset exterminium, ut posteritas de hoc potuisset narrare filiis filiorum suorum.

Eodem anno obiit *Cuniza* [f] piae memoriae Abbatissa [g] in *Rensborch*; literarum scientia et facundiae gratia mirabilis, religione gravis, carnis nobilitate insignis, soror *Frederici* Comitis de *Belke*, [h] amita carissimi Archiepiscopi Maguncíacensis 4), [i] cui successit *Bonifacia* [k].

Q MCLXXII.

c *Bocle* Sw. *Bukle* S. S. et Ma. ex MS. fol. „Idem locus f. qui in Diplomat. Arnoldi Caesaris sub huiusd. libri exordium *Bedokenle* appellatur". Douza ad C. M. Rectius Ma. marg. *Boekel*, vicus prope Alcmare, sub ditione Akerslotana. d *A max. usq. ad min.* Ma. et fol. MS. Mox *eiectis* Sw. B. e Haec priora octo per incuriam omisit Matth. Edit. *sed si* Sw. B. mox *in exterm.* Sw. f *Curasa*, *Cumusa* S. S. *AL.* *Obiit prima die mensis... piae mem.* Sw. qui mox *mirabili* cum B. g *Abbat. prima in* S. S. et MS. fol. et Ma. *Abbat. i. Rensb.* C. M. *in Reyusb.* B. Sw. h *Com. de Weke* et *Episcopi — ini.* Sw. B. *Bichle* al. *Bilke* Douz. et Ma. marg. *Amita* etiam C. M. i *De Bichle*, *matertera Christiani Archiep. Magun.* S. S. et Ma. k Ex interpolato Cod. WILH. PROCUR. addit haec Ma. „Eodem anno *Philippus* Archiepiscopus Coloniensis ordinatus est. Hujus Papae (2) Alexandri tempore maximum scisma fuit Romae, et electus est

(1) Apud Sweertium hac de re nihil. Nec sequentium etiam quicquam usque ad Ann. 1172. *verb. Eodem anno Dux Saxoniae Henricus multis comitatus militibus*, etc. MATTH.

(2)

se terminum inter *Hollandiam* et *Frisiam*. Solus autem hic locus sufficit ad probandum, *Alcmariam Kennemariae*, non vero *Frisiae*, terminis fuisse comprehensam. Vox *Rekere* in MATTH. est adiecta, qui hinc recte *de Rekerlanden* derivat.

100) *Alcmare*] Vetustissima urbs. Haesit nomen ab *Almari* lacu ei vicino, ut quidem putat Brouwerus ad verba haec vitae S. Bonifacii, *Cum ipse electus Dei Bonifacius martyr post tredecim annos peractae in Fresonia praedicationis, quibus in Australi parte laci Almari etc. sessionem suam peregisset etc.*

MATTH.

1) *Die S. Ypoliti*] Est S. Hippolyti dies 13. Augusti mensis.

2) *Vulgo circumcirca commoranti*] Hi alio loco vocantur *vicini*; idque a voce *vicus*, quasi incolae *eiusdem vici*. Quemadmodum vero *vicini* Latine, sic Belgice ab AEM. STOKE hoc loco L. II. vs. 613. audiunt *die gebuere*: nec tamen starem a parte V. D. ad STOK. T. I. p. 408, 409. putantis a voce *buur* derivatam esse vocem *boer*, *agricolam*.

3) *Bokle.*] Est locus IV. miliar. distans ab Alcmaria, hodie vocatus *Boekel*, *Bokkel*, in vicinia pagi *Akersloot*.

4) *Soror Frederici — amita* sqq.] Perperam

MCLXXII. Dux Saxoniae *Henricus* multis comitatus militibus et viris' cum multarum apparatu divitiarum *Iherusalem* profectus sepul-

est Contentus Sancti Anastasii, et Abbas Sancti Pauli, eundem locum sibi usurpat per Regem scismaticum, qui locus per Alexandrum est restitutus. Hic Papa Fredericum Imperatorem ad concordiam revocavit, qui tunc illos scismaticos Papae contrarios manu tenebat. Hic Papa duo Concilia ordinavit, unum Turonis, et aliud Romae, quo Fredericum Imperatorem, et Emanuel Constantinopolitanum, et Wilhelmum Ciclum et Lombardos ad concordiam convocavit. Hujus tempore per xv. annos magni terrae motus fuerunt per loca, ita quod civitas Antiochena, Tripolis, et aliae civitates quamplurimae sunt eversae, et plus quam xx. millia hominum suffocavit. Hic Papa (2) vicit quatuor scismaticos, qui se falso Apostolicorum nominibus appellabant, quorum tres presbyteri Cardinales morte (3) perierunt. Hic Papa Papiensem Episcopum crucis et pallii dignitate privavit, quia Frederico Imperatori in ecclesiae persecutionibus adhaesisset. Hic Papa cum omne patrimonium beati Petri per Imperium et scismaticos occupatum fuisset, in Franciam transivit, ibique celebrato Turonis solempni Concilio per mare ad urbem rediens, cum Messanae applicuisset, Rex Cyciliae Willelmus non solum quia Papa, sed ipsum etiam Dominum, à quo Regnum tenebat, recognoscens eum debito honore prosecutus est.

Imperat hoc tempore *Fredericus* primus. Hic primo [al. *porro*] suae promotionis anno octies iam transacto Romam veniens civitatem Tyburtinam reaedificari praecipit. A quo sequenti anno Spoletum destruitur. Cujus tempore sol obscuratus est parum ante nonam, qui diu post horam nonam in eodem statu legitur permansisse. Quo anno fames fuit tam valida, quod rubum grani pro xx. sol. Parmensibus vendebatur. Iste Fredericus largus, et strenuus, facundus et nobilis, in omnibus scribitur gloriosus. Cujus tempore Edissam civitatem Rex (4) Alapiae cepit, Francosque ibi captos aut morte aut servitute dampnavit. Archiepiscopum quoque civitatis, ducem gregis cum omni clero, quia fidem abnegare noluerunt, in media urbe coram se decollari fecit. Sic ergo *Edissa* civitas Christo dedicata, Thoma Apostolo praedicata, modo est à gentibus novorum martyrum sanguine purpurata. Hujus tempore floruit in Fran-

(2) Platina in vita eius in *fin*. *Romae moritur sublatis prius à medio quatuor scismaticis Pontificibus: quorum seditionibus ecclesia Romana fere subversa est.* Sed trium apud Platinam nomen tantum invenitur, Octaviani, qui et Victor dein dictus, Guidonis Cremensis, [Ms. leg. *Cremonensis.*] et Ioannis Sarniensis. Quarti meminit in Chronico Martinus Polonus; *Hic vicit*, ait, *quatuor schismaticos, Octavianum, Guidonem Cremonensem, Ioannem Strumensem, et Landonem. Primus fecit se vocari Victorem secundum, Secundus Paschalem tertium, Tertius Calixtum quartum, Quartus Innocentium.*

(3) Legendum est *morte pessima*. Omissum est per incuriam illud *pessima* à typotheta. Martin. Polonus *ibid. Eorum tres fuerunt presbyteri Cardinales, qui omnes per Papam excommunicati mala morte perierunt.* Pessimam vocant, et malam mortem eorum, qui exclusi piorum coetu, qui traditi Sathanae, indigni ultimo et quovis alio humanitatis officio.

(4) Alapiae non tantum, (quae vulgo iam *Aleppo*, Syriae urbs Comagenae, ut scribit Cotovicus *itiner. lib.* 3. *cap.* 23. olim Beroea, seu ut alii Hierapolis, ut ibid. Cotovicus, et du Cange ad Nicephor. Bryennium p. 315.) verum etiam Rex Musulae. Musula olim Ninive, et metropolis Regni Assur, ut scribit Willelmus Tyrius *lib.* 16. *hist.* Edessa olim Rages, civitas trans Euphratem, *ab eodem flumine distans itinere unius diei*, ut idem *ibid.* Nec capta haec tempore Frederici, sed ut idem Willelmus Tyrius Ann. 1142. quo sceptris potiebatur Imperator Conradus. MATTH.

ram apud Swcertium *Comitis de Weke*, ut et perperam, quod sequitur, *amita carissimi Episcopi*. Longe illud rectius *Christiani* Episcopi. Godefrid. Monach. ad Ann. 1171. *Imperator Christianum Moguntinum Archiepiscopum in Italiam misit.* Meminit Comitis de Bichle Canonici Coloniensis electi contra Henricum Bavarum Episcopum Trajectensem Hortensius *lib.* 5. *hist.* Meminit etiam Pontanus *hist. Gelr. lib.* 11. MATTH.

Scriver. ad marg. MS. Meerm. haec habet: „*Scribendum est Buche. Christianus de Buche Comes Thuringus a.* 1164. LXXI. *Episcopus*, XXXI. *Archiepiscopus et XV. Elector fuit, praefuitque annis* 17. *aut* 19. *V.* SERRAR. *Mogunt. Rer.* L. V. *Fuit diversis naturae dotibus ad miracula usque conspicuus.* Vide et Mersseum N°. XXXII. „Quum tamen Noster distincte scribat *de Belke*, at Auctor ANN. EGM. p. 24. hanc *Canisam* vocet *sororem Frederici de Bichle*, nihil de-

fin-

pulchrum Domini et loca Sanctorum sua munificentia honoravit et magnifice susceptus a Rege et Patriarcha rediit ad sua m.

Eodem anno *Henricus* Comes 5) de *Arnesberch* generum suum

Francia magister *Petrus Comestor*, qui utriusque testamenti paginam, historiamque, quae dicitur Scholastica, compilavit.

Anno CIↃ. C. LXX. aestas ferventissima fuit. Eodem anno circa festum omnium Sanctorum ventus maximus erat, quem inundatio maxima secuta est, adeo ut usque ad muros civitatis Trajectensis fluxerit mare, et refluxerit, et piscis ille marinus, quem *Belleck* vocant, circa muros ejusdem civitatis captus sit. In Kenemaria etiam tantum inundatio illa ex improviso desaevilt, ut submersis jumentis vix mulieres et viri in trabibus domorum suarum vitam suam et parvulorum suorum conservarent, et nisi quidam benigna compassione navibus Dimensibus subvenissent periclitantibus, multi naufragio periissent. Eodem anno *Thomas* (5) Cantuariensis Archiepiscopus pro Christo martyrizatus est IV. Kal. Ianuarii, de quo magna et omni admiratione stupenda referuntur miracula, de resuscitatione mortuorum, de coecorum, surdorum, claudorum, paralyticorum, et leprosorum frequentissima sanatione; ut antiquis Sanctis in nullo videatur dissimilis. Propter cuius necis excusationem Rex Angliae solempnes nuntios misit ad Alexandrum Papam, qui pro ipso in animam suam iurarent, et sic de praedicto facto Regem excusarent. Sed Alexander in Tusculana civitate receptis nuntiis et auditis duos Cardinales ad partes Galliae (6) misit, ut Regis innocentiam comprobarent. Coram quibus Rex iuravit, quod nunquam de suo iussu vel consilio fuerit interfectus. Sed quia occasione turbationis, quam erga eum habuerat, interficitur, Rex pro illo mox obtulit CC. milites ultra mare ibidem per annum moraturos, se ipsum cruce signans, infra triennium transfretaturus.

Anno CIↃ. C. LXXI. nocte natalis Domini crebra fulgura micuerunt.

(7) Anno CIↃ. C. LXXII. hyemps mollissima fuit, in tantum, ut vix duobus continuis diebus glacies aliqua duraret, et omnia ante solitum veris tempus in germen prorumperent, et volucres, ut dicitur, circa purificationem Sanctae Mariae ova et pullos in multis locis foverent. Eodem anno". Hactenus WILH. PROC. apud Ma.

Habet eadem Douza ad C. M. ex *MS. Haerlem. Chron.* ut vocat, et contractius Westphalen. Sunt igitur haec ex interpolatione *Wilh. Procur.*, cuius mutilo Cod. usus est Math. inde ab a. 1168. anteriora desumens ex Sweertii Editione vitiosa. *l Comitatus et viris* C. M. sine sensu. *Com. militibus et ministris*, Ma. D. *Mil. et viris* Sw. B. Scrib. *mris* i. e. *ministris* S. S. et D. *m Cum honore rediit ad propria* Ma. et S. S. ex MS. fol.

(5) Thomas hic, cognomento Becquetus, quod cleri immunitatem edictis Regis nequaquam territus tueretur vehementius, in odium Regis Angliae Henrici II. et offensam incurrit, quam cum fastu, audacia, et animi impotentia Regi semper rebellis in immensum auxisset, ab aucupantibus Regis gratiam tandem caesus occubuit. Nec propterea tamen martyr. Non pro Christo caesus, sed pro clero, cuius potissimum amplificandae potentiae, quantum posset, intentus. Martyrem non facit poena, sed causa, ut recte Augustin. ad Psalm. 34. *Nam si poena*, inquit, *martyres faceret*, *omnia metalla martyribus plena essent*, *omnes catenae martyres traherent*, *omnes*, *qui gladio feriuntur*, *coronarentur*. *Ergo discernuntur causa etc.* Disenb. *de mort. Henr.* VII. *sect.* I. §. 48. *in not.* Nec aliter censuit Rex Angliae Henricus VIII. cum thecae, quae supra modum auro et gemmis exornata, reliquias eius jussit eximi, et omnes flammis incendi. Sleydan. *lib.* 12. *hist. ad Ann.* 1538. De miraculis quod adiectum hic, credat qui vult. Exempla habet Godefrid. Monach. ad Ann. 1172.

(6) Al. *Regem Angliae in Normanniam.* Albertus D. Laurentii, et Theodoricus D. Vitalis presbyteri Cardinales, Amplissimi ordinis Legati.

(7) De his, quae sequuntur usque ad Ann. 1276. apud Sweertium nihil. MATTH.

finio. De *Buhe* tamen supra eius Epitaphium. De fatis huius *Christiani* Archiepisc. vide GALL. CHRISTIAN. Tom. V. p. 477 — 479. De *Cuniza* Abbat. Rijnsburg. vid. Nostrates in *Rijnsburg. Abbatia.*

5) *Henricus Comes*] Hic *Henricus*, cuius filiam *Otto* Nostri Florentii frater uxorem habebat, abhinc sexennio suum ipsius fratrem in vincula coniici iusserat, in quis obiit; graviter propterea punitus ab Henrico Leone. Non mirum igitur, si generum suum, *Ottonem de Benthem*, in vinculis tenuit, nec nisi dura conditione laxavit; quae tamen captivitas non diu duravit, quippe qui sq. anno 1173. cum matre *Sophia* in Terram Sanctam abiit. Plura de hoc *Henrico Comite Arnsbergio* qui scire desiderat, adeat V. Ill. JUNG. *Com. Benthem. Ant.* L. III. 6. 3. p. 204. sqq. ubi hunc Nostri locum non omisit.

(6

Ottonem 6), fratrem *Florentii* Hollandenſis [n] Comitis, captum in vinculis et carcere detinuit, nec ulla ratione relaxare voluit, donec vel fide ſua promitteret vel fideiuſſores daret, ſe non invaſurum res ſuas, nec quicquam ablaturum, exceptis his, quae in dotem filiae ſuae [o] accepiſſet.

Eodem anno obiit *Theoderitus* Comes de *Cleve* 7), ſtatura et facie venuſtiſſimus, divitiis et neceſſariorum abundantia ſuperaffluens [p], dulcis alloquio, omnium ad ſe pervenientium [q], quod rarum eſt in divitibus, defenſor magis quam depreſſor [r].

Eodem

n Deest *Holland.* Ma. Mox *in vinc. in carc.* C. M. et B. *fideiuſſorem* et *de Clivis* mox Sw. o *Filiae ſuae Sophiae* Scriv. ad C. M. addit. p *Superaffervens* Sw. q *Venientium* Sw. *pertinentium* C. M. S. S. Ma. ex MS. fol. Vulg. ex Burg. r *Defenſor iugis oppreſſorum* Sw. *oppreſſor* MS. fol. S. et Ma.

6) *Ottonem*] Otto hic ſecundogenitus Theoderici VI. avunculo ſuo caeſo Ottone Palatino, de cuius genere Buchelius ad Bekam in vita Hereberti, factus Comes de Benthem. Jo. à Leydis *lib.* 17. *hist. cap.* 15. *Otto Palatinus vir nimiae venustatis ab Hermanno Comite de Staelwyck indigna morte peremtus est. Quo ſepulto Otto de Hollandia, filius Sophiae Comitiſſae Hollandiae ſecundogenitus Comitatum de Benthem iure hereditario ſuſcipiens, Comes de Benthem effectus est.*

MATTH.

Plura vide in not. 10.) p. ſq.

7) *Theodericus Comes de Cleve*] Non mirum, quod hic mentio eius. Habuit enim *Florentii* Comitis ſororem in matrimonio. Testem habeo ANONYM. de *Reb. Trai.* p. 4. §. 4. *BALDVINVS Episc. Trai.* FRATER FLORENTII, *praeter alios magnos et nobiles conſanguineos, quos in Imperio habuit, istos ſpecialiter in latere ſuo* TRES *defenſores amplectebatur, et propugnatores, ſcilicet* COMITEM HOLLANDIAE *FLORENTIVM*, *qui* FRATER *ſuus carnalis extitit*, *et* COMITEM *THEODERICVM* CLIVENSEM, *cui SOROREM ſuam copulavit*, *et OTTONEM* COMITEM DE BENTHEM *etiam* FRATREM *ſuum.* Dicta autem fuit *Petronella.* Vid. JVNG. *Com. Benth. Ant.* L. III. C. 2. p. 190. Cfer *Diſſertat. Genealogicam* No. II. Huius Comitis mortem etiam h. a. memorat GODEFR. *Monach.* p. 340. *Ipſo anno plures Procerum obierunt, ſcil. Ludouuicus Lantgrauius, Hugo Comes de Muſal, Theodericus Comes de Clius.*

8) *Ypporienſis*] Occurrit hic iterum inter eos, qui p. 128. Traiecti ſq. a. 1173. dedicarunt Templum S. Martini. Vocatur in *Ann. Egm.* C. XXVI. p. 32. *D. Raymundus Yppenenſis Epiſcopus ſuffraganeus Traiectenſis.*

9) *Sophia*] Theoderici VI. vidua, Florentii III. mater, et Ottonis Comitis de Benthem. Princeps admodum religioſa, ter devotionis cauſſa profecta Hieroſolyma, ibi et, ut ſequetur mox, tandem mortua et ſepulta. Chron. Hirſaugienſe apud Trithemium ad Ann. 1157. *Claruit his temporibus in Hollandia Sophia Theoderici Hollandiae Comitis uxor, mulier ſancta, et in Christi amore devotiſſima, orationibus, ieiuniis, vigiliis, et eleemoſynis continue intenta, quae miraculis tam in vita quam post mortem claruiſſe perhibetur*, et mox: *Tandem vero post multa opera pietatis, cum iam tertio ad vi-*

ſitam

Eodem anno Ypporiensis ʳ 8) Episcopus *Reimundus* Ecclesias multas in orientali et occidentali *Fresia* dedicavit, veniensque *Ekmundam* capellam ᵗ Sancti Michaelis et Sancti Nicholai consecravit.

MCLXXIII. ᵘ *Sophia* 9) Comitissa Hollandiae cum filio suo *Ottone* 10) et *Isbrando* de Herlem *Iherusalem* petiit, et eodem anno rediit. Item ᵛ eodem anno Dominicum corpus in duabus Ecclesiis *Traiectensis* civitatis furto ablatum est, scilicet in Ecclesia Vulgi 11), quae dicitur Sanctae *Mariae* et in Ecclesia Sancti *Iacobi*.

 Nec

ʳ *Hipponensis* Sw. *Ypon.* B. Ex conj. Ma. „forsan aut *Hipponensis* aut *Hipporegiensis*. Omittunt *et occident.* Sw. et B. ᵗ *Villam* Sw. et C. M. *Nicolai ecclesiam ... consecr.* Sw. bene. ᵘ — LXVII. C. M. — LXXVII. Sw. et B. male. „ MS. fol. MCLXXIII. atque ita omnino scrib. apparet ex rebus gestis anni MCLXXVI. quo obiit". S. S. „Alii, inter quos Beka, LXXIII. alii LXXII". Douz. Ma. ex interpol. „Anno CIↃ. C. LXXIII. hyemps validissima et pene nivis expers fuit. Eodem anno *Sophia* etc. ᵛ *Item* deest S. S. ex MS. fol. et Ma. Mox *variis* pro *duabus*. Sw. *egerunt* Sw. B.

situandum sanctum Christi sepulchrum Hierosolymam esset profecta, sacris locis devotissime perlustratis 6. Cal. Octobr. feliciter in Domino quievit, et in hospitali Teutonicorum in Hierusalem sepulta est.

10) *Filio suo Ottone*]. Intelligitur *Otto* huius nominis IV. *Comes Benthemiensis*, Theoderici VI. et Sophiae filius, qui Avunculo suo Ottoni III. in Comitatu Benthemiensi successit, de quo diximus satis in *Dissertat. Critico — Genealog.* N°. II. Cf. JVNG. *Com. Benthem. Ant.* L. III. C. 3. qui ex professo de hoc *Ottone* egit. Ex eo autem, quod AEM. STOKE ad hunc locum, L. II. vs. 631. de *Ottone* adiicit, eum per nuptias comparasse sibi hunc Comitatum, colligit ALTING. *Germ. Inf.* P. II. p. 22. eum avunculi sui *filiam* uxorem duxisse. Sed hoc falsum, et errare *Stokium*, docuerunt V. D. HVYDEC. in *notis* p. 412. et JVNG. *Com. Benth.* L. III. C. 2. p. 173. sq. Videtur tamen quodammodo *Stokius* posse defendi, modo ea admittatur explicatio, ut per *het land behouwen*, sive *per nuptias comparasse terram*, intelligas, quod hic *Theoderici* VI. filius *Otto* Comitatum *Benthemiensem* propterea adeptus est, quia eius mater *Sophia* per nuptias *Theoderico*, patri suo, iuncta fuerat; devolutus autem hic ad *Matrem* Comitatus ipsi a parentibus datus.

11) *Ecclesia Vulgi*] Ecclesiam intelligit, quae iam vulgo *de Buerkerck*. Olim vulgi, popularis, S. Mariae, civilis, S. Mariae minoris, ut habet Beka ad h. *Ann.* [p. 55.] S. Iacobi minoris, ut Jo. à Leydis *lib.* 18. *cap.* 8. *Anno*, inquit, 1173. *vivificum corpus Domini nostri Iesu Christi de duabus ecclesiis in Traiecto, videlicet beati Iacobi minoris, et Sancti Iacobi maioris furto sublatum fuerat etc.* Sed rectius S. Mariae aut Mariae minoris, ut in charta Ann. 1345. *Universis et singulis praesentes visuris seu audituris Isebrandus filius Sifridi de Texalia presbyter, perpetuus Vicarius, et pro nunc Capellanus, seu Vicegerens in ecclesia Sanctae Mariae minoris vulgariter dictae Buerkerck etc. Onzer lieven Vrouwen kercke te Buerkerck* in Charta Ann. 1465. *den Eerzamen ende bescheydenen Curaten, Cappellanen, Kerckmeysteren, ende gemeene Parochianen der Parochie van onzer lieven Vrouwen kerck te Buyrkerck binnen Utrecht*

Nec ulla ratione multa et diligenti inquisitione facta, et precibus ad Deum effusis, qui hoc egerit, potuit reperiri. Repente Idus Maii v. feria [w] 12) secuta est plaga maxima diluvii cum tanto impetu decurrentis, qualem nunquam aliquis Traiectensium viderit [x], et omnibus, quae in agris reperiri poterant, depopulatis, plurimum civibus horrorem incussit, omnibus econtra nitentibus, et frustra aggeres opponentibus, eventumque novi exitii cum stupore et tremore exspectantibus. Quod [y] si tam diutinum quam impetuosum periculum fuisset, civitas Traiectensis procul dubio non substitisset. Post triduum enim misericordia Domini manum suspendente aquae diminutae sunt; et paulatim deficientes [z] in alveum suum redierunt. Porro in die Ascensionis Domini, quae secuta est proxime, Abbas Ecclesiae Sancti *Pauli*, *Hildebrandus* nomine, verbum Domini praedicans populo, hortatus est et instanter monuit [a], ut generaliter tota civitas ieiuniis, vigiliis, processionibus, elemosinarum largitatibus et omni humilitate misericordiam Domini super negligentia Dominici corporis pla-

w Ma. ex MS. *Eodem anno repente VI. idus Maji. fer. V.* Vid. not. Non agnoscunt C. M. Sw. nec Burg. x *Vidit* Sw. B. *viderit* C. M. MS. fol. et Ma. Mox *reperit* Ma. *reperiri pot.* C. M. *reperiri p.* B. y *Sed* Sw. B. Pro *enim* mox *vero* S. S. ex MS. fol. et Ma. z *Paulum def.* Ma. qui in marg. „ al. *defluentes*. Beka habet *refluentes*". a *admonu. populum et graviter* Sw. B. Mox *orationum hum.* Ma.

-trerbt etc. Ecclesiam *civium* vocat supra Willelmus ad Ann. 1156.

MATTH.

Cf. MATTH. de *Nobil.* L. II. p. 733. et de *Fundatt. Eccl.* p. 159. sqq. add. Chartam circa a. 1204. in *Aanhangsel op de Kerkel. Oudh.* p. 301. ubi *Civilis Ecclesia* vocatur.

12) *Idus Maii V. feria*] Si hoc contigit anno 1173. non potuit esse *V. feria Idibus Maiis*; nam *V. feria* cadebat in *VI. Idus Maias*, uti hoc loco habet interpolatio an emendatio *Wilhelmi Procuratoris*. Si anno 1174. tunc *V. feria* incidit in *postrid. Id. Maii*. Sed adiecta post mentio *diei Ascensionis Dom. proxime secutae* satis docet annum 1173. innui, quippe hic dies a. 1174. iam tunc praeterierat. Errat igitur Noster vel eius librarius. Rectum forte tenet BEKA p. 55. qui *quinto Idus Maii*, omissa *feria*. Res tamen vera est. Sed confundi hoc Diluvium non debet cum illo, de quo ad a. 1170. WILHELMVS PROCVRATOR supra in Interpolatione. Paucis quoque hoc attigit GODEFRIDVS *Monach.* ad a. 1174. *Inundatio Rheni et fluviorum insolita et diutina.* De priore idem GODEFR. ad a. 1170. dixerat: *Mare vehementia ventorum limitibus suis excussum IIII. Non. Novemb. terram* FRESONVM CIRCA STAVERN *magna ex parte submersit.* Per hanc igitur submersionem terrae *Fresonum* circa *Stavoram*, factum est, ut Ostia Flevi laxiora evaserint, ut quodammodo iam observavit

placaret, praedixitque plagam novam in diluvio [b], nisi id citissime fieret, affuturam; nec vero prophetia eius [c] fraudata est. Eodem enim die circa vesperam incendium exsurgens praedictam ecclesiam S. *Mariae* et totam plateam eius acerrime invasit 13), domosque electissimas penitus consumsit. Sic geminato malo latere [d] devastationis causa non potuit, pluribus clamantibus, inpletum fuisse, quod Abbas de Sancto *Paulo* in verbo praedicationis ipsa die praedixit. Episcopus etiam *Godefridus* in Synodo generali ieiunium generale toti civitati et omnibus parrochiis suae dyocesis [e] indixit, ut omnes humili satisfactione, laici cum clericis, senes cum iunioribus, divinam placarent indignationem. Ipse etiam Episcopus feria IIII. post Pentecosten nudis incedens pedibus cum omni populo a templo beati Martini usque ad ecclesiam beati Iacobi processit, et Sanctorum diversa [f] loca, clericis litanias, laicis laudes divinas elevata voce cum gemitu succinentibus, visitavit, bonum relinquens exemplum poenitentiae et satisfactionis, si quid talis negligentiae uspiam [g] contigerit.

Eodem anno dedicatum est templum Sancti *Martini* 14) in Traiecto

b Plagam novam Sw. B. *plag. maiorem diluvio* Ma. qui mox *fieret, certissime.* *c Nec veritate* Ma. *prophetiae* C. M. *prophetia* B. *d Late* C. M. *e Civitatis* Ma. *f Divisa* Ma. *Clerici* C. M. male. Mox Sw. Ma. ex MS. fol. B. *elata voce.* Sw. desunt *cum omni pop.* et mox sic: *ad sanct. d. l., clerici lit., laici l. d. elata v. cong. f. visitaverunt, h. relinquendo.* *g Tale negligentia cuiusquam* Sw. *cuspiam* C. M.

vit D. WAGEN. *Vad. Hist.* T. II. p. 263. sq. Quae hic narrantur, fere ad verbum pro more descripsit BEKA p. 55. En! autem *Rhenum* ad Catvicum adhuc apertum, ex GODEFR. l. l.

13) *Invasit*] *Partem civitatis maximam*, BEKA. *Rogo; non potes ipse videri Incendisse tuam, Pontiliane, domum.* MATTH. Eundem versum ad Cod. MS. adscripsit DOVZA.

14) *Templum S. Martini*] Atqui ab Adelboldo et constructum et dedicatum. Supra ad Ann. CIↃ. XXIII. Verum est, sed combustum, Ann. 1148. ut supra Auctor ad eum Ann. Et rursum hinc dedicandum. Vnus non dedicabat. Opus pluribus, ut apud ethnicos, §. 8. *Inst. de rer. divis.* Ovid. I. *Fast.*

Templa sacerdotum rite dicata manu.

Duodecim intererant dedicante Adelboldo. Supra ad Ann. 1023. Sex et triginta Patriarcha Aquilejense. Chronographus Saxo apud Leibnitium ad Ann. 1012. *Ecclesia Bavenbergensis à Patriarcha Aquileiensi et* XXXVI. *Episcoporum ministerio consecrata.* Vix occurrent aut nunquam pauciores quam tres. Ab uno nec ecclesia nec Episcopus consecrandus. Vitio datur Lanfrancus Hiberniae Regi Terdelvaco, quod

Traiecto XI. Kal. Augusti a IIII[or] Episcopis; *Philippo* Coloniensi, *Godefrido* Traiectensi, *Reimundo* Ypporiensi [b], et a quodam Episcopo nomine *Martino*. Ab eisdem Episcopis dedicata

b *Reim. Hippon.* Sw. Marg. C. M. „ *est Eperigiensi*. Mox. Ma. abest: *Episcopis*.

quod id fieri pateretur. *Inter multa*, inquit, *Epist.* 38. *quae placent, relata nobis sunt quaedam, quae displicent, videlicet, quod Episcopi ab uno Episcopo consecrentur.* Add. Annal. Fuldens. ad Ann. 870. Nec si unius tantum occurrat mentio, ut fateor interdum fit, excludi plures existimandum. Vnus saepe est qui rem agit praesentibus tantum ceteris. Godefrid. Monach. ad Ann. 1168. *A Godefrido Traiectensi Episcopo Coloniae ordinatur in Archiepiscopum praesentibus octo Episcopis.* Vicini vulgo aderant. Et hi inprimis, et inter ceteros potissimum suffraganei, cum Archiepiscopus consecrandus. Idem ad Ann. 1209. *Theodericus ergo Coloniensis electus sabbato post Pentecosten à Theoderico Traiectensi Episcopo in presbyterum ordinatur, et sequenti Dominica, id est, octava Pentecostes à Geardo Leodiensi Antistite praesentibus suffraganeis suis in Archiepiscopum consecratur.*

MATTH.

15) *Alduic*] Vulgo iam *Oostwijk.* Apud Sweertium est, *Aldwyck.* Claustri iacta iam fundamenta Ann. 1131. à Mechtilde Burggravia Traiectensi, Arnoldi coniuge van den Goye. Pontificiis autem non insolens dedicare eandem pluribus simul Sanctis. Aegid. Aur. Vall. monachus *hist. Leodiens. lib.* 1. *cap.* 1. *eandem ecclesiam dedicavit in honorem beatae Mariae semper virginis et Domitiani confessoris atque Pontificis.* Gesta Aldrici Episcopi apud Mabillon. *cap.* 2. *Fecit quoque atque sacravit iam dictus Pontifex in superiori et in dextra parte ipsius ecclesiae aliud altare in honore Sancti Stephani, et S. Vincentii, et Sancti Gervasii, Sanctique Privati, sive Sancti Quirici atque Sancti Naboris, nec non et Sancti Nazarii martyrum Christi etc.* Contra olim ethnici uni tantum dedicabant. Liv. *lib.* 27. *negabant unam cellam amplius quam uni Deo recte dedicari, quia si de coelo tacta, aut prodigii aliquid in ea factum esset, difficilis procuratio foret.*

MATTH.

De Monasterio in Alduica in suburbio Traiectensi vide plura in MATTH. *Fundat. Eccles.* p. 429. ubi hunc locum citat.

16) *Sophia*] SOPHIAM *ter* loca sancta visitatum abiisse, constans est omnium Scriptorum traditio: cui consentiunt ex recentioribus SCRIVERIVS, WAGENARIVS, et praeter reliquos novissime etiam V. D. IVNG. in *Com. Benth. Ant.* L. III. 2. p. 181. Solus hic iterum contradicit nuperus editor M. STOKE ad L. II. vs. 641. p. 413. qui (etsi *Stokius* ex Nostro idem scribat, adeoque satis probet, se in hoc Auctore etiam legisse *tertio* i. e. *tertia vice*, Nosterque rem probe noverit, utpote aequalis Scriptor et *Sophiae* familiaris) tamen hoc negat, eamque a. 1173. in *Terram Sanctam* profectam, ibidemque *tertio post anno*, nempe a. 1176. obiisse statuit, adscita lectione marginali SCRIVERII. Et tamen etiam ad a. 1173. disertis hic verbis legitur: *Sophia — Iherusalem petiit et* EODEM ANNO REDIIT. Postea tamen quum Vir ille doctus his visis T. I. p. 608. rem conciliare non posset, non quidem semet correxit, sed nodum secans, hunc Nostri Auctoris integrum *de Sophia* locum spurium declaravit, servatis tantummodo his verbis: *Obiit Sophia Comitissa Hollandiae.* Quae nimis

ta est Ecclesia S. *Mariae* Sanctique *Stephani* in *Aldwiic* [l] VIII. Kal. Augusti [k] 15).

MCLXXVI. Obiit *Sophia* 16) Comitissa Hollandensis. Haec relicta omni frequentia cognatae [l] 17) nobilitatis pro Christo exulans, tertio postquam Iherosolimis profecta [est], ibidem moritur, et ad hospitale, quod est Theutonicorum, sepelitur. Huius nobilis-

i Alderbyck Sw. *Olrbwic.* Ma. et S. S. *k* Ma. ex MS. fol. interpol. „Eodem anno filius Henrici nomine H. adversus patrem suum consurrexit, multis et fortibus animatus adjutoribus scilicet Franciae Ludovico, (1) Franciae Willelmo, Comite Roberto, Comite Flandrensi Philippo, et fratre eius Comite Bononiae Matheo, qui in congressu bellico obiit. Ad quem vindicandum Comes Philippus cum plurimos armatos trans mare misisset, milites electos .... (2). *l* Recte Ma. *Signatae* C. M. Sw. B. Mox post *profecta* addit *est anno* S. S. ex conj. Cf. ad Ann. MCLXXIII. *Se priusquam Iherosolimis proficiscatur* B. Sw. etiam *tertio* deest., et *Iherosolimam* habet Sw.

(1) Legendum *Scotiae Willelmo.* Chronica de Mailros ad Ann. 1113. *Rex etiam Scotorum Willelmus vetera damna novo conflictu resarcire sperans bella immania per consilia iniqua contra cognatum et Dominum suum Henricum Regem Angliae instaurat.* Comes Robertus frater fuit Regis Franciae. J. Brompton ad d. Ann. *Rex Franciae convocatis Comite Roberto fratre suo, Philippo Comite Flandriae, Matheo fratre eiusdem, Comite Boloniae.* Matheus in obsidio castri de Driencurt sagitta ictus occubuit. Idem Brompton ad dict. Ann. *Matheo Comite Boloniae fratre Comitis Flandriae prius ibidem ictu sagittae ad mortem vulnerato, qui postquam castellum redditum fuerat in Flandriam delatus obiit.* Add. Auctar. Aquicinct. apud Miraeum ad d. Ann. De Henrico Henrici filio Rege Angliae salutato Mejer. ad Ann. CIↃ. C. LXXIV.

(2) Supplet quod hic deest dictum Auctarium ad Ann. 1174. *Ludovicus Rex Francorum; Heinricus et Richardus, filii Regis Angliae, cum Philippo Comite Flandriae contra praefatum Regem iterum insurgunt. Pars vero quaedam exercitus Flandriae instinctu Roberti Cameracensis electi, Angliam depraedatura, trans mare mittitur: quorum alii marina tempestate quassati, alii vero ab Anglis militibus viriliter suscepti, et ignominiose repulsi, cum dedecore ad propria sunt reversi.*

MATTH.

mis temere dicta pro non dictis ingenuus lector facile habebit. *Tres* vero eius Peregrinationes quo fuerint tempore, non convenit inter Doctos. Ego vero sic statuo. Prima profectio fuit a. 1139. una cum marito, unde filius eius *Theodericus*, qui duodennis a. 1151. obiit, dictus cognomento *Peregrinus* fuit, forte quia in *peregrinando* eum peperit, vel certe paullo ante. Secunda peregrinatio diserte memoratur ad ann. 1173. *quo eodem anno* REDIIT. Tertia haec est a. 1176. in qua *relicta omni frequentia cognatae nobilitatis exulans tertio postquam Iherosolimis* [i. e. Ierosolymam] *profecta* [est] *ibidem moritur.* Sensus transpositis vocibus, *postquam Iherosol. tertio est profecta*, satis sibi constat. Et sic etiam habentur verba in LEON. MONACH. *Brevit.* p. 154. et eo respexit HEDA p. 171. scribens: *Sophia — iam tertiò pergens Hierosolymam, illic moritur et sepelitur.* Scribitur autem *Iherosolimis*, ut alibi *Parisius*. V. not. pag. 12.

17) *Cognatae*] Cognatae habet et edidit MATTH. ex WILH. PROCUR. pro quo in Sweertio Burg. et C. M. *Signatae. Cognatae* congruit cum *Vit.* S. ADALBERTI C. I. qui sic incipit: *Legimus in Ecclesiasticis Historiis, Eckbertum coelesti afflatum desiderio patriam, parentes, omnemque frequentiam* COGNATAE *nobilitatis reliquisse.* Ita quoque LEO MONACH. p. 154. De liberis, quos ex *Theoderico* genuit, *ibid.* et pluribus in *Dissertat. Genealog.* N. II.;

18)

lissimae matronae qualis apud Deum et homines conversatio fuerit, praeter illam in Dei laudibus mirabilem vigiliarum instantiam et indeficientem elemosinarum manum, vere pauper et [m] altera Dorcas, quae faciebat illis tunicas et vestes; testis est templum Rinesburgense 18), quod a fundamentis iecit et feliciter consummavit. Nec etiam Claustrum Ekmundense beneficiorum eius immune fuit, quod devote dilexit et honoravit, ne praedecessoribus suis inferior in obsequiis [n] haberetur S. *Adalberti*, cuius meritum quale fuerit apud Deum, vel in hoc Miraculo perpendi potest, quod, cum in reditu esset viae S. Iacobi, incidit in latrones, qui viae eius comites seorsum ductos, extractis longis cultellis 19), sicut eiusmodi hominibus consuetudo est lateri suo appendere, cum occidere temptassent, minime potuerunt, licet cul-

m *Pauperum altera D.* MS. fol. et Sw. *Virorum pauperum* in B. Mox absunt Sw. B. *quae f. ill. tun.* et *erexit* pro *iecit.* n *In obsequiis* desunt Ma. Mox *appendentibus*.

18) *Templum Rinesburg.*] Nota, *templum* non a *Petronilla*, sed *Sophia*; sed hoc forte municipium et paganorum usibus destinatum, alterum vero, quod *Ecclesiae* nomine nuncupatum, habuimus supra [a. 1133.], sacris tantum virginibus separatius exstructum a Petronella. V. infra, ad a. 1183.

DOVZA.

Non hoc loco intellige *Claustrum* seu *Monasterium Reinsburgense*, cuius auctor fuit *Petronilla*. Vid. ad a. 1133. sed *templum* sive *Ecclesiam Rinesburgensem parochialem*. Docet id V. D. HVYDEC. ad STOKE L. II. vs. 648. p. 527. et confirmat *Auctor* ad a. 1183. ubi hoc *Sophiae templum*, illo anno dedicatum, ab *Claustro* distinguit.

19) *Longis cultellis*] De his *cultellis*, et *canipulis*, nobis olim *kniven*, *knijven*, lege doctam observationem HVYDECOP. ad M. STOKE T. I. p. 526.

20) *Ex eius relatione*] Testem en oculatum, unde sua hausit Scriptor noster!

21) *Obiit God.*] Godefridus monachus ad h. Ann. *Godefridus Episcopus Traiectensis obiit; cui Baldewinus frater Comitis de Hollant substitutus* etc. De cognatione eius dixi ad Anonymum a me editum Ann. 1690. p. 99. et p. 112. [Ed. Nov. p. 117. sqq.].

MATTH.

22) *Balduinus*] Confer de *Balduino* quae diximus in *Dissertat. Critico-Genealog.* N. II. Add. not. p. 124. 7.) Fuit autem ante *Balduinus Praepositus S. Mariae*, ut vocatur STOKIO II. vs. 666. et se ipse vocat in Charta anni 1169. apud MATTH. *not.* ad ANONYM. p. m. 121. edit. nov. a. 1740. cf. HED. p. 176. f. Add. *Aanhangsel op de Kerkl. Oudhed. van Nederland*, p. 231. sq. Postquam vero res Episcopos eligendi ad solos Canonicos, primae tunc nobilitatis viros, redacta est: hinc vides statim, quantopere Hollandorum Comitum ambitio in rebus Traiectinis invaluerit.

23) *Henrici*] Est hic *Henricus Leo*, Dux Bavariae et Saxoniae, *fortunatissimus ille et potentissimus Germaniae Dux*, sed *memorabile humanarum rerum spectaculum*, qui cum uxore

cultellos vi tota [o] in ipsos inpegissent: unde latrones in admirationem conversi, tanti reatus veniam pedibus eius prostrati rogaverunt; et ipsa rei eventum admirata, quod petebatur, clementer indulsit. Et hoc rumore longius effuso, omnibus admirabilis habebatur. Hoc ex eius relatione 20) dictum et certificatum sit, qui eius peregrinationi interfuit, et idem mortis periculum timuit, postea Monachus noster [p].

Eodem anno obiit *Wibaldus*, Abbas Ekmundensis [q].

MCLXXVIII. Obiit *Godefridus* 21) Episcopus Traiectensis. *Balduinus* 22) Praepositus [r], frater *Florentii* Comitis Hollandensis successit.

Eodem anno *Philippus* Archiepiscopus Coloniensis terram *Henrici* 23) Ducis Saxoniae magno exercitu aggressus, rapinis, incendiis,

o *In totum corpus* B. *In toto* Sw. et mox *certif. fuit.* Sw. B. *ideo* pro *idem* Ma. p *Postea moritur* Sw. B. Mox *Dominus Wiboldus* S. S. ex MS. *Dom. Wit.* Ma. q Ma. et MS. fol. Omissis *Abb. Ekm.* addit „Et tanta tempestas fuit, ut vix aliquis majorem meminerit".

„Anno CIↃ. C. LXXVII. Trajectum ex magna parte incendio periit, et plurimi utriusque sexus, qui spe salutis in Domum Gerardi Sculteti (1) confugerant, miserabili combustione perierunt. Eodem anno Comes Flandriae *Philippus* cum magno apparatu rerum et militum profectus Iherusalem revertitur. Eodem anno *Alexander* Papa moritur, cujus ordine Lucius III. exaltatur.

„Anno CIↃ. C. LXXVIII. (2) Obiit *Godefridus* Traiectensis Episcopus. Balduinus successit frater Florentii Comitis Hollandiae. Eodem anno Christiani Iherosolymis infinitam multitudinem paganorum in civitate (3) Sancti Georgii occiderunt". r *Praepos.* deest Ma. *Propos.* Sw. B. *Prop. S. Mariae* Chr. Rh. S. S.

(1) Praetoris Vltrajectini vetustissima institutio. Primus quis incertum. Nec constat satis ad vitam an ad tempus quis olim Praetor. Et si ad tempus, quamdiu. *Anfridus* invenitur Ann. 1080. Nec invenitur vetustior. Occurrit *Ialo* seu *Galo* Ann. 1116. ut et Ann. 1118. apud Hedam *hist. Vltrai. p.* 146. et *p.* 152. Idem Ann. 1119. Ann. 1121. *et seq.* in horum annorum chartis. *Alfard* seu *Alfero* Ann. 1125. 1127. 1131. 1132. et 1145. *Wernerus* Ann. 1147. 1155. *Gerardus* Ann. 1165. apud Hedam *hist. Vltrai. p.* 183. et hic Ann. 1176. Item alius *Gerardus*, *Gerardus* scilicet de *Merlo*, in Charta Ann. 1230. ex qua et obiter licet discere vetustissimum eum morem, usitatum adhuc Vltraiecti, subscribendi nimirum nomina traditionibus praediorum in iudicio faciendis, Praetoris et Iudicum, et quod hi decem tum temporis, ut in charta iam dicta: *Datum anno gratiae* CIↃ. CC. XXX. *me Gerardo tunc Sculteto, et nobis Petro Saldenbalg, Heinrico Aureo, Hermanno Oude Ridder, Wernero Rufo, Giselberto Borchgrave, Bertholdo Bonsnavel, Hermanno Posch, Cantero, Huberto, Theoderico Capellano, tunc Scabinis.* In chartis tamen mentio et Eliae Sculteti eodem anno 1176.

(2) Godefrid. Monach. ad h. Ann. *Godefridus Episcopus Traiectensis obiit: cui Baldewinus frater Comitis de Hollant substitutus est.* De cognatione eius dixi ad Anonymum à me editum Ann. 1690. p. 99. et p. 112.

(3) An ubi iam fanum est Sancti Georgii, cuius meminit Cotovic. *itiner. lib.* 3. *cap.* 4?

MATTH.

et tribus liberis in Angliam ad Regem generum suum exul et ab Imperio proscriptus abiit; ubi quartum illi filium Wilhelmum, tot exinde clarissimorum Brunsvicensium et Luneburgensium Ducum genitorem, Mathildis coniux peperit, ut scribit SCHATEN. *Ann. Paderb.* T. I. p. 856. qui, quomodo ad hunc debellandum *Philippus* Archiepisc. Colon. et *Fredericus* Imp.

diis, plurima loca circa Wiseram diripuit, cumque ſ *Fredericus* Imperator valido exercitu subsecutus *Brunswiic* 24) biennio arta obsidione circumdedit, et captis pene omnium urbium et castellorum fortissimis eundem Ducem ad deditionem coëgit, et Ducatu penitus exuit, et *Bernardo* filio *Alberti* Marchionis ⸗ tradidit.

MCLXXX. ⸗ *Lambertus* Gandensis monachus in Ekmunda Abbas efficitur.

Eodem anno 25) Comes Hollandiae *Florentius* Fresiam cum infinito exercitu ingressus *Nethorp* ᵛ 26) et *Winkel* incendit.

MCLXXXI. Rex Franciae 27) instinctu Regis Angliae *Philippum* Co-

ſ *Quem* Ma. et MS. fol. *cumque* Sw. ſ *Iunioris* Sw. B. deest Ma. ⸗ — LXXXI. Sw. LXXIX. B. — LXXX. Ma. male. S. S. ex MS. vulg. cum C. M. ᵛ *Nocberp* Sw. B. *Nethdorp* D. et Ma. *Nydorp et aut Nydorp* S. ad C. M.

Imp. tantum non omnes Saxoniae inferioris Proceres cum Ecclesiasticos tum Laicos in aciem eduxerint, accurate satis perscripsit p. 847-856. cui addas ECCARD. Origg. *Guelfic.* T. III. L. VII. p. 103. sqq. nec non aliud agentem IVNG. *Com. Benth. Ant.* L. III. C. 3. p. 203 - 207. ubi de hoc *Henrico* tamquam *Westfaliae Duce* in not. Nota autem est eius Historia, quam succincte descripsit STRVVIVS *Corp. Hist. Germ.* in *Friderica Barbaross.* et alii. Vtrum his turbis sese *Florentius* noster immiscuerit, non invenio. Adfuit tamen eius sororis filius *Theodericus de Cleve*, cum *Godefrido Duce Brabantiae*, *Philippo Flandriae*, *Ottone Gelriae*, *Everhardo Altenae* cett. V. SCHATEN. p. 848. et ORIGG. GVELPH. l. l. Narravit haec ex Nostro STOKIVS II. vs. 670. sqq. quae tamen STOKII esse, sine ratione negat eius Editor.

24) *Brunswiic*] Vti ex Diplomate Imperatorio, a. 1180. quo Ducatus Westfaliae et Angariae Henrico Leoni ademtus, Coloniensi datur, docemur, qui praesentes fuerint Episcopi ac Principes et quae Ducis delicta, ob quae Provinciis exutus est; sic ex alia Charta Philippi, Archiepiscopi Colon. in obsidione hac Brunsvicensi data, intelligimus obsessam fuisse *Brunsvicam*. Sic enim finit: *Acta sunt haec Dominicae Incarnationis anno MCLXXX. Indictione* [XIII] *regnante Fretherico gloriosiss. Rom. Imperatore Augusto.* DATA *in* EXPEDITIONE SAXONICA PROPE BRVNSWICH *IV. Idus Augusti. Brunswicum* autem, *post duorum* mensium obsidionem circa *Calend. Septembris* deditum in potestatem ac fidem Caesaris, accepisse Coloniensem, docet SCHATEN. *Ann. Paderb.* l. l. p. 853. f. qui utramque Chartam profert p. 851 — 853. Quando igitur Stokii Editor in *not.* ad STOKIVM idem cum Nostro dicentem L. II. vs. 680. p. 415. negat, Imperatorem *Brunsvicum* urbem obsedisse; vel ludum facit lectori in vocibus *Imperatore* et *Archiepiscopo*, vel errat. Quod autem *biennio* dicit Noster, id accipiendum est pro *biennio post*, i. e. anno 1180. vel mutandum in *bimestri*.

25) *Eodem anno*] GODEFRID. MONACH. ad-

Comitem Flandriae bello aggreditur, sed eodem Comite fortiter repugnante minime praevaluit w.

MCLXXXII. Obiit x *Lambertus* Abbas, *Franco* successit *Theodoricus* Comes de Cleve filiam Comitis *Florentii* et *Adae* Comitissae *Margaretam* nomine uxorem duxit, nuptiis magnifice *Lis* y celebratis 28). *Fresones* 29) in villa *Akerfloot* occiduntur z.

MCLXXXIII. Dedicatum est templum *Rinesborch*, VI. Nonas Maii à Domino *Balduino* Traiectensi Episcopo, quod tertio decimo die consecrationis suae cum ipso Claustro miserabili a in-

w Ma. et S. S. ex MS. fol. „Comes Gelrensis filiam Comitis Boloniae Mathei fratris Philippi uxorem duxit, sed eodem anno moritur. Vxor rebus, quas idem Comes Gerardus illi concesserat, violenter ablatis repatriat. Eodem anno Lucius Papa moritur, cui Vrbanus III. subiugatur. l. *subrogatur*. Cuius tempore Iherusalem à Saracenis capitur, quo audito Vrbanus Papa moritur prae dolore." x *Obiit* deest C. M. *Ekmundensi* addit Sw. B. y *Hiis* C. M. *Lis* S. S. Ma. qui in marg. „nota nuptias *Lis* celebratas. Infra ad ann. LXXXVI. nuptiae celebrantur in villa *Losdun*". Mox *Ekerfloet* S. S. z Ma. et S. S. ex MS. fol. „et hyemps mollissima fuit. Hic Gregorius VIII. ad Papam attollitur, qui pro recuperatione terrae Sanctae laborans et Pisis Ianuam reconsilians apud Pisas mortuus sepelitur. Post quem eodem anno Clemens III. procreatur". a *Consecr. suae materiali* Sw. *immaterrali* B. *templum in Rinsburgh* supra Ma.

ad a. 1170. narrat aliam expeditionem his verbis: *Episcopus Traiectensis et Comes Hollandiae contra Fresones arma moverunt: sed sine honore victoriae redierunt.* Qua de re silent nostrates. Vid. WAGEN. *Hist. Patr.* T. II. p. 267. Videntur intelligi Fresones *Oostergoae* et *Westergoae*, de quibus ad a. 1165. p. 111. sq. idque fortasse quia hi *Fresones* rebellarint. Sin minus, Nostri narratio *de incensis villis* ulterius sese non extenderit, et silentio involverit ingloriam hanc fuisse expeditionem.

26) *Netdorp*] Locus est notus, vulgo hodie *Niedorp*, distinctus in *Oud*- et *Nieuw Nydorp*. *Winkel* est Pagus prope *Medenblik*.

27) *Rex Franciae*] Pluribus hac de re agit MEIER. *Ann. Flandr.* ad a. 1190. sq. ac reliqui Scriptores Flandrici.

28) *Magnifice Lis celebratis*] *Lis* locus est intra *Lugdunum* et *Harlemum* medio itinere. Sic ad a. 1186. *Nuptiae factae sunt in villa Losdun.* Videntur igitur Comites Hollandiae his locis, ubi tam magnifico splendidoque apparatu nuptiae celebrantur, habuisse Castra, et Mansiones seu Praetoria, antequam *Arenas Comitis* vel *Hagam Comitis* habitatum concesserunt. Neque enim Comites tunc stabiles habebant sedes, sed ubique vagabantur, et Comitia sua habebant, tum *Flardingae*, tum *Egmundae*, tum alibi, ut docent tot Chartae ac Diplomata variis locis data. Idque ex more huius aevi. Vnde inutilis quaestio est de remotiore *Hagae Comitum* antiquitate, ratione Aulae principalis Comitum, quae postea demum obtinuit; ex Chartis facile solvenda.

29) *Fresones*] Invaserant igitur *Fresones* fines Comitatus Hollandiae, dum nuptiae celebrabantur, in vindictam, credo, stragis anno 1180. perpessae, et usque in hanc villam *Akerfloot* penetrarant. Sic enim intelligendus est Auctor, uti recte STOKE II. vs. 695.

30)

incendio conſumitur 30), et maxima pars Sanctimonialium ad exteras regiones deducta verum testimonium miſeriae ſuae fuit [b].

MCLXXXIIII. *Florentius* Comes Hollandiae decimus Iheruſalem 31) tendit, Freſonibus de *Wiering* et *Texle* prius ſubiugatis, datis ab eisdem Freſonibus. IIII.^or^ milibus marcarum 32) argenti conditione pacis [c]. Rediviva bellorum atrocitas inter Regem Franciae et Philippum Comitem Flandriae oritur.

MCLXXXV.

[b] Ma. ex interpol. „Eruptio fluminum in plerisque locis fuit, et tanta inundatio pluviae, ut ſata omnia interirent, maxime in Epiſcopatu Traiectenſi et Comitatu Hollandiae, ut innumera multitudo famis anguſtia impellere, [l. *impellente*] propria colonia relicta alias migraverit." [c] Ma. ex interpol. „Castrum Bruggis cum eccleſia beati Donatiani et quibusdam aliis eccleſiis et domo Comitis totum pene concrematur [Ma. marg. *Huius incendii obiter meminit* Mejer. h. a. 1184.], et quod omni tormento acerbius est, multi utriusque ſexus flammis circumventi cum rerum ſuarum perditione in ipſis ignibus vitam ponunt. Duacum ſimiliter cum maximo rerum detrimento violento incendio conſumitur".

30) *Conſumitur*] Errat igitvr STOKE II, VS. 650. quando ſuo adhuc tempore ſtare idem *illud templum* affirmat: quod probe animadvertit V. D. HVYDEC. not. p. 414. Forte illaeſa manſit altera *Petronillae Eccleſia*, quamquam combuſto Clauſtro.

31) *Iheruſalem*] Hanc primam Florentii in terram Sanctam expeditionem ANN. EGM. Scriptor C. XXVII. p. 33.' intra annos, ut videtur, 1180 — 1182. collocat hoc modo: *Tempore istius Abbatis* [Lamberti] *Florentius Comes Hollandiae — — fecit ad terram Sanctam et montem Syon ſuam primam profectionem cum Philippo Comite Flandriae Alſatiae Artheſiae et Wieremanniae* [l. Veromanduae], *Petro de Bueren fratre Philippi Comitis Flandriae conſanguineis eiusdem Florentii — — qui laudabiliter triumphantes redierunt ad propria.* At *Lambertus* factus est Abbas a. 1180. et obiit 1182. Serius tamen noster ad a. 1184. in quo tamen comitatu an adfuerit *Philippus* Comes, dubitarim. MEIER. *Ann. Flandr.* nihil horum. WAGENARIVS et V. D. ad STOKE II. VS. 897. p. 438. de conatu et ſumto tantum vexillo, non vero de perfecto a Florentio itinere intelligunt: quamquam Auctor diſerte dixit: *Iheruſalem* TENDIT, *ſubiugatis prius Freſonibus*; cito tamen rediiſſe, credere licet. WAGENARIVS excuſari eo optime potest ac debet, quod, *Wilhelmi Procur.* ſcriptoris ſeculi XIV. nomine abreptus, minorem fidem huic Chronico propterea habuit, quod aequalis aevi ſcriptoris eſſe ignoravit.

32) *IIII. milibus marcarum*] Ingens profecto ſumma, ſi ex hodiernis Marcis computaretur. Verum optime docuiſſe mihi quidem videtur V. D. HVYDECOP. ad hunc locum, in AEM. STOK. T. I. p. 529. — 532. per vocem *Marcam* non aliam pecuniae ſummam innui quam quae alibi *Librae* vel etiam *Talenti* nomine venit. Sic infra ad a. 1202. *datis a Comite duabus milibus Marcarum* convertit STOKIVS II, VS. 1358.

Ende gaf/ eer hi mochte ontgaen
Twe dusent PONT.

Sic iterum ad a. 1204. *duo millia* TALENTORVM, STOKIO audiunt L. III. VS. 106.

twee

MCLXXXV. Puella quaedam in villa, quae vocatur *Rinesburch*, triennio [d] caeca meritis Dei genitricis illuminatur.

MCLXXXVI. *Theodericus* filius Florentii [e] et Adae Comitissae sororem *Theoderici* 33) iunioris, Comitis de *Cleve*, nomine *Aleidem*, uxorem duxit; nuptiae vero factae sunt in villa *Losdun*. *Sophia* abbatissa soror 34) Comitis *Florentii* Abbatiam in *Rinesburch* ultro deposuit. *Agnes* successit [f].

MCLXXXVII.

d *A teneris* Sw. *tervenis* B. e *Florent.* deest C. M. et B. Mox *minoris* Sw. B. et deest *ultro*. Mox *Abbatissa Agnes* B. f Ma. et MS. fol. „Eodem anno Clemens III. moritur, cuius loco Coelestinus III. consecratur, à quo secundo die sui Pontificatus Henricus ad Imperium consecratur.

twee dusent Marc. Nunc solum quaeras, quantum *Marca* seu *Libra* valuerit hoc tempore. Et hic maxime distingui debent *Librae Germanicae*, *Hollandicae* ac *Frisicae*. *Frisicarum* librarum meminit *AnonymusTraiect.* p. 8. in re huius aevi, *Domino Episcopo darentur mille* MARCAE FRISICAE. Ad quae verba haec inter alia adscripsit p. 141. MATTHAEVS: „ *Marcae varia aestimatio. Marca argenti in Germania octo unciis constabat. Vnaquaeque autem uncia aequabat Imperialem. Qua ratione mille Marcae viginti millia Florenorum sunt.* WEHNER. *Pract. obs.* lit. G. LAMBEC. Lib. II. *Rer. Hamburgh.* pr. BANGERT ad HELMOLD. L. III. Hist. C. 21. AVENTIN. *Ann. Boj. L. 57. p. 657. Sed ut alibi, ut puto, ita et Vltraiecti valor non semper idem* cett. Et alibi p. 129. LIBRA *olim varia et aestimatio eius varia. Plerumque idem quod* FLORENVS. *Sed floreni etiam non iidem. Interest etiam de qua libra loquatur quis. De auri an de argenti. Nigrorum Turonensium* LIBRA *valebat solidos seu stuferos LXII. Libra auri duas marcas. Marca olim LXXX. florenos. Hodie LXXV.* RITTERSHVS. *ad* GVNTHER. L. III. C. 3. MEIBOM. *Apolog. pro Otton. IV. Opusc.* p. 365. *Libra olim* HOLLANDICA 15. *tantum stuferos. Hodie autem XX. Solidus, seu een Schelling sex chalcos seu obelos.* Vid. *'t begin en eind van de Erfgrav. Bediening cap.* 3." Haec MATTHAEVS: cui quum consonet V. D. HVYDEC. p. 532. statuamus, hic *Marcas* intelligi *Hollandicas*, quarum quaeque faciat 15. *stuferos* hodiernae monetae; sic 4000. *marcae* valebunt 3000. florenos hodiernos.

33) *Sororem Theoderici*] Sic duplex inter Comites Clivenses et Hollandenses Cognatio intra 4. vel. 5. annos intercessit; (Vid. ad a. 1182.) ita ut *frater* et *soror* iuncti sint *fratri* et *sorori*, hoc modo:

FLORENTIVS Com. Holl.

MARGARETA, Vxor THEODERICI Comitis de Cleve, cuius —— Soror

THEODERICVS, Comes Holl. Vxor ALEIDIS.

34) *Sophiae — soror*] De hac sorore Comitis Cf. *Dissertat. Critico-Geneal.* No III.

35)

MCLXXXVII. *Saladinus* 35) Rex [g] consilio et traditione 36) Comitis *Hugonis* de *Tripla* [h] Christianos expugnat, *Iherusalem* capit, eiectis Christianis possidet, crucem Dominicam asportat et in exteras regiones collocat. *Accaron*, quae et *Ptolomaydis*, a Turcis [i] capitur et possidetur, *Ascalon* similiter, et multae civitates et castella ad *Iherusalem* pertinentia [k], caesis Christianorum plusquam LX. millibus et multis captivatis violenter [l].

MCLXXXVIII. Decreto Romani Pontificis 37) et praecepto *Frederici* Imperatoris Duces, Comites, Episcopi, Abbates, potentes, nobiles, et maxima multitudo ceterorum [m] fidelium *Maguntiam* con-

g *Rex* deest Ma. h *Templa* Sw. B. Not. Ma. „Scribendum *de Tripoli*, ut apud Bekam ad Ann. 1178. Vid. Auctar. Aquicinctin. ad Ann. 1178. Mox *in* abest C. M. i *A Ptolomaidis Agarenis* Sw. B. „f. *quae et Ptolemais et Acris capitur* S. S. *Acris* C. M. Vulg. Ma. sed *Tholom.* cum hac nota:" Intelligit *Ptolemaiden.* Vid. Analect. T. I. p. 48. et ibi Not. num. 2. 4°. k *Pertinentes* Sw. B. Mox 40. *millibus* B. l *Qui violenter attinentur* AL. S. S. *q. v. optinentur* W. Proc. m *Ceterorum* deest Sw. B.

35) *Saladinus*] Quidquid hos per annos 1187 — 1193. Auctor de rebus Terrae Sanctae et expeditionibus in illam susceptis narrat, quum per plures Scriptores coaevos et oculatos testes plenius sit enarratum; otium nobis in plerisque hic fiet. In his praeter WILHELM. TYRIUM eminent TAGENO Decanus Pataviensis in *Descriptione Expeditionis Asiaticae Imp. Friderici* I. qui cum Episcopo Diepoldo socius huius Expeditionis fuit, et apud Trippolin a. 1190. defunctus est; initium historiae suae fecit a IV. *Kal. Iun.* 1189. eamque persequitur ad XI. *Kal. Iul.* editus a M. FREHER T. I. *Rer. Germ.* p. 406. sqq. edit. B. G. STRUV. Porro MARINUS SANUTUS, *Secreta fidelium Crucis*, in J. BONGARSII *Gestis Dei per Francos* T. II. p. 191. sqq. BOHADINUS *Vita Saladini* Ed. A. SCHULTENS. Multa etiam habet GODEFRID. MONACH., et quos plures ad a. 1190. p. 356. in margine laudavit ibid. V. D. STRUVIUS; denique omnes, qui res gestas *Frederici I. Imper. Germ.* fusius explicarunt. Nos igitur duntaxat ea, quae vel nostrum Comitem propius spectant, vel explicatione egeant, potissimum tangemus.

36) *Consilio et traditione*] Pluribus haec tractavit AEM. STOKIUS L. II. VS. 707. sqq. qui sua ex SANUTO *Secret. fidel. Crucis* L. III. P. IX. hausisse videtur, in multis illustratus, redargutus quoque, ab Ill. V. HUYDECOP. T. I. p. 419 — 436. et p. 535. sqq. qui Comitem Tripolitanum sive *de Tripoli*, [uti hic pro *Tripla* legas oportet] a culpa proditionis absolvit; eius perfidiam negat; fugam vero ex acie et ignaviam non negat; p. 540. multis in Abbatem VERTOT *Hist. de l'Ordre* etc. invectus p. 535 — 547. Idem V. D. HUYD. docuit p. 420. Comitem hunc non fuisse dictum *Hugonem*, sed *Raimundum Hugonis fratrem*; quem (ut STOKE et alii produnt) circumcidi se iussisse, detestabilem vocat calumniam p. 436. Quae et plura alia ad Expeditionis Cruciatae Historiam spectantia, diiudicent alii. De anni tempestate vide p. 434. ad VS. 865. Conferri de tota expeditione meretur HEDA p. 178 - 181.

37) *Decreto Romani P.*] CHRONOGRAPHUS

conveniunt, ubi in vindictam ſanctae Civitatis et iniuriam ſanctae Crucis ulciſcendam, Imperator *Fredericus* cum filio [n] ſuo Duce Suevorum et Comite Hollandiae *Florentio* 38) et Comite Gelrenſi *Ottone*, et aliis ſummae nobilitatis Principibus a Cardinali et Epiſcopo *Henrico* Apoſtolicae ſedis legato Crucis vexillum 39) ſignum [o] profectionis in *Iheruſalem* Suscipit, multi potentes et nobiles viri laude militari digni viam inſiſtunt Iheruſalem,

MCLXXXIX. *Fredericus* Imperator cum filio ſuo *Frederico* Suevorum Duce per [p] regnum Vngariae ingreſſus fines Graeciae, negatoque transitu [q] maris *Brachii S. Georgii* 40) cum innumerabi-

S

[n] *Filiolum* vocat ipſe in literis ad *Henric.* fil. HKD." S. ad C. M. [o] *In ſignum* et *Profeſſ.* Sw. B. Modo *Apostolici* Ma. Mox id. *Et ſic multi alii.* Post *Iheruſalem* Ma. ex interpol. et S. S. „*Wilhelmus* etiam Florentii Hollandiae Comitis iunior filius patrem ſummopere [Ma. *ſumme*] prohibentem praedicta via ſequitur, qui ad terram Sanctam veniens per Imperatorem vix patri reconſiliatur". [p] Deest Sw. B. [q] *Legatos transitum* Sw. B. *negato ſibi* Ma.

PHVS SAXO ad a. 1188. p. 314. *Imperator pro legatione Apostolica de adiutorio Orientalis Eccleſiae omnibus Principibus Teutonicae terrae et ceteris fidelibus curiam in medio quadrageſimae Mogontiae inſtituit. — Imperator inſpirante Deo in praeſentia Albanenſis Legati et totius Imperii in remisſionem omnium peccatorum crucem accepit, deinde filius eius Dux Sueviae, Landgravius, et multi Epiſcopi, Duces et Comites, virique Nobiles, Milites et viri militares crucem acceperunt, ad eam Curiam IV. milia virorum electorum, et expeditio in annum integrum dilata, in die S. Georgii Ratisponae ſtatuta est.*

38) *Comite Hollandiae Fl.*] Inter hos Imperii Principes primarias egisſe partes Comitem *Florentium*, docet non modo inſignis hic coaevi ſcriptoris locus, ſed frequens aliorum his in rebus eius mentio. Sic GODEFRID. MONACH. *S. Pantal.* ad a. 1190. p. 355. ſ. et 356. *Secunda feria post Pentecosten* [i. e. h. a. 14. Maii.]. — *Sic in perniciem Turcorum quum deſaevisſent —, quarta feria venerunt ad hortum, qui ante civitatem Iconium ſitus erat —. Proinde Imperator conſilio cum ſuis habito fere usque ad noctis medium, quos ad civitatem obtinendam praemitteret; decrevit Ducem Sueviae filium videl. ſuum et* COMITEM HOLLANDIAE FLORENTIVM *nomine ad expugnationem civitatis mittere.* In *Expedit. Aſiatic.* laudata ad STOKIVM T. I. p. 446. vocatur *magnus: Dux Meraniae et Magnus* COMES HOLLANDIAE *et Fredericus de Berguen cum trecentis electis Militibus Philippopolim ab Imperatore mittuntur.* Huc ſpectare etiam videntur verba SANVTI *Secret. fidel. Cruc.* L. III. P. X. p. 196. *Venit quoque Nobilis vir et in Dei ſervitio probatisſimus Iacobus de Avenis cum multitudine navium, quas Esueſches appellant, adducens Flandrenſes, Brabantios et* FRIXIONES.

39) *Crucis vexillum*] Quid ſignificet, docet V. D. HVYDEC. ad STOKE II vs. 894. p. 437. Addit autem WILHELMI PROCVRATORIS interpolatio post verba ultima: *inſiſtunt Iheruſalem*, haec ſqq. *WILHELMVS etiam Florentii Hollandiae Comitis iunior filius patrem ſumme prohibentem praedicta via ſequitur, qui ad terram Sanctam veniens per Imperatorem vix patri reconſiliatur.*

40) *Brachii S. Georgii*] Chronicon Reichers-

bili et valida suorum sequacium manu, Graecis repugnare non audentibus r, castella et civitates occupat et potenter hyemat s 41). Eodem anno innumerabilis multitudo fidelium magno apparatu navium arma et escas subvehentium viam insistit Iherusalem, et prospero itinere *Sur* t usque 42) advehitur. *Otto* Comes Gelrensis navali itinere Iherusalem vadit.

MCLXXXX.

r *Addit gentibus* Sw. B. s *Muniebat* Sw. B. t *Serian* B. *Hus* Sw. *Supra subnotatum* C. M.

eberspergense simpliciter vocat *Brachium* ad a. 1190. *XV. Kal. April.* cett. *venerunt Callipolim ad transitum brachii. X. Kal. April. In Parasceve transivit brachium Dux Sueviae.* Mare *Propontieum*, *Hellespontum* Otto Frisingens. L. I. *de reb. gest. Fridr. Barbaross.* Cap. 43. *Propontidem* Otto de S. Blasio Append. ad Otton. Frisingens. C. 33.

MATTH.

Vocatur in TAGENONE, itineris socio, ad IV. Kal. Sept. p. 408. *Brachium atque mare S. Georgii*, et VI. Kal. Mart. p. 411. *Transitus ad sinum maris S. Georgii, Hellespontum antiqui vocant.* Quod rectum esse, docet Ill. *Commentator* ad STOK. I. p. 549. nimis tamen acriter *Alkemadium* Nostratem insectans.

41) *Hyemat*] Hiemavit nempe Imperator *Hadrianopoli*, unde literas in Germaniam misit, quae exstant apud TAGENON. *Exped. Asiatic.* p. 410. Reliqui vero *Philippopoli*. ibid. f. Cf. BUCHEL. ad HED. p. 183. (h). Antea vero ipse per aliquot hebdomadas Philippopoli consederat, ut docet eius Epistola ad *Henricum* filium conscripta, apud W. HEDAM p. 178—183. *Apud Philippopolim iam duodecim hebdomadas complevimus. — — Datum* PHILIPPOPOLI *XVI. Kal. Decembr.*

42) *Sur usque*] Perperam apud Sweertium est *huc usque* pro *Sur usque*. *Sur* autem non *Syria* est, ut putat Freherus, qui, ubi vox haec occurrit apud Godefrid. Monachum, ad oram adscripsit *Syriam*, et quod mirum ad locum etiam, ex quo constat, quod urbs, ut ad Ann. 1149. *Solam Sur, et Tripolin, et Antiochiam, et castella in montanis posita Christiani obtinent. Marchio Conradus quietus in Sur esse, nec confligere cum paganis statuit: ne si exercitus suus perimeretur, civitas à Christianis perditum iret.* Vrbs est non provincia. Et aut *Tyrus* aut *Sidon*. Infra ad Ann. 1192. *Conradus Marchio et defensor civitatis Sur.* Guibert. Abbas *lib.* VII. *de gest. Dei per Franc. cap.* 7. *ad civitatem applicant maritimam, quae appellatur Baruth etc. et dehinc ad aliam, quae dicitur Sur.* Quod *Sidon*, Chronic. Augustens. quod est apud Freherum ad Ann. 1193. *Conradus Marchio Montisferrati, qui Rex Ierusalem fuerat creatus, ut fertur de consilio Regis Angliae à duobus insidiatoribus occiditur apud Sidonem.* Contra autem quod Tyrus Chronic. Reichersp. ad Ann. CIↃ. C. LXXXVII. *Istae vero civitates adhuc sunt salvatae, et bene munitae, Hierusalem, Tyrus, quae et Sur, et Ascalona etc.* Cur autem tam varie? Haud dubie urbium propinquitas, nec quicquam aliud in causa est. Robert. de Monte ad Ann. 1124. *Tyrus capitur, quam moderni vocant Sagittam. Sydon vero contermina eius ab incolis modo Sur vocatur, et est metropolis.*

MATTH.

43) *Rex Constant.*] Fuit hic *Isacius Angelus*, qui a. 1185. d. 12. Sept. Imperium Orientis adeptus est. Imbellis hic Imperator Fredericum Aenobarbum per Thraciam copias ducentem conatus intercludere

MCLXXXX. [a] *Rex Constantinopolis* 43) suorum longa oppressione coactus *Frederico* Imperatori et cuncto exercitui [b] transitum maris concedit, naves praeparat, obsides dat [c], et tota legio fidelium sic transvehitur.

Eodem anno *Fredericus* Imperator obiit, cui a quodam incluso 44) praedictum fuit, quod aquis suffocatus 45) interiret.

 Itaque

a *Similiter* B. Sw. Sim. *Rex C. Turcorum l. c.* B. b *Cum e. exercitu suo* B. c *Naves praeparatae obs. dantur* B.

re, quanto suo damno id fecerit, docent omnes scriptores. Vid. HUYDECOP. ad STOK. T. I. p. 439. ex *Niceta*, *Tageno*-*ne*, reliquis.

44) *Incluso*] Vocantur hi *inclusi* et *reclusi*. Vid. MATTH. *Anal.* II. p. 290. BUCHELIUS ad BEKAM p. 59. (c) *Abbatem Ioachim* hunc esse monuit. HEDA p. 178. *virum quemdam eremiticum* vocat. Belgice *Kluisenaars*.

45) *Obiit — aquis suffocatus.*] Nota res est, Imper. Fredericum Aenobarbum in hac expeditione haud procul Seleucia d. IV. Idus Iun. a. 1190. aquis vel suffocatum vel post aquae immersionem subito obiisse. GODEFRID. MONACH. *S. Pantal.* p. 356. Ed. Struv. *Moventes castra, quum ad ripam fluminis devenissent; Imperator autem die Dominica contra omnium voluntatem cum diutino labore aestuaret, in fluvium descendit refrigerandi gratia. Nec mora — aquis* PRAEFOCATUS OBIIT. Cf. quos magno numero hic laudat GODEFRIDI Editor ad marginem, et BUCHELIUS ad BEKAM p. 59. (d). Add. W. HEDA p. 181. *Fredericus — omnia ferro victoriosi sibi aperiens, devenit in Armeniam, ubi dum refrigerii causa propter intensum aestum in flumen Saranem descendisset, ignarus vadi, in verticem montis a praecipiti flumine absorptus est.* His adde nunc Nostrum Scriptorem coaevum. At cui non dictus Hylas? Et tamen totidem verbis hoc iterum, negat morosus editor STOKII T. I. p. 443. *Keizer Frederik*, inquit, *is* NIET *verdronken; maar hy is den* 10. *Juny* 1190. *in de Stad Seleucien, tegen den avond, schielyk overleden*, usus hoc argumento prorsus ficulneo, quia nempe scriptor aliquis *αὐτόπτης* TAGENO tantum simpliciter dicit, *subito Imperator obiit:* ac propterea totam Nostri Scriptoris narrationem, etsi *coaevi scriptoris* (quippe qui a. 1205. scribere desiit), hinc amovendam censet, coniectans hunc tantummodo dixisse: *Fredericus Imperator obiit. Corpus eius excenteratum* cett. Fateor, TAGENONEM, qui rebus adfuit, simpliciter dicere: *IV. Id. Iun. qui erat tunc dies solis circa vesperam Seleuciae subito Imperator obiit.* Sed qui *Tagenonem* legerit, facile deprehendat, ipsum, tamquam Regis buccinatorem, honori Imperatoris in eo parcere voluisse, quod tanto Rege nimis indignum putaret, puerilem in modum natando perire, vel certe post natandum, vel per fluminis in equo transitum, idque contra omnium Procerum voluntatem, et talia disertis verbis scripto mandare. Nimis tamen testata res est, quam alii praeter *Tagenonem* posteros latere, non siverunt. Ipse Noster eodem quo TAGENO loquendi modo utitur, quum ait: *Fredericus* OBIIT, adiecta deinde mortis caussa. Cf. STRUV. *Histor. Germ.* in *Frederico* §. XL.

46)

Itaque cum ad quendam decurſum aquarum cum exercitu peregrino devenisſet, delectatus limpiditate eius [x], ut ſudorem ex labore contractum ablueret, peritia natandi confiſus, aquis 46) ſe commiſit. Qui valido impetu repente abstractus et lapidi inter aquas latenti alliſus, Romani imperii Augustus, tam praeſentis exercitus luctu et confuſione, quam totius Christianitatis dolore ſummo, tam miſero mortis genere obiit. Et quia nihil fama velocius [y], ad gentiles obſesſos, *Accaron*, mors eius velocius pervolavit, ut fere hanc prius, quam Christiani, ſcirent, quorum cotidiana fuit inſultatio, mortem tanti Imperatoris confuſis plauſibus Catholicis inproperantium [z]. Corpus eiusdem Imperatoris exenteratum ob longitudinem itineris, ſale diligenter confri-

x *Eiusdem aquae* Sw. B. Mox *experientia nandi*. y *Quod volat fama velociter ad* Sw. B. Mox margo Ms. „al. *exultatio*". z *Imp. plausibilis Catholicis confuse improperantibus* Sw. B. *Mortem* deest omnibus. Adieci ex Ms.

46) *Aquis*] Variant Scriptores circa fluvii nomen. Alii *Saleph*, alii *Cydnum*, iterum alii *Calycadnum* vocant. Vid. FREHERI not. ad GODEFRID. MONACH. ad a. 1190. p. 356. BVCHEL. ad *Bekam* p. 59. (d). et STRVV. *Hist. Germ.* in *Frederico* §. XL. Non alius mihi intelligendus videtur quam *Saleph*. Sic *Sanutus*, ſic *Arnold. Lubec.*, *Alb. Stadenſis*, aliique, pro quo vitioſe etiam alii *Saphetb*, *Serra*, *Sara*. *Cydnum* credo ortum ex male intellectis verbis TRISTANI CALCHI *Hist. Mediol.* L. XII. ad a. 1189. *Varia fama*, SPONTENE (*exemplo Alexandri M.*, QVI, *ut calidum corpus frigido flumine allueret*, *in* CYDNVM *Ciliciae fluvium* DESCENDIT), *an* COACTVS, *in amni* SALEPH *merſus*, *adſtrictis ſubito vitalibus enectus ſit*. Deſcendit enim *Alexander* in *Cydnum*, non *Fredericus*, et opponuntur *ſponte* et *coactus*, propter transvadationem nempe. Solus V. D. ad STOKE T. I. p. 442. ſq. quando ORTELII conieeturam *Calycadnum* admittentis ſequitur, hic contradixit, et luſit in voce, quoniam ORTELIVS ipſum hunc *Calycadnum* pro *Salepho* habuit. En eius verba V. CALYCADNVS. *Ciliciae Fluvius*, *Ptolemaeo*. *Quidam* CALYDNVM *vocat*, *ut Stephan. ſcribit*. MAR. NIGER *SALESO appellat*. *Forte SALEPHO*, *quem alii* SELEPHIVM —. *In hunc Fridericum Imp. periisſe*, *tradunt belli ſacri Scriptores*.

47) *Florentius*] Jo. de Beka in Balduino II. *Eodem etiam anno Florentius Comes Hollandiae Kalendis Augusti menſis obiit in Antiochia*, *ſepultus ibidem apud tumbam Imperatoris in eadem eccleſia*. Frequens hic in aula Friderici Barbarosſae, frequens in comitatu. Bello interfuit in Longobardia et Comitiis apud Roncalias, variisque, quae extant, chartis Friderici ſubſcripſit, ut chartae Ann. 1176. et Ann. 1177. Vna deinde cum eo adverſus Turcas et Sarracenos profectus in Syriam, una cum eo etiam expugnavit Iconium. Godefrid. Monach. ad Ann. 1190. *Decrevit Ducem Sueviae filium videlicet ſuum, et Comitem Hollandiae Florentium nomine, ad expugnati-*

fricatum, et gestatorio inpositum, luctuoso agmine *Antiochiam* delatum est, et in basilica Beati Petri in introitu chori dignissimo honore tumulatum.

In eadem Antiochia *Florentius* 47) Hollandiae Comes decimus non multo [a] post languore correptus obiit, vir, in quo totius honestatis et probitatis forma se aptaverat. Cuius filium *Wilhelmum* Dux Sueviae 48) in obsequium suum assumpsit, tum propter Patris [b] ipsius adinvicem habitam dilectionem, tum propter eiusdem Iuvenis acceptabilem sibi strenuitatem. Similiter Episcopus *Wirtiburgensis* mirae facundiae et scientiae, in quo totius exercitus consilium in administrandis negotiis dependebat, ibidem mortuus, Catholicis exequiis sepultus est; aliique multi Potentes et Nobiles Antiochiae sunt sepulti.

a *Plus* C. M. *Decimus* deest Ma. b Deest Sw. B. Mox *eius iuventutis* B. Pro *sibi* Sw. B. *fere*. Mox *Wirtemb.* Sw. B. *Werceb.* Ma. *Expensis* pro *exequiis* Ma.

gnationem civitatis mittere etc. Adde Goldast. *to.* 3. *const. Imp.* 235.

MATTH. ANNAL. EGM. C. XXVIII. p. 35. *Anno Dom. millesimo centesimo octogesimo octavo decreto Alexandri Romani Pontificis innumerabilis exercitus Christianorum versus Hierosolymam proficiscitur, cuius Capitanei* PRINCIPES *erant Fridericus Romanorum Imperator, Philippus Rex Franciae, Richardus Rex Angliae, Fredericus Dux Sueviae, Conradus Dux Austriae,* FLORENTIVS COMES HOLLANDIAE *cum* WILHELMO *filio suo, Philippus Comes Flandriae, Otto Comes Gelriae —. In illa ergo profectione sive itinere obiit post multas victorias* FLORENTIVS *hic Comes Hollandiae, et sepultus in Antiochia in Basilica Sancti Petri apud tumbam Imperatoris.* Fuit igitur FLORENTIVS inter eos, qui *grassante* tunc *morbo* obierunt; de qua scribunt TAGENO p. 416. GODEFRID. MONACH. p. 357. pr. et STOKIVS II. 975 – 987.

48) *Dux Sueviae*] Nempe *Fredericus*, filius Imperatoris Frederici, qui tamen seq. anno mens. Ianuar. etiam obiit; ut Noster a. 1191. Vnde errant Nostrates seriores, quando volunt *Wilhelmum* per *quinque annos* cum hoc *Frederico* iunctum rem strenue gessisse. V. BEK. p. 75. *Wilhelmus de Hollandia filius eius iunior natu, Frederico Duci Sueviae sociatus, ad annos quinque post obitum patris in terra Sancta permansit, qui in diversis bellis campestribus contra paganos victoriae palmam multis vicibus acquisivit, per cuius industriae probitatem Christiani dicuntur obtinuisse Damiatam urbem Aegypti prorsus inexpugnabilem.* — Quem errorem tum de Frederico per quinquennium socio, tum de capta Damiata iam depulit BVCHELIVS ad BEKAM. p. 59. (f). Et tamen Historiae fundus verus esse potest, modo res coniunctae probe distinguantur. Credo equidem, *Wilhelmum* per quinque annos haesisse et strenue rem egisse in terra Sancta, quamquam mortuo Frederico Suevo. *Damiata* autem, cuius captae gloriam *Kennemarii*, in iisque maximam partem *Harlemenses* sibi vindicant, non quidem

MCXCI. [e] Dux Sueviae *Fredericus* 49), filius *Frederici* Imperatoris, qui cum patre Iherosolimis [d] profectus erat, et *Philippus* potens Marchio Flandriae 50) apud *Accaron* moritur [e]; et infinita multitudo fidelium. *Accaron* 51) a Christianis recuperatur,

a MCXCII. AL. S. S. et Ma. d — mis Sw. B. — ma Ma. e *Moriuntur* Sw. B. f Ma. ex interpol. „Eodem anno Celestinus III. de medio tollitur, post quem Innocentius III. Pontificali infula decoratur. Hic quam magnus fuerit, quantus quoque in scientia gloriosus, opera eius testimonium perhibent veritati. Fecit enim inter cetera hospitale Sancti Spiritus, et Sancti Sixti ecclesiam renovavit, decretales quoque Epistolas composuit et sermones, librum etiam de misera conditione humani generis, et multa alia gloriosa. Iste universis ecclesiis infra urbem calices argenteos non habentibus libram argenti dedit pro calicibus, eo pacto, quod eos vendere non liceret. Hic Ottonem quartum coronavit, et quia fidelitatem non tenuit eum postea degradavit. Huius tempore Constantinopolis à Venetis et à Francis capitur, et per aequivocationem pisci angeli (1) declinatur. Huius tempore pro subsidio terrae Sanctae Lateranis Concilium celebratur. In quo CIↃ. CCC. XV. Praelatorum numerus recitatur. Huius anno secundo incepit solempnis ordo fratrum Praedicatorum per beatum Dominicum de Tholosa, ubi verbis et exemplis contra haereticos praedicabat. Ordinem vero Minorum San-

(1) Tres Graecis fuerunt Angeli Imperatores Orientis. Isacius Angelus, fratris fraude Alexii Angeli circumventus, et de imperio deiectus, et qui patruum deiecit throno Alexius Angelus Isacii filius, ab Alexio rursum Duca ob ignaviam captus, et in carcere eliso gutture ab eodem strangulatus. Quod nec ipsi impune, qui postquam cum Venetis Alexii sociis conflixit, à Venetis fusus, victusque, et intra urbem compulsus, brevi urbem, imperium, et effossis dein oculis simul vitam amisit. Vid. Chron. Carion. et Nicet. Choniat. Isacio autem Angelo cum immineret exitium, Graecus quidam Basilacius, vates stulto habitus, et praescius futurorum, vidente Isacio, sed negligente, ut Nicetas scribit in eius vita *lib.* 3. [Quemadmodum Graeca, quae omitto, Latine sonant]. *Scipione, quem habebat in manu, imaginis Regis, quae in eius oratoriae cellae pariete depicta erat, oculis erasis, etiam pileum eius rapere, et terrae allidere properabat.* Et hoc est haud dubie, quod hic Auctor respexit. Nec immerito suspicetur quis Isacium, qui instar angeli *flammanti erat facie*, ut Nicetas scribit in eius vita, instar angeli etiam pictum.

MCXCII.

dem hac aetate, sed serius a. 1218. vel 1219. capta fuit.

49) *Fredericus*] Obiit nempe Fredericus in obsidione Vrbis Accaron d. III. Kal. Febr. a. 1191. ut *Chronicon Reichersperg.* a. 1192. docet. cf. CHRON. WEINGART. p. 798. et OTTO *de* S. BLASIO C. XXXV.

50) [*Philippus—Flandriae*] Obiit nempe die 1. Iun. 1191. Sic certe STOKE II. vs. 1021. cf. MEIER. *Ann. Flandr.* Capta autem est paullo post urbs Accaron sive Ptolemais, d. 12. Iul. 1191. ut computat V. D. HUYD. ad l. l. vs. 1022. p. 448.

51) *Accaron*] „*Acon* etiam, *Ptolemais*, et Belgis olim *Akers*. Vrbs ingens, potentissima, et ad miraculum valida. Rebus iam profligatis et in Syria prorsus perditis diu tutum in Oriente Christianis perfugium. A Regibus, quorum mentio hic sequitur, coniunctis copiis obsessa, et non diu post capta, a. 1191. NIC. TRIVETT. apud D'ACHERY *Spicileg.* Tom. VIII. h. a. *Equitum peditumque et incolarum funestis et propemodum continuis intra urbem dissidiis, post gravem obsidionem et formidandos insultus (diebus enim et noctibus quadraginta continuis centum millia armatorum urbem fortiter oppugnabant, quos simul ac essent fessi centum alia excipiebant; sexcenta enim millia discordes fatigabant) a Saracenis recepta anno* 1291. NIC. TRIVETT. d. ann. *Historiam Obsidionis, mundum horrentem. adhibi-*

vi-

tur, caesis in ea multis milibus Turcorum. *Philippus* rex Franciae hoc anno, quo cum Rege Angliae *Richardo* profectus erat, repatriat [f].

MCXCIII. *Albertus* frater Ducis de Loven [g] 52) eodem anno, [quo Episcopus consecratus erat, occiditur. *Conradus* Marchio 53) et [h]] defensor civitatis *Sur*, [i] qui multa pro Christianis stre-

Sanctus *Franciscus* apud Assisium incepit anno XIV. Domini Innocentii praedicti. Hic Papa Abbatis Ioachimi (z) libellum, quem contra Magistrum Petrum Lombardum ediderat, condempnavit. Dampnavit etiam Amelricum Carnotensem cum sua doctrina, sicut habetur in decretali *Dampnamus*. Hic Amelricus asseruit ideas, quae sunt in mente divina, et creare et creari, cum nihil nisi aeternum et incommutabile sit in mente divina. Dixit etiam, quod ideo finis omnium dicitur Deus, quia omnia reversura sunt in eum, quae in Deo immutabiliter quiescunt, et unum et individuum atque incommutabile in eo manebunt. Dixit et Deum esse essentiam omnium creaturarum, et esse omnium. Dixit etiam quod in caritate constitutis nullum peccatum imputabitur. Vnde sub tali specie pietatis sequaces sui omnem turpitudinem libere committebant. Qui Amelricus Perusii cum suis sequacibus est combustus. [g] *Luwen* C. M. Sw. B. *Louvon* Ma. qui modo CIↃ. C. XCII. *Leenrech* Sw. [h] Desunt haec C. M. Sw. B. Habet Ma. ex WILH. [i] *Suae* B. *Et qui* statim Ma.

(z) Iac. Philippus Bergomas *supplem. Chron. ad Ann.* 1139. *Ioachim magnus Abbas natione Calaber, vir magnae doctrinae et excellentissimae vitae, ac ingenii prope divini, hac ipsa tempestate apud Guilielmum magnum Regem et Calabros omnes clarus et inclytus habitus est. Qui prophetiae spiritu, ut aiunt, repletus etc. Hic cum plurimum eruditus esset nonnullos in sacris Codicibus edidit commentarios etc. Alia quoque multa edidit, et maxime contra Iudaeos, et alios fidei Catholicae adversarios. Scripsit etiam tractatum contra Petrum Lombardum supradictum Theologum eminentissimum, qui in Concilio generali damnatus est, ut principio decretalium c. damnamus.* Cap. est 2. *ext. de Summ. Trinit.* quo damnatus et Amelricus.

MATTH.

visam, quae et Vrbis continet descriptionem et multa alia singularia, quae vix alibi ita exstant, in scriniis adhuc servo. Nec detrecto editionem, si quis petat typographus". Ita fere A. MATTH. *Not. ad* ANONYM. *de Reb. Trai.* p. 185.

52) *Ducis de Loven*] Henrici Ducis Lovaniensium. *Louven* idem quod *Loven*. Erat autem *Albertus* electus Leodiensis. Caesus, ut putabatur, Augusto non invito. Alium is malebat, et mox etiam alium in eius locum substituit. Godefrid. Monach. ad Ann. 1192. *Alberto Leodiense electo ex sententia Episcoporum et Principum amoto, eo quod non canonice intrasset, Lotharium Brunnensem Praepositum substituit, quem ad audientiam Apostolici Albertus statim vocavit.* et mox: *Albertus quoque Leodicensis Episcopus apud Remis obtruncatur: quod voluntate Imperatoris esse actum ferebatur.* Chronic. Aquicinctin. ad d. Ann. *Heinricus Dux Lovaniensis, et Heinricus patruus eius Dux Ardennensis insurgunt contra Comitem de Ostade et Lotharium fratrem eius, quem Heinricus Imp. in sedem intruserat Leodicensem, pro interfectione Autberti Episcopi nominatae urbis.* Duces Brabantiae à primaria in ea urbe Lovaniensium etiam dicti. Infra Willelmus ad Ann. 1202. *Idem Comes munitionem Ducis de Loven, quae dicitur Buoch, expugnatam cepit.* Modo dicitur Dux *Brabantiae*, modo Dux *de Lovanio* apud Godefrid. Monach. ad Ann. 1203. MATTH.

53) *Conradus Marchio*] Vid. supr. ad Ann. 1188. Godefrid. Monach. ad Ann. 1192. *Marchio Conradus, qui in brachio virtutis suae tam*

tam diu

strenue egerat, dolose cultello perfossus moritur, et in eadem civitate in Ecclesia sanctae Crucis honorifice sepelitur. Huius tam famosi principis lamentabilis et dolosa mors Regem Angliae apud

terram promissionis iamdiu solus defenderat, consilio Richardi Regis Angliae dolo interficitur. Textus hic admodum apud Sweertium est corruptus. Nam et *Albertum* cum *Conrado* confundit, et *Albertum* fratrem vocat Ducis de Leenrech, et pro *Sur* habet *suae*. *Albertus*, inquit, *frater Ducis de Leenrech eodem anno defensor civitatis suae, qui multa pro Christianis strenue egerat, dolose cultello perfossus, moritur, et in eadem civitate, et in ecclesia Sanctae crucis honorifice sepelitur. Huius tam famosi Principis lamentabilis et dolosa mors Regem Angliae apud omnes peregrinos graviter adnotavit etc. Richardus Rex post captionem Accaron, Brundisium, quae nunc Baerlich dicitur, revertitur, et habitu regali dimisso, quia de Conradi Marchionis morte iam ubique fama erat* etc. In meo est *iam ubique infamis erat*, et pro *Baerlich* est *Barlis*. Haud dubie etiam rectius. Vulgo hodie *Barlette*. Baletum vocat Otto de Blasio ad Ann. 1193. Verum nomina propria non semper eodem modo, alibi aliter enunciantur. Apud ipsos etiam Romanos, ut verbi gratia Brundusium cum dicitur *Brentesium L. qui Romae* 122. *§. Callimachus, ff. de Verb. obl.* MATTH.

Nimirum per incuriam in Sw. et meo Cod. illa deerant verba, quae uncinulis inclusa supplevi.

54) *Erga Teutonicos*] Quando Rex Angliae *erga Teutonicos* arrogans vocatur, et paullo post sermo fit de *Milite Teutonico* (Duitsche Ridder); at p. 92 ad a. 1143. *Hugo Butyrum fortissimus Teutonicorum* audit: dubitare possis, num in utroque loco de *Equitibus Ordinis Teutonici* sermo sit? Quod quo melius intelligamus, haec tenete. Institutus fuit seculo XII. ineunte Ordo *S. Ioannis* Hierosolymitani, cuius repetenda origo est ex Peregrinis in Terram Sanctam iter facientibus ibidemque aegrotantibus; quorum cum curandae valitudini tum terrae S. contra infideles tutandae sese devoverant hi Milites, et in horum usum Xenodochium exstruxerant, Oratoriumque B. Virg. sacrum adiecerant. Vocati hinc quoque sunt *Hospitalarii*; etiam *Ioannitae* a D. Ioanne Baptista nomen sortiti. Hi rebus suis profligatis deinde *Rhodum* concesserunt, postea *Melitam* sive *Maltam* occuparunt; unde *Melitenses* dicti. In his ex omni natione adeoque ex *Germanica* etiam, quae tunc *Teutonica* dicta, multi nomen sunt professi; unde recte *Hugo Butirus* ex *Teutonicis* i. e. Germanis, qui ad *Ioannitarum* ordinem spectabant, *fortissimus* omnium fuisse dicitur. Postea vero, et quidem hoc ipso, de quo hic sermo est, tempore, quando urbs *Ptolemais*, sive *Acre* sub duce Sueviae Frederico a. 1190. per Christianos obsidebatur, hunc *Ioannitici* aemulati sunt nonnulli Teutonici, qui peculiarem sibi ordinem eadem de caussa instituerunt; et sese D. *Mariae* Virgini devoventes dicti sunt *Hospitales S. Mariae Hierosolymitanae*, *S. Mariae Equites* sive *Milites Ordinis Teutonici*, propterea quod primitus nonnisi *Teutonici* sive *Germani* ex primaria nobilitate orti adsciscebantur. Hi Teutonici alio etiam nomine *Mariani* dicti sunt; obtinueruntque sui Ordinis confirmationem intercedente Henrico VI. Imperatore eiusque fratre Frederico Sueviae Duce a Papa Coelestino III. a. 1192. 22. Febr. Ad hunc igitur hoc tempore institutum ordinem Teutonicum horum *Teutonicorum* mentio videtur referenda. Sequenti quidem seculo circa a. 1226. *Ordo* hic *Teutonicus* e terra Sancta fuit eiectus, et

apud omnes peregrinos graviter annotavit. Erat enim idem Rex erga Teutonicos 54) arrogans et in multis iniuriosus. *Richardus* Rex post captionem Accaron *Brundisium*, quae nunc *Barlit*

et per Europam dissipatus, sed quantopere tunc auctoritate divitiisque creverit, satis notum est. Multa paucis complexus est V. D. J. N. HERTIVS Diss. *de Origine et Progressu specialium R. G. I. Rerumpubl.* Opp. T. II. Vol. II. p. 28. „ Observandum, inquit, falli omnino, „ quicumque militarium religiosorum Or„ dinum initia ante seculum duodecimum „ requirunt, ut pluribus demonstravit D. „ PAPEBROCHIVS *ad* 23. *April. de S. Georgio* „ *Martyre.* Singulatim, quando Ordo Ma„ rianus, qui et Teutonicus dicitur, coe„ perit, prolixe disquisivit D. HARTKNO„ CHIVS, Part. 2. de Pruss. C. 1. et nar„ rationes historicorum, quae prima „ fronte pugnare videntur, conciliavit. „ Vterque ordo crevit in Germania li„ beralitate non tantum Imperatorum, „ sed et Procerum Imperii: et quum or„ do Templariorum, quemadmodum in a„ liis regnis, ita et in Germania [addo „ et „Belgio", quod tunc Germaniae „ adscribebatur] extirparetur, bona ho„ rum illis maxima ex parte cesserunt. „ Deinde cum Marianus Ordo Prussiam „ cum vicinis locis sibi subiiceret, di„ tior inde factus, non pauca emtioni„ bus sibi comparavit". De iniustitia exstirpati Templariorum ordinis apud Belgas egit V. Ampl. IDSINGA *Staatsrecht der Vereenigde Nederlanden T. I. p.* 225. sq. de re ipsa MATTH. *Anal.* T. V. p. 936. sqq. quod obiter. De Supremo Ordinis Teutonici Magistro eiusque dignitate vid. J. W. IMHOF *Notit. S. R. G. Imper. Procerum* Ed. Kocler. pag. 107. Ex Nostratibus et ad terram nostram quod spectat, consuli potest imprimis *Chronicon Equestr. Ordin. Teutonici in* A. MATTH. *Analect. Med. Aev.* T. V. p. 931. sqq. cum Continuatione et Praefatione, qui et p. 935. sqq. *libellum* adiecit suum de *Equestri Ordine Melitensi.* Adde *Idsingam Staatsr.* T. I. p. 122 — 128., qui ibidem plures Scriptores recenset; nec non WAGENAR. *Beschrijv. van Amsteld.* T. II. 8°. pag. 65. sqq. ubi inquirit, num in iis, qui sec. XIII°. exeunte ex Hollandiae Nobilibus in Borussiam sunt profecti, ibidemque suo de nomine, teste CHRIST. HARTKNOCHIO urbem *Holland* condiderunt, etiam interfuerit *Giselbertus* Amsteliae Dominus. Nonnulla quoque haud poenitenda de his Militiae ordinibus habet Ictus VAN DER SCHELLING in *Append.* ad A. PARS *Katwijksche Oudheden* 8°. p. 546 — 563. qui p. 548. recenset librum rarum, cui nomen *Codex Stabilimentorum*, sive *stabilimenta militum Hierosolymitarum, diligentissime Vlmae impressa per Iohannem Reger de Kemnat. anno ab incarnat. Dominica. millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto die XXIII. Augusti.* Edit. Fol. cuius ad calcem impressa est figura in lignum incisa, cui supra scripta est: *Guilhelmus Caoursin, Rhodiorum vicecancellarius Compilator Stabilimentorum.* Memorat praeterea p. 549. *Cod. MS.* elegantissime pergam. 4°. Belgice conscriptum, qui complectitur Regulas Ordinis Equitum Hospital. S. Mariae Ierusal., nec non pag. 562. *MS. Chronicon Veldenarii*, quod, quum plenius sit, quam in Editis, eodem etiam de Ordine agit. Haec de Ordine Teutonico in usum nostratium. Nonnulla autem (supra pag. 92. in not.) minus distincte dicta, hinc aequus lector corrigat.

k dicitur, revertitur 55), et habitu regali mutato, quod l de *Conradi* marchionis morte iam ubique infamis erat, et privatum quendam se simulans, a quodam Teutonico Milite, quem in obsidione Accaron iniuriaverat, proditus, a Duce Austrasiae m captus, et *Henrico* Imperatori Augusto traditus est, et in captivitate aliquandiu detentus, tandem pro redemptione sua n datis c. et L. milibus librarum Angliensis monetae absolvitur, et a provincia in provinciam transiens *Coloniam* venit, et a Comitatu *Hollandiae* apparatu navium sibi occursantium o per mare in sua recipitur.

MCXCVI.

k *Qui* C. M. *Baerlich* Sw. B. l *Multoque* C. M. *Regali dimisso, quia* Sw. B. mox *fama* Sw. B. m *Austriae* Sw. n *Sui* reliqui. o *Occurrentium* Sw. B. Mox addit Ma. et S. S. ex interpol. p. 478. „Anno CIↃ. C. XCIV. Henricus V. (1) sub Caelestino et Domino Innocentio annis VII. imperat. Qui imperii sui anno IV. sibi Regnum Apuliae (2) subjugavit, plurimos ibi rebelles poenis variis affligendo, Tancretum filium *Tancreti* Regis Cyculorum (3) cum matre sua Margareta et Regem Empyretarum secum versus Alemanniam dedu-

(1) Legendum VI. non V. Celestino, cum nondum Papa, nomen erat Hiacynthus. Factus Papa è Cardinali, cum iam admodum senex. Chron. Reichersperg. ad ann. 1191.

(2) Apuliae non tantum, sed utriusque Siciliae. Godefrid. Monach. ad Ann. 1195. *Heinricus Imp. vir expertae felicitatis tam inopinata quam expectabili victoria potitus, totam Apuliam, Siciliam, et Calabriam sibi subjugavit.* Chronic. Augustens. ad d. Ann. *Heinricus Imperator manens in Apulia secundam expeditionem terrestri et navali fortissimo apparatu fecit: totam Apuliam et Siciliam, cum palatio Panormitano, et thesauris Regum antiquorum infinitis obtinuit.* Add. Otto de S. Blasio *ad Ann.* 1193. *et sqq.*

(3) Quaerat Regem hunc, cui otium, in Vtopia Mori. Non memini uspiam me legisse. Haud dubie textus mendosus est. Nec Tancredi mater Margareta, sed Sibylla, ut eam vocant Pandulphus Collenutius *lib.* 3. *hist.* et Otto de S. Blasio *ad Ann.* 1195. Nec ullus Rex Empyretarum. Legendum est *pyratarum.* Redundat enim illud *em* ex ultimis literis iteratis vocis *regem*, quae praecessit, quemadmodum in *l. post contractum* 15. *ff. de donat.* ubi pro *nisi condemnatio* legendum *si condemnatio.* Dubium enim nullum, quin adhaeserit illud *ni* ex praecedenti voce *Antonini.* Rad. Forner. 2. *rer. quot.* 8. Sed quis Rex hic piratarum? Margarita Archipirata; quem *Margretam* vocat Chronica Augustens. ad Ann. 1195. Otto de S. Blasio ad Ann. 1193. *Margaritam Archipiratam, potentissimum illius terrae Baronem, cum quodam Comite Richardo literis apprime erudito, oculis privavit*, et ad Ann. 1195. *Margaritam vero Archipiratam et Richardum Comitem Imperatricis consanguineum luminibus, ut dictum est, privatus aeternis vinculis apud Trivels deputavit.* [Lapsus est WILH. PROC. in nominibus. Bene habebunt, si legas *Wilhelmum III. filium Tancredi Regis Siculorum cum matre sua Sibylla.* Quae de *Margareta Archipirata* sequuntur, mendosa etiam esse videntur. f. leg. *et Margaretam Regem piratarum*]. MATTH.

55) *Revertitur*] GODEFRID. Monach. ad a. 1193. p. 359. *Richardus Rex Angliae rediens de transmarinis ob mortem Cunradi Marchionis et multa apud Atram non bene gesta captus a Duce Austrasiae Lupoldo et Imperatoris custodiae traditus.* Et ad a. 1194. *Richardus Rex Angliae datis CLXX. millibus marcarum captivitate solvitur et repatriat.* De tota re et captivitatis caussa pluribus PAVLL. AEMILIVS L. VI. Histor. docente V. D. MATTH. in not. ad *Anonym. Traiect.* p. 183. Exstat autem in RYMER *Act. Angl.* T. I. p. 84. Charta Compositionis inter hunc *Henricum* VI. Imp. et *Richardum* Regem Angliae, cuius vi Rex e carcere dimittitur soluta pecunia stipulata, cuius summa diminueretur, si *Henrico Leoni* Duci quies suaderetur.

56) *Balduinus — obiit*] Nempe Moguntiae D. XI. Kal. Maii, ubi erat in servitio Imper. *Henrici.* Sic ANONYM. *de Reb. Trai.* C. IX. p. 9. *Ad cuius rei vindictam*

[de

MCXCVI. *Balduinus* Traiectenſis Epiſcopus obiit 56) ; et duo adverſis partibus ſunt *p* electi, *Theodericus* videlicet frater eiusdem Epiſcopi, tunc Praepoſitus Maioris eccleſiae S. Martini, et *Arnoldus* Praepoſitus Davantriae. Epiſcopatus vero *Theoderico* Comiti Hollandiae 57) ab *Henrico* Imperatore committitur. Et

T 2 eodem

deducendo. Henrico Imperatore mortuo orta est diſſenſio inter Principes Alemanniae, quorum una pars eligit *Ottonem*, alia *Philippum*. Sed *Otto* coronatus est mandato Domini Papae. Et tandem optinente Philippo ſub pace formata inter eos doloſe ſub altigno (4) Philippus interfectus est, et ſic Otto optinuit Regnum. Fuerat autem Dominus Innocentius Philippo contrarius propter Henricum Imperatorem fratrem ſuum, qui contra Christianam religionem in Cyciliae Regno (5) Epiſcopos et Archiepiſcopos trucidaverat, et contra Romanam eccleſiam ſemper tyrannidem exercuerat, propter quam ipſum (6) et omnes fautores ſuos excommunicavit. Ottoni vero Duci Sueviae (7) viriliter adhaeſit, et Aquisgrani in Regem Alemanniae coronari fecit. Vt autem cauſa diſſenſionis in hac electione ſciatur, notandum, quod *Henrico* Imperatore mortuo, facto Conventu Principum Philippo". etc. His porro multum inverſo narrationis ordine annectit Ma. ad h. a. 1195. ea, quae habet Noster p. 150. a. 1197. ubi ſic: *Eodem anno obiit Henricus Imperator et facto Conventu Principum* ſqq. *p Sancti* pro *ſunt* C. M. *a div. part. electi* Ma. *Propos.* bis Sw. B.

(4) Locus rurſum mendoſus. Legendum haud dubie *ab Ottone Palatino*. Duae enim hic voces, ut virgula ostendit ſuperducta, quae, ni fallor, coierunt. Chronica Augustenſis ad Ann. 1197. *Promiſerat* (Philippus Rex) *ducere matrimonialiter filiam Ottonis Palatini Comitis de Witeleinspach, quam postmodum repudiavit. Vnde idem Comes commotus accesſit in Bamberch ad cameram ipſius Regis, tanquam ei ſolus pacifice locuturus, et gladio, quem occulte gestabat, ipſum Regem ſubito interfecit.* Add. Otto de S. Blaſio ad Ann. 1198.

(5) De ſaevitia in ſubactos plures ſunt, qui testantur. De trucidatis Epiſcopis, Archiepiſcopis, nihil legi. Salernitanum Archiepiſcopum, quod reſtitiſſet diu contumax, perpetuo addixit carceri, fratrum eius effosſis oculis, ut Pandulphus Collenutius ait *lib.* 3. *et* 4. *hist.* Sed ad caedem id nihil.

(6) De Henrico id falſum. Verum de Philippo. Godefrid. Monach. ad Ann. 1201. *Venit etiam Coloniam circa festum Apostolorum Petri et Pauli Guido Cardinalis, Praenestinus Epiſcopus, à ſede misſus Apostolica.* Henricus Papa annuente ſubjecit ſibi Normannis pulſis Siciliam, et quo Regni posſesſionem firmaret ſibi fortius, instinctu eiusdem Papae uxorem duxit Conſtantiam Rogerii IV. filiam. Pandulph. Collenut. *d. lib.* 3.

(7) An legendum Saxoniae? Otto de S. Blaſio ad Ann. 1148. *Vocaverunt Ottonem, Henrici quondam Ducis Bavariae et Saxoniae filium, quem venientem Regem creaverunt.* An nihil mutandum? Nam et Otto Dux Suevia oriundus. Arnoldus Lubecenſis de patre ipſius loquens *lib.* 2. *cap.* 23. *Dux autem iniuste de ſe iudicatum esſe affirmabat, dicens ſe de Suevia oriundum, et nullum proſcriptione damnari poſſe, non convictum in terra nativitatis ſuae.*

MATTH.

[de Coevordia] *cum ſe Dominus Epiſcopus viriliter in maximis expenſis apparasſet, et etiam pro auxilio Domini Imperatoris Henrici, qui patre ſuo mortuo iam tunc regnabat, Maguntiam pervenisſet, illuc, proh dolor! quinto die mortuus est, et ad ſuos antecesſores apud S. Martini honorifice deponebatur Ann. Domini MCXCVI.* Conſentit in anno GODEFR. MONACH. ad a. 1196. Add. BEKA p. 59. *Epiſcopus — ſeceſſit ad Maguntiam, ut glorioſo Caeſari manifestaret hanc novam violentiam. Cum autem hic Augustus ſuper tali forefacto valde commotus esſet, et Epiſcopo Baldevino tanquam ſuo cognato manuale iuvamen erogasſet, ecce Praeſul illustris die dehinc quinta, qui est XI. Calendas Maii migravit ad coelestem patriam.* De die obitus alii aliter. Vid. Batav. Sacr. p. 150. Plura de eo *Aanhangs. op de Kerkel. Oudhed.* p. 231.

57) *Epiſcopatus Theoderico Com. Holl.*] Notentur

eodem Comite *Traiectum* et circumiacentia occupante vel regente, *Otto* Comes Gelrensis omnia ulteriora fluminis, quod dicitur *Isle* [q], suae potestati vendicavit. Factum est tandem post longam controversiam inter eosdem Comites [r] bellum apud *Montem*, qui dicitur *Heimenbergh* 58), ubi multis a parte Comitis *Ottonis* captis, et ceteris omnibus fugatis, insperata victoria *Theoderico* cessit.

MCXCVII.

q *Ipso* Sw. B. r *Easdem gentes* Sw. B. et *Fleym* — Sw.

tentur pauca haec verba! *Episcopatus commissus*; cum cui committatur, is *Theodericus Comes Hollandiae*; tum a quo, nempe ab *Henrico Imperatore*. Vox *Episcopatus* hic non aliter sumitur quam pro *temporali Episcopatus iurisdictione*. Pro quo STOKIVS L. II. vs. 1164. habet:

Keiser Henric sette in hant
Van Hollant Grave Didrike
Dat Bisscopdoem.

Clarius etiam BEKA p. 61. *Henricus Imperator Theodorico cognato suo per annulum et pastoralem baculum investituram Episcopatus dedit, quinimo* TEMPORALEM IVRISDICTIONEM THEODORICO *Comiti Hollandiae gubernandam commisit*. Pro quo BEKA Belgicus habet *dat Wartlicke recht* [i. e. wereldlijke Rechtsbestier] ut habent MSS. Codd. Viri Docti HVYDEC. ad STOK. T. I. p. 555. qui recte *investituram Episcopatus* et *temporalem iurisdictionem distinxit*. Is autem, qui h. anno obiit, *Balduinus* Episcopus, et *Theodericus*, qui recens investitur, ambo erant patrui Comitis *Theoderici*, quippe qui fratres erant *Florentii* III. ut alibi indicatur. Rem gestam pluribus recensent auctores, ANONYMVS *de Bellis Campest.* et ANONYM. *de Reb. Traiect.* quorum prior p. 215. sic: *Theodericus Comes Hollandiae XI. cuius avus ex parte matris* [l. proavus] *Rex Scotiae fuit, vir erat magnanimus, et ecclesiae Traiectensis specialis amicus, quum sede vacante per mortem Baldwini et Theoderici Episcoporum fratrum suorum carnalium* [l. patris fratrum sive patruorum], *ab Henrico Imperatore* TVTOR EPISCOPII *deputatus est, cuius propugnator inclitus* — —. Alter Cap. X. p. 9. *Domino Baldewino Episcopo venerabili sic mortuo et sepulto*, TYDERICVS COMES HOLL., *filius Comitis Florentii, et Otto Comes Gelriae armata manu in Traiecto convenientes tantam discordiam in ecclesia seminaverunt, quod quidam de fratribus elegerunt in Episcopum* FRATREM EPISCOPI BALDEWINI *THEODERICVM eiusdem Ecclesiae maiorem Praepositum. Reliqui vero de Capitulo elegerunt Arnoldum* — — *Tunc Papa Dominum Theodericum in Episcopum consecravit, qui in suo reditu apud Papiam occubuit.*

58) *Bellum — Heymenberch*] Bellum hoc inter Hollandos Gelrosque gestum non omittunt Scriptores. *Auct. Bellor. Campestr.* p. 215. f. *Theodericus Comes Holl. — tutor Episcopii deputatus est, cuius propugnator inclitus in opportuna tempore nullibi defuit; nam et belli discrimen citra Heymenberch contra Ottonem Comitem Gelriae pro tuitione Episcopatus inane* [l. inire] *non distulit, quem captis ibidem multis Gelrensium Militibus victoriose versus Veluam profugavit.* Tangit rem WAGEN. *Hist. Patr.* T. II. p. 283. Factum id *intermedio* Schismatis tempore inter ambos Electos Traiect. ann. 1196 — 1198.

MCXCVII. *Theodericus* et *Arnoldus* 59), qui Romam profecti fuerant, longam disceptationem coram Apostolico ' 60) de sua substitutione habuerunt, cum tamen 61) *Theodericus* anulo et virga Imperiali Episcopalia suscepisset. Sed cum morae diutinae disceptationis ' protrahuntur, *Arnoldus* mense Iunio moritur, T 3 *Theo-*

' *Scilicet Domino Innocentio III.* Ma. ex interpol. Mox *consist.* Sw. *Contestat.* B. ' *Sed tamen m. diuturnae discept.* Sw. B.

1198. adeoque a. 1197. Vid. ANONYM. *de Reb. Trai.* p. 10.

59) *Theodericus et Arnoldus*]. Fuit *Theodericus* filius Theoderici VI. Comitis Holland., antea Praepositus Eccles. Maioris Traiectin. *Arnoldus* vero de Isenburg, Praepositus S. Lebuini Daventriae. De priore pluribus Cel. Auctor Libri: *Aanhangsel op de Kerkelyke Oudheden van Nederland* 8° p. 11. De Akero vid. DUMBAR. *Kerkl. en wereldl. Deventer* p. 321. et 450.

60) *Coram Apostolico*] Scriver. in margine adscripsit: „Scil. *domno Innocentio III.*" qui ex interpolatione *Wilhelmi Procuratoris* profectus hic pro *Coelestino Papa* ponitur. Cuiusmodi interpolationes a seriori descriptorum manu ortae quam crassissimos crebro errores Historicos procrearunt. Et utinam nusquam in vetustis Historicis et Patribus Ecclesiae occurrerent, aut tam facili via investigari possent. *Innocentius* factus est Papa d. 8. Ian. 1198. consecratus d. 22. Febr. Obiitque eius antecessor *Coelestinus* d. 8. Ian. 1198. Secutus hunc errorem est *Auctor Batav. Sacr.* p. 151. Meliora igitur dant, qui *Coelestinum* vocant, ut WAGEN. *Hist. Patr.* T. II. p. 282. et HUYDEC. ad STOKE T. I. p. 463. Multa enim sunt, quae annum 1197. indicant, quo *Coelestinus* adhuc praefuit. 1. Noster Auctor diserte rem ad a. 1197. memorat. 2. Id factum esse scribit *eodem anno, quo* obiit *Henricus* Imperator; decessit autem is d. 28. Sept. 1197. 3. *Theodericus de Are*, Episcopus Traiect., qui ARNOLDO et THEODERICO Hollando, Electis, successit, certissime iam Episcopatum adeptus, et tamquam talis interfuit *Coronationi* Regis Ottonis apud *Aquisgranum* d. 4. Iul. a. 1198. Hoc constat ex tabulis in *Origg. Guelphic.* L. VII. T. III. p. 753. ex *Schatenio* productis, ubi inter Testes primario loco nominatur *THEODERICUS TRAIECTENSIS EPISCOPUS*; — *Acta sunt haec anno Dom. Inc. MCXCVIII. Indict. 1. Datum apud Aquisgranum IV. Non. Iulii — in die scilicet Coronationis Domni Ottonis IV.* Quod si *Arnoldus* Romae degens ibi *mense junio moritur*, porro *Theodericus* Hollandus deinde *consecratur*, *repatriansque apud Papiam* obiit; et tunc demum alter *Theodericus de Are* Episcopus fuit creatus, isque iam 4. *Iulii* Anni 1198. tamquam *Episcopus* Aquisgrani adfuit; hinc omni dubio eximitur *mensem illum Iunium*, quo *Arnoldus* obiit, esse anni 1197. Errat igitur BEKA p. 61. qui Arnoldum 6. Apr. 1198. obiisse, et coram *Innocentio* se stitisse, asserit. Obiit autem *Theodericus*, alter Electus, d. 3. *Non. Aug.* 1197. Error de a. 1198. natus est (ut dixi) ex interpolato *Innocentio* III. apud *Wilhelm. Procur.*, cui in his similibusque fides est deroganda. Cf. not. p. 118.

61) *Cum tamen*] Nota! disceptatur iam coram Papa de *Electione*, etsi Imperator *Theoderico* anulo et virga Imperiali Episcopalia iam tradidisset. Quo refer verba *Auctoris Batav. Sacrae* p. 150. *Sic mos*, inquit, *tantopere Romanis Pontificibus invisus, adhuc utcumque viguit* —. *Pontifex videtur Theoderici adversarium, ne Imperatori tantisper com-*

Theodericus consecratur; qui repatrians apud Papiam 62) moritur.

Eodem * anno obiit *Henricus* Imperator 63), et facto * Conventu Principum de Regni promissione Duci Sueviae *Philippo* 64) unanimiter assenserunt, ita ut filius Henrici Imperatoris *Fredericus*, puer quinquennis 65), patri succederet, et ipse omnia Im-

* Quae hic sequuntur, usque ad: *Eodem anno Wilhelmum fratrem* — malo in scriptoribus exemplo ult. a. moc. et hinc Ma. in anteriora retraxit, nempe ad p. 480. l. 5. — p. 481. l. 2. mutato nexu, ut saepius. Cf. fin. lit. o. p. 147. * *Sancto* C. M. Mox *provisione* B. *Imperalia* C. M.

concederet, confirmare maluisse; licet STOKIVS [ex Nostro] *Arnoldum mortuum fuisse, ante finem litis, aperte innuat.* Quod ut credam fere inducor. Sic enim ANONYM. *de Reb. Trai.* p. 10. *Tandem de voluntate partium ambo Electi pro suis iuribus ad Curiam Romanam perrexerunt, ubi deductis gravibus expensis* ARNOLDVS *electus obtinuit, et statim illic mortuus est. Tunc Papa Dominum* THEODERICVM *in Episcopum consecravit, qui in suo reditu apud Papiam occubuit, et sic de novo* ——. *Schisma istud duraverat duobus annis, et medio tempore Comes Hollandiae apud Heymenberch vicit Comitem Gelriae* —. Recte *duobus annis*; obiit enim *Balduinus* Mense *Aprili* a. 1196. Successit tandem anno 1198. *Theodericus de Are.* V. MATTH. ad ANON. TRAI. p. 152.

62) *Apud Papiam*] Neque *Paduam*, neque *Ticinum*, ut alii. Vid. BEKA p. 61. cum nota (f.) Cf. ANON. *de Reb. Trai.* p. 10.

63) *Henricus Imperator*] Obiit Henricus VI. Imp. a. 1197. in *Vigilia Festi S. Michaëlis*, d. 28. Sept. apud Messanam. Sic GODEFRID. COLON. HOVEDENVS, ABBAS VRSPERGENS. et reliqui apud STRVV. *Corp. Germ.* in *Henrico* §. XI. et *L'Art de vérifier les Dates* in *Henrico*. p. 445. et 897.

64) *Philippo*] Fuit hic patruus *Frederici* pueri, et filius Frederici Barbarossae natu minimus. Successerat a. 1196. fratri *Conrado* in Ducatu Sueviae; nunc Tutor *Frederici* infantis. Sed ipse se *Regem* creandum curavit. Ingens de successore *Henrici* fuit controversia. Quisquis autem hanc controversiam et Ottonis IV. secutam electionem accurate digestam legere vult, adeat ECCARD. *Origg. Guelph.* edit. et Not. SCHEIDII. T. III. p. 259. sqq. Add. STRVV. *German. Hist. Corp.* in *Philippo Suevo*, in principio.

65) *Puer quinquennis*] Negat hoc V. D. ad STOKE I. p. 463., natum ipsum asserens *mense Iul.* vel *August.* a. 1195. adeoque necdum 2. annos natum. Errat V. Doctus, et ardore contradicendi abreptus rem ab utraque parte non examinavit. *Conventus Principum de Regni promissione*, ad quem noster *hoc Quinquennium* alligat, habitus fuit anno 1198. CHRON. MONT. SEVER. ad h. a. Rex Siciliae creatus fuit *Henricus*, non a. 1195. sed a. 1194. V. IVNG. *Comit. Benth.* T. I. p. 220. idque d. 23. Octobr. Atqui hoc ipso occupatae Siciliae anno *Henricum aestate* procreatum esse, ipse V. D. statuit. Iam videamus auctoritates. CHRONICON SICILIAE C. XXII. in MARTEN. *Th. Anecd.* T. III. p. 11. testatur obiisse *Henricum*, *Frederico Patri superstite in aetate annorum fere quatuor.* GODEFRID. ad a. 1196. nominat *Fredericum vix triennem.* GESTA *Innocent.* III. n. XIX. *Henrici* ex Sicilia redeuntis, qui ibi coronatus

Imperialia ageret et disponeret; et ut haec firmius haberentur factus est secundus Conventus, ubi, quia non [w] advocatus *Adolfus* 66) Coloniensis Episcopus defuit, seminarium hoc discordiae Romano imperio inmiscuit [x], siquidem ad partes suas inflexit Comitem Flandriae *Balduinum*, *Theodericum* Hollandiae, et Principes, quos poterat, et contra fidem eius 67) Comitem *Pictavis* 68) [y] *Ottonem* Aquisgrani inthronizat, cum prius partibus [z] Ducis

w Deest *non* Sw. B. *Aleifus* C. M. x *Emersit* Sw. *Emiseuit* B. Mox *pellexit* Sw. *implevit* B. y *Pariclavis* Sw. B. *Pictaviae* Ma. Mox *contra fidem et ius* Ma. z *Primis temporibus* Sw. B.

ronatus est 30. Nov. 1195. filium faciunt *infantem nondum duorum annorum.* Idem CHRON. SICIL. C. XXIV. p. 12. *Fredericum* asserit *in aetate annorum* SEPTEM *coronatum in regem Siciliae anno Dom. MCC.* Quae omnia eo tendunt, ut *Fredericus* natus sit a. 1194. ita ut a. 1198. *quintum* annum agere, dici possit. Recte igitur *quinquennium*, et sic etiam ex Nostro *Stokius* II. vs. 1219. Ex affectu et odio tamen, uti videtur, CONRADVS VRSPERG. p. 318. hunc a. 1196. vocat *filium parvulum ipsius, adhuc in cunis vagientem.* Et recte tamen hoc. In cunis vagiunt pueruli etiam biennes. Natus est d. 26. Dec. 1194. qui Germanis h. t. erat alter dies anni 1195. unde error! Vid. *L'Art de vérifier les Dates* p. 445. et 897.

66) *Non advocatus Adolfus*] GESTA INNOCENTII n. XXII. *Coloniensis autem Archiepiscopus et quidam alii Principes tam Ecclesiastici quam seculares, videntes se in electione Philippi fuisse contemptos, vocaverunt Ottonem filium quondam Henrici Ducis Saxoniae, Comitem Pictaviensem, et apud Coloniam elegerunt in Regem; eamque Coloniensis Archiepiscopus coronavit solemniter Aquisgranis; et sic facta est divisio in Imperio longo tempore duratura. Nam Ottoni adhaeserunt Colon. Archiepiscopus et suffraganei universi* [ergo etiam *Traiectinus Episcopus*]. *Praeterea Cameracensis et Padeburgensis, et illi deservientes Episcopi. Nec non Bremensis Archiepiscopus, Dux Lovaniae, Dux Limburgo, Comes Palatinus Rheni, Lantgravius Thuringiae, multique Comites.* Dies Coronationis fuit IV. Non. Iulii, cui interfuisse *Thiedericum Com. Holl.* monere omisit STRVV. *Corp. Germ.* in *Philippo* §. 3. quamquam non modo illud hic locus doceat, sed etiam *Charta*, qua OTTO IV. huic Adolfo Colon. allodium *in Salfeld* concedit, et cui subscripserunt testes: TIRRICVS TRAIECTENSIS EPISCOPVS et TIRRICVS COMES HOLLANDIAE, in *Origg. Guelph.* T. III. p. 755. cf. BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. p. 156. Omnia haec de *Henrico*, *Ottone* et *Philippo*, ex Nostro habet STOKIVS II. vs. 1207 — 1254. quae tamen a STOKIO scripta esse negat. V. D. p. 464. sine ulla iusta caussa.

67) *Contra fidem eius*] At contra, si GODEFRID. COLON. ad a. 1196. audias, *Adolfus* inter eos erat, qui minime in *Frederico* II. eligendo vivente patre consenserat, sed postea tamen consensit. Nunc vero mortuo Henrico et instigante Papa Innocentio, qui Philippum Suevum oderat, animo mutato Ottonem Regem eligit. V. STRVV. *Corp. Hist. Germ.* in *Philippo Suevo* §. 3.

68) *Comitem Pictavis*] Pater ei Dux Saxoniae Henricus Leo, mater Mechtildis Richardi soror Regis Angliae. Pater ob contumaciam cum excidisset Dominiis

cis Sueviae favisset. Duci vero Sueviae multi principes et nobiles Romani Imperii adhaeserunt. Rex vero Anglorum *Richardus* partes *Ottonis*, cuius avunculus erat 69), in omnibus fovebat [a].

Eodem anno 70) *Wilhelmum* 71), fratrem *Theoderici* Comitis Hol-

[a] „Ordo Historiae transpositus corrigendus ex Vet. MSC. Harl." Sic Douza, qui tamen cum Scriverio non animadvertit, hunc Cod. Harlem. qui WILHELMI PROCVRATORIS Interpolationes continet, etsi annorum seriem accuratius exhibeat, tamen in censum venire non posse, multoque minus ordinem Historiae MS. Meermanniani ex hoc vetere MS. Harlemensi esse corrigendum, quippe qui aequalis Scriptor, qui natura duce rem enarrat; quum contra *Wilb. Proc.* seculo demum XIV. vixerit. Adiungit iterum hic Cod. ille Ma. MS. „Hoc tempore Tartarorum Dominium, sicut à plerisque traditur, initium habuit. Hi enim sub montibus Indiae in regione dicta Tartara constituti (1) Dominum suum Regem Indiae *David*, filium Iohannis presbyteri, occidentes ad aliarum terrarum depopulationem processerunt".

(1) Tartaros per inscitiam cum Abyssinis confundit.

MATTH.

nis tradito Ducatu alii à Frederico Barbarossa, nec benignius habuisset, qui successit, Henricus VI., Ottonem filium suscepit, et Pictaviae creavit Comitem, quem avunculum habebat Otto, Richardus Rex Angliae. Vnde et idem dicitur postea *de terra peregrinationis suae* ad Imperium vocatus in literis Electorum, quae sunt apud Baronium, et ex eo apud Meibomium in apolog. pro Otton. IV. p. 274.

MATTH.

De hoc Ottonis *Comitatu Pictaviensi* et Ducatu Aquitanico ad illustrandas res Aquitanicas multa egregia congessit SCHEIDIVS ad *Origg. Guelphic.* T. III. p. 256. cuius testimoniis de Ottone *Comite Pictavis* hunc, si placet, locum addas. Multa paucis complexus est de hoc *Ottonis* Comitatu Auctor *de l'Art de vérifier les Dates* p. 719. Regis autem Ottonis viduam *MARIAM* uxorem deinde factam Comiti Hollandiae *Wilhelmo* I. Theoderici VII. successori, in *Dissertat. Critico Genealog.* No. 14. doccbo. Add. *Excurs.* XI. f.

69) *Avunculus erat*] Recte hinc Otto *nepos Richardi* vocatur apud HOVEDEN. ad a. 1194. *Wilhelmus Rex Scotorum aegrotarat in villa sua, quae dicitur Clacmanan, et statuerat Ottonem, filium Henrici Ducis Saxoniae,* NEPOTEM *Richardis Regis Angliae Sibi successurum in Regnum Scotorum, ita quod ipse Otto filiam suam primogenitam in uxorem cum Regno duceret* cett. Exstat etiam in RYMER *Act. Anglic.* T. I. p. 105. Charta, qua OTTO Dux Aquitaniae, Comes Pictaviae, hominibus de Oleron magna privilegia concedit d. 29. Dec. ex nostro calculo a. 1197. ubi in fine haec: *Hoc privilegium assensu et voluntate Domini Regis* [Richardi] AVVNCVLI *mei factum.* Nimirum Henricus II. Rex Angliae praeter alios liberos habuit *Richardum*, suum Successorem, ac *Mathildin* uxorem *Henrici Leonis*, Ducis Saxoniae, ex quo natus hic *Otto*.

70) *Eodem anno*] Ad hunc locum *Douza* MS. marg. adscripsit: „Ordo historiae transpositus corrigendus ex veteri MSc. Harlem". et addit: „A. 1195." Verum quod pace tanti viri dixerim, non animadverterunt DOVZA, SCRIVERIVS, nec etiam reliqui, hunc *Cod. MSS. Harlem.* eum esse, qui refertus est interpolationibus atque mutationibus male seduli in his Monachi, *Procuratoris Wilhelmi*, qui hoc

Hollandiae, Ministeriales 72) Ecclesiae S. Martini in Traiecto; in Castello, quod dicitur *Hurst*, incarcerant, praesente fratre et consentiente, qui post aliquantulum fuga elapsus ad Comitem Gelrensem *Ottonem* venit, cuius filiam nomine *Aleidem* desponsavit.

Sed ut ea, quae vivente *Balduino* adhuc Episcopo gesta sunt,

V bre-

hoc Chronicon continuavit, de suo quodcumque libuerit immiscuit, quique de nuptiis *Wilhelmi* cum Gelrensi *Aleidi* statim initio sui Operis p. 496. ed. Matth. ad a. 1206. multa magnopere nugacia prodidit, in ipsa quoque re Nostro scriptori obloquens, docente V. Ill. HUYDEC. ad STOK. I. p. 472. Hic igitur *MS. Harlemensis* interpolatus in censum venire non potest; multoque minus ordo Historiae MS. *Meermanniani* ex *Veteri* hoc MS. *Harlem.* est corrigendus, ut volunt hi docti; sed contra. Non equidem nego, *Procuratorem* hoc loco ad ordinem annorum spectasse, res gestas concinnius collocasse, et quae priori ponenda essent loco, priori, id est suo, posuisse; in quibus iam coepit ab anno 1195. *ed. Matth.* p. 481—485. Sed Noster maiore scribens simplicitate, primo res *Traiectenses* et *Imperii* a. 1196, 1197. absolvit, deinde recucurrit ad res *Comitis Hollandiae* cum fratre *Wilhelmo*, iam inde ab eius reditu ex terra Sancta gestas, his verbis p. 153. *Sed ut ea, quae vivente Balduino adhuc Episcopo gesta sunt, breviter replicemus: Idem Wilhelmus post obitum patris a Iherusalem* [a. 1195.] *reversus* —. Haec semel monuisse et indicasse sufficiat, ut ratio reddatur, cur ordo huius *Chronici* et ordo *Wilhelmi Procuratoris* apud MATTH. p. 481 — 484. tantopere inter se variet. Quibus adde, STOKIUM non aliam secutum esse seriem, quam quae hic in Nostro Auctore habetur, ut cuivis, legenti L. II. vs. 1255. et cum iis, quae praecedunt quaeque sequuntur, conferenti apparebit. Quidquid autem in Edit. Ma. p. 475. l. 10 — usque ad p. 477. l. 6. et p. 478. ab a. 1194. usque ad p. 480. l. 4. occurrit; etiam p. 481. l. 2 — 7. ortum est ex *Wilhelmi Procur.* interpolatione, ut ibi notatum in *Var. Lect.*

71) *Wilhelmum*] Hoc igitur factum esse a. 1197. gravis auctor est Noster, adeoque eo tempore, quo *Comes Hollandiae* fuit *tutor Episcopatus*, et in *Castello Herst* residebat: ut recte etiam animadvertit STOK. L. II. vs. 1266.

> Doe lach sijn broeder toter Horst/
> Als de tot noch hilt ober recht
> De voghedie van Utrecht.
> Ende was int selve jaer / dat doot bleef
> Keiser Henric —. [qui obiit a. 1197.]

Omisit autem, hoc loco, quaeque infra his de nuptiis not. 93.) Wilhelmi et Aleidis Gelriae apud Nostrum leguntur, interpolator iste WILHELMUS PROCURATOR in Edit. Ma. et MS. ac pro iis insulsam satis contracti huius matrimonii narrationem substituit ad a. 1206. statim in Continuationis suae initio, p. 496. sq. Ed. Ma.

72) *Ministeriales*] Qui illi fuerint *Ministeriales*, paullo post indicat. Nam infra sub not. 91.) rem pluribus enarrans, captum fuisse docet, *fratre vidente, ab Henrico Grus homine sibi inimicissimo et ceteris Ministerialibus*, De quo *Henrico* vid. ibidem.

73)

breviter replicemus [b]. Idem *Wilhelmus* 73) post obitum patris a Iherusalem reversus 74) a fratre benigne receptus est, et fraterne habitus [c], sed cum paulatim severius circa se agi intenderet, et a fratre penitus despici, fratris praesentiam [d] declinavit, et collocutus cum quibusdam Militibus 75), quos sibi coniunxerat [e], ad Fresones de *Drechter* gratia et permissione [f] eorum refugit, quorum auxilio fines Comitatus *Fresiae* adiacentes 76), frequenti incursu, inpugnabat: ad cuius impetum reprimendum *Aleidis* 77) Comitissa cum exercitu Ekmundam venit, magno Claustri detrimento, et totius ordinis incommodo, quia et res Ecclesiae tam in victualibus quam in multis aliis Militibus et aliis expendebantur, et cotidianus erat discursus per Claustrum pedis-

b Haec ob immutatam rerum seriem non habet WILH. PROC. Quae vero de *Wilhelmo* fratre Theoderici Com. hic narrantur, reiicit WILH. PROC. apud Ma. ad a. CIↃ C. XCV. p. 481. c *Et tentus* addit Sw. B. Mox *attend.* Modo *Sepsit* Sw. et *desponsaverat.* d *Potentiam* Ma. e *Coniurat* Sw. B. f *Drechtregam et promissionem* Sw. B.

73) *Wilhelmus*] Ad Marg. *Cod. Meerm.* SCRIVERIVS adscripsit. „A°. 1194". Deinde „*Membr. Wilh. Proc.* *reiiciunt* h. in a. MCXC. IIII." Quae verba, uti et alibi, etiam ex suo depromit MS. HVYD. ad STOK. T. I. p. 456. unde, iunctis aliis, aperte mihi liquet, *Scriverium* bis eadem ad *duos MSS.* adscripsisse. Hinc facilis est Viri Ill. correctio.

74) *Post obitum — reversus*] Obiit pater Antiochiae a. 1190. Mense Augusto, diciturque *Wilhelmus* per *quinque* adhuc *annos* ibidem strenue res bellicas gessisse. Reversus igitur est ex terra S. et contra fratrem novas res molitus exeunte anno 1194. vel ineunte anno 1195. Et hoc multifariam confirmari potest. Nam 1°. contigit hoc ante obitum *Balduini*, qui tamen ineunte anno 1196. decessit. *Ad fratres* enim *reconciliandos is Ekmundam venisse* narratur infra p. 158. l. 3. idque *circa festum S. Michaëlis*, qui dies est 29. *Sept.* p. 158. 2°. Contigit, *Comite* Hollandiae in *Zeelandia* bellum gerente cum Flandris, quod bellum exarsit a. 1195. 3°. Pace cum Flandris facta *Balduinus* iterum venit Egmundam *Dominica praecedente quadragesimam*, quae 3. d. *mensis Mart.* fuit, qui hinc non alius potest esse quam anni 1196. paullo ante Balduini mortem, vel, si maturius velis a. 1195., tunc d. 12. Febr. 4°. Haec facta quum sint, postquam Aleida, *Wilhelmum* absente marito repulsura, Ekmundae gravis ac molesta fuit *a festo S. Laurentii usque ad octavam S. Martini*, i. e. *a* 10. *Aug. ad* 18. *Nov* ante mortem vero *Balduini*; hinc hi *menses* non possunt esse in anno 1196. quia ineunte a°. 1196. Balduinus obiit; in anno vero 1195. omnino possunt. Et haec 5°. confirmantur a BEKA p. 75. sic scribente: *Anno Dom. MCXCV. Wilhelmus de Hollandia Miles ab expeditione Iherosolymitana reversus est ad Hollandiam, quem frater suus Theodericus Comes primo gratiose suscepit, — Denique susurronum exosa suggestio seminavit invi-*

dissequatarum Comitissae et ceterarum mulierum supervenientium; quod Claustrali disciplinae omnimodis contrarium erat. Haec incommoditas et indisciplinatio duravit a festo S. Laurentii usque ad octavam [g] Sancti Martini 78), et non tunc solum sed toto Dominatus sui tempore Claustrum Ekmundense saepe et graviter [h] oppressit; et, ut a coepto paululum progrediamur [i], interminata est, quod S. *Adalbertum* visitaret, et elato corde posuit in coelum os suum, minas opere [k] persecuta. Cum enim nihil agendum ei foret, venit ad ipsum locum, scilicet Ekmundam, copiosa satis multitudine Militum, Dominarum, servorum, et per undecim [l] dies 79) nimio sumptu demolita est, et ut nihil propositi et minarum illi deesset [m], ipsum Comitem secum attra-

V 2

g *Octavam* C. M. „f. S. Martyris, id est a decimo August. ad decimum septimum. Octavam nempe S. Laurentii Martyris. Alias a festo S. Laurentii ad octavam S. Martini usque, intervallum est plurium dierum" S. S. Obstat C. M. et MEL. STOK., qui hunc Scriptorem sequitur. Et reliqui omnes. h *Egm. continuo* Sw. *Saepe et* deest B. i *Digred.* Sw. B. k *Operum* Sw. B, *iniuriis* pro *minas*. B. ut et mox *Minas opere* Ma. l „f. *Septem*" S. S. m *Diessent* C. M.

vidiae zelum inter fratres, ut Wilhelmus ad Drechtenses Fresones extemplo transiret, et cum eis forenses Hollandiae villas diurnatim impugnaret. Eodem fere tempore Balduvinus Flandriae Comes subintravit armata manu Zelandiam, ut expugnaret Ocinam terrae sub Walachriam, cett. quae ex Nostro pro more descripsit et explicatius edidit BEKA. Cf. HEDA p. 183. Sive igitur statuamus, Wilhelmum fin. a. 1194. reversum esse, sive a. 1195. hoc tamen constabit in posterum, Wilhelmi cum fratre bellum flagrasse anno 1195. Et sic etiam *Wilb. Procur.* ed. Ma. hanc narrationem recte ad a. 1195. collocavit. Nexus historiae hanc disquisitionem postulat.

75) *Militibus*] Douza ad MS. vertit, i. e. *Nobilibus Equestris ordinis*. Recte omnino. Sic iterum p. 158. *Milites Comitissae*, quos STOK. L. II. vs. 1082. *Ridderen* vocat. Invidiose nonnihil BEKA p. 75. vocat *Sagittarios*.

76) *Comitatus Fresiae adiacentes*,] i. e. *Fines Comitatus* [Hollandiae], *qui adiacebant Fresiae*. Non enim hic sermo est de *Fresiae Comitatu*, ut recte vidit *Douza* MS. qui ad marg. scribit: *Hollandici*.

77) *Alcidis*] Ratio, cur hic *Alcidis* nominetur, est, quia maritus *Theodericus* in Zeelandia peregre aberat. Vid. p. 156.

78) *Octavam S. Martini*] „F. Sancti Martyris, id est, a decimo Augusti ad decimum septimum; *octavum* nempe S. martyris *Laurentii*. Alias a festo S. Laurentii ad octavum S. Martini usque intervallum est plurium dierum". SCRIVER. sic ad MS. cum not. S. S. Sed confer HUYDEC. ad STOKIUM T. I. p. 451. qui vulgatum tuetur et explicat, ab *d.* 10. *August. ad* 18. *Novembr.* Confirmatur lectio vulgata ex p. 158. l. 6. ubi colloquium *Balduini* cum illa Egmundae statuitur in *die festo S. Michaelis*, qui est *d.* 29. *Septembr.* Contigit autem a. 1195. Vid. not. 74).

79) *Per undecim dies*] V. Doctus ad STOK. I. p.

traxit. Hoc iudicio Dei commissum sit 80), quomodo iniuriam Sancti sui prospicere sibi placuerit *. Nunc nostrum propositum prosequamur. Igitur Comite *Theoderico* in *Selandia* re-

* *Comm.*, *si quodammodo* — *placeret* Sw. B. *de coelo* addit Ma.

p. 451. ad vs. 1063. et 1065. hunc adventum ad Egmundam pro eodem habet, de quo supra est sermo. Verum ad alium spectare *annum* et *actum*, satis docent praecedentia et subsequentia, *Non tunc solum, sed toto Dominatus sui tempore.* — — *et ut a coepto paululum progrediamur, interminata est* — —. *Nunc nostrum propositum prosequamur.* Praeterea hoc factum docet, *cum nihil agendum ei foret — porro*, TVNC *quum Comitem secum haberet*, qui *nunc* absens erat in Zeelandia. Et tempus etiam per *nunc* et *tunc* distinguitur. Pro *demolita est*, forte rectius *commorata est*, ut infra.

80) *Commissum sit*] Quod Noster hic portendebat, STOKIVS L. II. vs. 1068. effectum habuisse, Deumque id ultum fuisse per turbas in Domo *Alcidis* postea secutas, censebat. Vid. HVYD. ib. T. I. p. 453. Sed haec ex more huius aevi.

81) *Bellum — adversus Comitem Flandriae*] Haec prima discordiarum cum Flandris agitatarum in Nostro mentio; qui magis res sui Monasterii et Hollandiae proprie dictae curabat. Et tamen haec non nisi obiter. Possidebat hoc tempore *Comes Hollandiae* a Flandriae Comite in feudum omnem Terram inter *Scaldim* et *Heedensé*, i. e. *Zeelandiam Occidentalem*, tamquam *Imperii subfeudum*, idque ex pacto, olim inter Comites a. 1168. composito. Videtur autem *Theodericus* VII. ut primum anno 1190. patri Florentio III. successit, recusasse *homagium* praestare, et istius Pacti innovationem facere. Saltem hoc colligas ex Charta in MARTEN. *Anecdot.* I. p. 1037. in qua quidem legimus praeter Florentium III. etiam hanc Homagii Chartam confirmasse *Ludovicum Comitem de Los et de Hollandia*, *Wilhelmum Comitem I.*, *Florentium IV. et Wilhelmum II.* De hoc vero *Theoderico* VII. non diserte hic legimus, etsi alibi probabo, eum postea omnino hoc homagium fecisse. Haec prima nunc belli caussa! Nam inter alia convenerat §. XV. in *Cod. Probb.* a. 1168. *Si supradicta Comes Hollandiae infregerit, et summonitus infra sex septimanas correcturus forefacta, nisi impedimentum manifestum et absque dolo obstiterit, scilicet infirmitas corporis vel — servitium Imperatoris — venire contempserit, tota terra, quam ipse a Comite Flandriae in feodo tenet, cum suis munitionibus — libera Comiti Flandriae remanebit.* Altera eaque movens belli caussa videtur haec. Concesserat nempe Imperator *Fredericus Florentio* III. Comiti Holl. in feudum *Vectigal Geervlietanum*; confirmarat hoc vectigal Theoderico VII. Florentii filio a. 1193. Imperator *Henricus*, Frederici filius, adiectis his insignibus verbis: *Ex sententia Nobilium Curiae nostrae in maiestatis nostrae praesentia — indicatum est, et a copioso Episcoporum, Comitum, Liberorum, atque Ministerialium nostrorum numero approbatum, quod tam FLANDRENSES et alii homines, qui sunt de nostro imperio, quam etiam ii, qui de aliis regnorum partibus veniunt, modo praescripto teloneum (de Geervliet) debeant persolvere.* Atqui in supradicto *Pacto Flandrensi* l. l. p. 1036. B. ed. MART. conventum erat: *Vectigalia hactenus accepta, quae Conductus vocantur, a transeuntibus FLANDRENSIBVS Comes Hollandiae nullo modo accipiet, nec, quod in omni Comitatu suo ab aliquo accipiantur, patietur.* Haec igitur alte-

ra

remorante * propter bellum, quod adversus Comitem Flandriae 81) *Balduinum* promovebat †, *Aleidis* Comitissa in Ekmunda contra Fresones belli negotia disponebat miro ingenio singula ami-

 mi-

* *Demorante* Sw. † *Habebat* Sw. B.

ra belli Caussa! De his autem caussis tacent Nostrates. Bellum tamen obiter memorant BEKA p. 75. IO. A LEID. *Chron.* XIX, 2. Nonnihil vidit WAGEN. *Hist. Patr.* II. p. 277. Cf. MEIER. *Ann. ad* a. 1195. Quod autem supra dixi, Chartam Imper. Henrici datam esse anno 1193. etsi a V. D. WAGEN. ibid. MIERIS *Cod. Diplom.* et nuper etiam a V. Ill. IVNG. *Com. Benth.* p. 220. ad annum 1195. refertur: probari id assertum accuratius oportet. En argumenta sqq. Data dicitur Charta, quae exstat in MARTENE et DVRAND. *Thes. Anecd.* T. I. p. 662. *Anno Domin. Incarnationis MCXCV. Indict. XIV. regnante Domno Henrico Romanorum Imperatore gloriosissimo anno Regni eius XXIV. Imperii vero quarto. Datum Moguntiae XIII. Cal. Novembr.* In his notis mendum inesse harum rerum modice peritus facile videt. Nec *quartus* Imperii annus nec XXIV. Imperii congruunt cum MCXCV. Henricus enim vivo patre Rex electus est d. 8. Iunii anni 1169. et coronatus *Die Assumtionis Beatae Mariae*, i. e. die 15. Augusti, ut auctor est GODEFRID. MONACH. a. 1169. Obiit pater eius, media aestate anni 1190., cuius in locum Imperator coronatus est d. 15. April. a. 1191. Finiebatur igitur M. Augusto anni 1193. eius Regni annus 24. Incipiebat Imperii annus IV. in aestate eiusdem anni 1193. vel Aprili a. 1194. Ergo vel annus 1194. est assumendus, vel a. 1193. Igitur non a. 1195. Non potest tamen a. 1194. hanc Chartam mense Octobri *Henricus Moguntiae* dare. Nam a. 1194. post Februarium in Italiam transcendit ad possessiones Apuliae et Siciliae adeundas, mense *Iunio* Genuam attigit, *Augusto* Caietam venit, IV. *Cal. Sept.* Neapolim obsedit; inde Siciliam subegit, et mense *Decembri* Rex Siciliae coronatur. Hinc rebus in Sicilia constitutis, ineunte a. 1195. in Apuliam transit. Deinde in Germaniam regressus quinctam in Palaestinam expeditionem edicit. Vid. SCHATEN. *Ann. Paderb.* T. I. 899. ad a. 1194. Neque annus 1195. propterea admitti potest, tum, quia nec a. XXIV. nec IVus in hunc 1195. mens. Octobr. ullo modo ingrediuntur: praesertim quum a mense *Decembri* 1194. sollemne ipsi fuit addere tertiam suam Epocham *Regni Siciliae.* His porro consonat Charta *Iungio* p. 219. ex HEDA p. 177. citata, his notis insignis; *anno regni Henrici XXV. Imperii vero V. et regni Siciliae II.* quam ipse ad annum 1194. excitat; quare eo magis mirum, quod *pag. sq.* 220. hanc nostram Chartam adhuc ad a. 1195. alliget: cuius tamen notas Chronicas emendatione indigere, animadvertit ibid. V. D. p. 221. not. (β.) Statuamus ergo, Chartam hanc esse datam a. 1193. Indictionem vero depravatam esse, et legendum XI. vel XII. prout hanc vel illam sequaris Indictionem. Quod si vero *Indictio* salva est, tum procul dubio notae numerales *Regni* et *Imperii* mutari deberent in XXVI. et V. ut in a. 1195. incidant, et ipsa *Indictio* exordiri a mense Septembr. Erupit igitur ob antedicta et ex hac anni 1193. concessa Charta *bellum Flandricum*, quod in fine anni 1195. vel initio seq. 1196. confecit *Theodericus* Comes, qui victoria potitus circa *Dominicam ante quadragesimam* A. 1196. ad *Harlemum*

cum

ministrans [q] in omnibus indefensa [r]: *Fresonum* etiam de *Netorp*, saniorum [s] et principum, quos invitaverat, amicitias sibi consiliavit: cuius colloquium *Balduinus* Episcopus expetens Ekmundam venit, temptans si quos aditus inveniret reconsiliationis [t] inter discordes fratres, quod quia voto suo non successit, ad propria se recepit. Hoc circa festum *S. Michaelis* 82) factum est. Cum ergo tumultus cotidiani utrarumque partium essent praedae [u] et insidiarum, tandem *Wilhelmus* aperta congressione decertare proponens, cum infinita multitudine Fresonum *Alcmar* venit, cui Milites *Comitissae* et *Kinemar* [v] occurrentes ad resistendum in acie sua consliterunt. *Fresones* vero, timentes se a tergo circumveniri, et quod ductores et seniores Fresonum de *Winkele Netborp* [w], quorum fuga precio comparata [x] fuit, in ulteriore ripa [y] fluminis turmas suas continebant, paulatim ad vadum fluminis gradiebantur 83) [z] fugae intenti, interdum quasi

[q] *Administrabat* C. M. Sw. B. [r] *Indefessa* Sw. B. [s] *Freson. et etiam Deutcherum Seniorum* Sw. *Fris. et eorum de Nertborp. sen.* B. „legendum *seniorum*, ut recte apud Sweert. cett. *Niedorp* est apud Jo. a. Leyd. XVIII, 2." Ma. not. *Seniorum* etiam Douz. ad C. M. Mox *auditus* Sw. B. [t] Sic per *s* C. M. Sw. B. Ma. [u] *Pridem* Sw. *perinde* B. [v] *Cui m. Com. Kinemari* Sw. B. S. S. ex MS. [w] *Nortborp* Sw. B. [x] *Comperta* C. M. *Comperam* Sw. [y] *Parte* Ma. cum nota: „Quodnam istud flumen? Alcmariam versus ducit, haud procul ab ipso opido, confini pago adhuc Oudorp, ut videre est in mappis". S. ad C. M. „An *Reker* an *Othem*, nunc *Nuerdt*". [z] *Congred.* et priora septem desunt Sw. B. *progred.* Ma.

cum Balduino Episcopo in colloquium circa res fratris convenit, ut narrat Auctor. Verum de his Flandriae bellis omnique negotio, ac iure inter Flandros Zeelandosque controverso prolixe ago in *Excursu* VII.

82) *S. Michaelis*] Festum S. Michaelis cadit in d. 29. Sept.

83) *Fluminis gradiebantur*] Intelligit fluv. *de Reken* seu *Rekere* Vir. Ill. HUYD. ad STOK. T. I. 455. qui limes inter Hollandiam erat et Frisiam. Quod *Wilh. Proc.* apud MATTH. scribit *progrediebantur*, iam damnavit V. Ill. HUYD. l. l. qui vidit, sermonem esse de Frisiis retrocedentibus.

84) *Comiti*] Nempe *Diederico*, qui victoriam et a *Comite Flandriae* et a *Fresonibus* reportarat: ut bene explicat STOK. II. vs. 1097 — 1101. at Scriv. ad marg. male allevit, „Wilhelmo Comiti".

85) *Dominica praecedente quadragesimam*] *Balduinus* hic Egmundae se sistens quum obierit anno 1196. non serius haec pacis consociatio contingere potuit quam ineunte hoc anno 1196. et quidem die 3. Mens. Martii, qui fuit *Dominica ante quadragesimam*. Citius tamen quam hoc anno, contigisse, repugnaret nexui historiae. Vide Not. p. 154. not. 74. Incertus ac dubius in anno definiendo haesit V. D. ad STOK. T. I. p. 456. Ad a. 1195. refert *Procurator* Ed. Matth. p. 483. sed in cursu narrationis.

86) *Simul et Ada* — —] Convenerunt huc nimirum *tres* simul *patrui*, et ipsa *mater* Comitis *Theoderici* et *Wilhelmi*. Hi sunt BALDVINVS Episc. THEODERICVS Praepositus,

quasi ad pugnam se properantes [a], subsistebant. Hoc a *Kinemarensibus* deprehenso, militibus iam non expectatis, fortiter eos assilientes in ulteriorem ripam fluminis inpulerunt, *Wilhelmus* vero in ipso vado subsistit, aliquantulum renisus [b], et fere circumventus foret, nisi maturius fuga sibi consuluisset. Et hoc sui detrimentum *Fresones* non ipsi *Wilhelmo*, sed suae incuriae [c] asscribentes de cetero familiariter habuerunt. Nuncius vero huius victoriae Comiti 84) directus est, qui duplici gaudio iocundatus est, tum victoriae contra Comitem, tum contra Fresones, Deo in omnibus ei prosperante. Igitur cum de *Flandris* victor redisset, iterato *Balduinus* Episcopus Ekmundam venit Dominica praecedente quadragesimam 85), simul et [d] *Ada* 86) Comitissa, Praepositus *Theodericus*, *Otto de Bentem*, de commoditate pacis tractaturi. De rebus Ecclesiae sumptus erant [e] graves, qui tantis Principibus inpendebantur. Age-

a *Se praepar.* Sw. *proper.* Ma. *familiarius* Sw. — *aribus* B. b Iterum octo omisit Sw. B. *Subsistit* Ma. c *Iniuriae* Sw. B. d *Similiter* Sw. B. e *Et de rebus Ecclesiae. Sumtus erant* Sw. B. qui mox *nociva.*

tus, et OTTO *de Benthem*, tres liberi *Theoderici* VI. et *Sophiae* Benthemicae; et *Ada* mater ipsius Comitis, vidua Florentii III. uti clarius patebit ex adiecto Schemate; consentiente STOKIO L. II. vs. 1103 — 1110.

THEODERICVS VI.
Vxor SOPHIA Benthemensis.

FLORENTIVS III. Vxor ADA, Scotica. | OTTO COMES de Benthem. | BALDVINVS Episcopus Tralect. | THEODERICVS Praepositus, deinde etiam Episcopus Traiectensis.

(Florentii III. liberi:) THEODERICVS VII. Com. Holl. Vx. ALEIDIS. | WILHELMVS Comes Orient. Frisiae.

Cf. *Dissertat. Critico — Genealog.* N°. II. pluribus haec probantem. Interim consule JVNGIVM *Com. Benthem. Antiq.* L. III. C. 3. sq. — —. Non mirum igitur, si hi *patrui* tantopere satagerent, pacem inter suos ex fratre Nepotes instaurare. Contra mirari vehementius oportet, Virum D. ad STOK. I. p. 573. sq. eo venire potuisse, ut negare ausus sit, *Ottonem de Benthem* huic pacis conciliationi interfuisse. Quae indicasse, suffecerit. Nam pudet argumenta promere. Et tamen promam. Negat, „ *om redenen*, *dat Meerbout* [i. e. Scriptor Noster] *zelf die verzoening*, *bepaaldelijk*, *toeschrijft*

gebantur ergo diversa consilia, et ad omnes *Adae* Comitissae votiva fuit supplicatio coeptis insistere, materno affectu [f] filio consulens. Episcopus nullum voluntatis suae [g] consecutus *Harlem* rediit, ubi Comes tunc morabatur. Praepositus vero per noctem remoratus ad singulare colloquium a *Wilhelmo* invitatus est, ubi in uno [h] consilio actum est, ut pax daretur et pacis terminus. Hoc per Episcopum et ipsum Praepositum tandem elabo-

[f] *Affecto* C. M. *filio* deest Ma. Mox *pax terminans* B. *Ipso Praeposito* Ma. [g] *Desiderium* addunt Ma. Sw. B. [h] *Ubi mutuo* S. S. et Ma.

schrijft aan den Bisschop en Proost, in deeze woorden p. 483. *Hoc per Episcopum et ipsum Praepositum tandem elaborato, Willelmus Harlemum venit. Maar inzonderheid, omdat* OTTO VAN BENTHEM, *by Meerbout, buiten dit eene geval in* 1195., *daar by voorkomt als een stomme personaadje, nergens gemeld wordt na het jaar* 1173." En argumenta egregia! quae quo magis stringerent, vir ille Doct. *Septem Chartas* annorum 1195. 1196. 1201. 1207. 1202. 1203. 1207. in quibus tamen OTTO DE BENTHEM tamquam *testis* occurrit, pro spuriis et confictis habet: quamquam has omnes inter *genuinas* haud ita pridem iterum vulgavit V. D. JUNG. l. l. in *Cod. Diplom. Benthem.* et de quarum *ἀυθεντίᾳ*, nullum cuiquam dubium oriri poterit unquam. Sed de his alibi opportunior erit dicendi locus. Indico tantum, ut quam parum fidere Viri D. argumentis quisquam possit, diluceat.

87) *Harlem venit*] Quo melius omnem rei per hos annos gestae et hic enarratae ordinem uno intuitu discernamus; in compendium referam. Et quidem fine anni 1194. vel initio a. 1195. ex terra Sancta *Wilhelmus* Theoderici VII. Comitis Holl. frater redit; quod initium rixarum inter fratres. Balduinus Episc. Trai. hos reconciliare annititur, et propterea colloquium cum Theoderici, in Zeelandia ob bellum cum Flandris absentis, uxore Aleidi, d. 29. Sept. 1195. Egmundae instituit, ubi Aleidis haesit a die 10. Aug. ad 18. Nov. Quo frustra instituto, Wilhelmus Fresonum ope Hollandiae fines vexat, sed infelici praelio repellitur: huius rei nuncius ad Theodericum in Zeelandiam affertur: qui hoc nuncio laetus redit. Hinc iterato *Balduinus* Egmundam venit, quo conveniunt etiam *Ada* Florentii III. vidua, litigantium mater, et patrui, *Theodericus* Praepositus, et *Otto* Com. de Benthem, d. 3. Mart. 1196. Sed frustra. Attamen Comite Harlemi haerente, interventu Episcopi Pax inter fratres sociatur, ea inter alias conditione, ut Wilhelmus in *Oostfrisiam* sibi datam abiret; ubi demum cum Comite Cuinrensi *Henrico Grue* bellum habet. Interim obierat mense Aprili a. 1196. *Balduinus* Episcop., et ad Episcopatum adspirant Balduini frater *Theodericus* Praepos. et *Arnoldus* Praepos. Daventriensis. Theod. Com. Holl. durante Schismate, Tutor fit Episcopatus, et in Castro Horst residet, eiecto ex Episcopatus regimine Ottone C. Gelriae. Wilhelmus res novas moliens a fratre capitur, fitque bellum inter Com. Holl. et Ottonem Gelr., idque a. 1197. Interim Arnoldus et Theodericus, competitores ad Papam profecti erant. Arnoldus a Papa praelatus moritur mense Iunio 1197. Tunc Electus Theodericus itidem Papiae obiit

elaborato Wilhelmus *Harlem* 87) venit, Episcopo adhuc ibi constituto, et diei cuiusdam [i] diluculo ad lectum fratris, dubium an invitatus aut sponte per se venerit, accessit, ubi mutua et amica collocutione [k] inter utrosque pax confirmata est, hoc modo 88), ut de thelonio *Gerslit* 89) pro patrimonio suo *Wilhelmo*

X CCC^tae^

i Die e. C. M. *diei eiusd.* Sw. B. Mox *locum fr.* et bis *an* Sw. B. *k Locutione* Ma. S. S. et mox *Geervliet.*

obiit d. 3. Aug. 1197. Moritur etiam 28. Sept. 1197. Imper. Henricus. Eiusdemque anni hieme vel initio sq. 1198. glaciali tempore e carcere evadit Wilhelmus, qui ad Ottonem Gelriae profugus eius filiam ducit uxorem, et nuptiae *Staverae* celebrantur. Eligitur ab Henrico Rege ante eius obitum 28. Sept. 1197. novus Episc. Trai. *Theodericus de Are*, qui ineunte anno 1198. in sede Episcopali constituitur. Et post illud tempus Comites Gelriae, et Hollandiae reconciliantur. Haec rerum series.

88) *Hoc modo*] Tria igitur per hanc pacem obtinuit a fratre suo *Wilhelmus*, 1. ut *pro patrimonio* (nos Belgae diceremus, *voor Vaders bewijs*) haberet quotannis in Hollandia 300. Libras argenti ex teloneo Geervlietano. 2. ut a Comite fratre in feudum acciperet Comitatum Orientalis Fresiae, sive ditionem Oostergoviensem ac Westergoviensem, 3. ut quidquid ibi possideret, quiete et placide retineret, et eo habitatum concederet. De singulis separatim videbo.

89) *De theloneo Gerslit*] Hoc teloneum *Geervlietanum* Imperator *Fredericus Aenobarbus* quondam [intra a. 1157 — 1170.] *fideli suo Florentio* patri huius Theoderici VII. *in feodum ab omnibus transeuntibus concessit:* uti novimus ex Charta Henrici Imper. in MARTEN. *Thesaur. Anecd.* T. I. p. 661. Necdum enim hoc tempore totum *Ius territoriale* sibi ita adquisiverant Comites, ut de *teloneis* ubicumque *exigendis* libera ipsis potestas esset sed Imperatori. Confirmavit *hoc Feudum* filio Florentii Comiti *Theoderico* VII. Imperator *Henricus VI.* a. 1193. per Chartam *datam Moguntiae XIII. Cal. Novembris.* Vid. ad p. 157. Ex hoc autem *Feudo*, (cuius pacificam etiam a *Flandris* exactionem tum per *bellum* cum Flandria, tum *per sententiam Imperatoris*, eadem Charta comprehensam, nunc possidere coeperat *Theodericus*) ex hoc, inquam, *Feudo* Wilhelmus hoc anno 1196. pactus est 300. Libras singulis annis sibi solvendas, idque loco *PATRIMONII*. Qua ex adiectione lux adfunditur Historiae, et ratio elucet tantarum inter fratres rixarum, non nisi bello ac totius familiae intercessione finiendarum. Nimirum res ita se habuisse videtur. Mortuus erat a. 1190. Florentius procul a patria, et Antiochiae sepultus. *Wilhelmus* minor natu filius, defuncto patre, manserat in Oriente. *Theodericus* vero maior natu filius, audita patris morte, Comitatum cum omnibus annexis sibi, ut par erat, vindicavit, et patris in locum successit. Solebant autem reliqui filii ex multis bonis alodialibus intra Comitatus fines alibique sitis a parentibus vel per Traditionem vel alio modo largiter dotari, ut haberent, unde honorifice et statui suo convenienter victitarent. Hoc modo Theodericus VI. Florentii III. pater, uni filiorum *Dominium* de *Voorn* in feudum dederat; alteri vero

ccc^tae^ librae annuatim solverentur; *Homo fratris factus* 1 90) pro *Comitatu Orientalis Fresiae*; ut Comes de reliquo quietus esset, et *Wilhelmus* ad sibi concessa 91) migraret. Qui praedictam *Fresiam* ingressus post longam disceptationem inter se et *Henricum Grus* habitam, munitionem eiusdem *Henrici* in vindictam Fresonum ab eodem occisorum expugnatam terrae complanavit, Fresones ditioni eius subiectos, et omnes reditus in ius suum volun-

1 Tria haec desunt Sw. forte quia legere non potuit vitiosa in B. *hoc fri fiat fractium*. Mox *contentae* Sw.

vero *Comitatum de Benthem*, qui Comitatus ipsi ex coniuge *Sophia* obtigerat. Filiae vero vel cum dote nubebant vel Abbatissae fiebant. Vid. *Dissert. Critico-Genealog.* in *liberis Thiederici VI.* Iam vero videtur *parens* Wilhelmi subita morte praeventus vel hoc omisisse, vel *Theodericus*, patris successor, *Wilhelmi* frater, usus occasione absentiae fraternae, omnia sibi arrogasse; unde *Wilhelmus* domum rediens vel nullam sibi inveniens hereditatem seu *patrimonium*, vel iis quae frater dare volebat non contentus, belli materiam conquisivit. Huc tendunt verba Nostri p. p. 154. *Wilhelmus post obitum patris — a fratre* [a. 1195.] *benigne receptus est*, *et fraterne habitus* [nempe ex more aulae]; *sed cum paulatim severius circa se agi intenderet*, *et a fratre penitus despici*, *fratris praesentiam declinavit*, *et collocutus cum quibusdam Militibus*, *quos sibi coniunxerat*, *ad Fresones de Drechter — refugit*. Huc spectant etiam *susurrones* isti eorumque *exosa suggestio* apud BEKAM p. 75. Quod autem ad *Geervlietanum telonium*; magni fuisse illud pretii et momenti, patet ex eo, quod saepe *bella* eius caussa gesta fuerint. Sed non solum huic *Wilhelmo*, sed etiam *Ottoni de Benthem*, eius patruo, eiusve posteris insignis ex hoc telonio pars concessa fuit, observante IVNGIO *Com. Benth.* L. III. C. 3. p. 221.

90) *Homo fratris factus*] De hac secunda Conditione circa *Comitatum Oost- et Westergoae* plura dicam in Excursu VII. quem videas. De hac re dubitanter loquitur WAGEN. *Hist. Patr.* T. II. p. 280. nec mirum; non enim leguntur haec verba in Edit. MATTH. qua usus est. Bene tamen vidit p. 281. *Wilhelmum* post ictum fedus *Comitatum Frisiae* fuisse adeptum, immo *Comitem Frisiae* appellari in ipsa fratris Diederic. Com. Charta a. 1198. HED. p. 211.

91) *Ad sibi concessa*] Tertia fuit conditio, ut *Wilhelmus ad sibi concessa migraret*. Intellige, terram et Comitatum Hollandiae fratri relinqueret, hisce contentus nihil sibi amplius paterni boni caussa a fratre postularet, et in Frisiam abiret. BEKA haec p. 75. expressit: *ut de cetero fratrem suum inquietare non praesumeret*. Videtur tamen posthac in his non acquievisse, quapropter partibus *Regis Ottonis* se socians a fratre mox carcere includitur. Vid. Not. Sq. Certe fuit avidus Imperandi Princeps, idque statim a mortuo fratre a. 1203. ostendit in rebus cum *Ludovico de Loo* gestis.

92) *In Castro-Hurst*] Mortuo nimirum a. 1196. Episcopo *Balduino Theodericus* Comes Episcopatus tutor hic haerebat, et Ottonem Geldrum praelio victum ex Episcopatu eiecerat. V. supra ad a. 1196. Huius Ottonis partes *Wilhelmus* videtur fovis-

luntate eorumdem, Fresonum transposuit; qui post hoc ad m matrem veniens ab eadem et ceteris fidelibus suis inhibitus est, ne ad fratrem accederet, qui tunc in Castro, quod *Hurst* 92) dicitur, morabatur, procul dubio capiendus, si iret n; sed retardari non potuit. Venit ergo, et a fratre ingratis oculis conspectus, cum die quadam lotis iam manibus ad mensam accessurus esset; ab *Henrico Grus* 93) homine sibi inimicissimo et ceteris Ministe-

m *Transp. Post haec Wilh. ad* — Ma. ex interpol. *ignitis &c.*

n *Cap. esset* Sw. *Cap. si retardasset* B. qui mox

fovisse, vel saltem videntur eius inimici, in his *Henricus Grus* Comes Cunerensis, Theoderico hoc insusurrasse. Rem omnem conficias ex JO. A LEID. L. XIX, C. 7, 8, 9. ubi BEKAM sequitur: *Henricus Imperator* — *temporalem iurisdictionem* [Episcopatus] *Theodorico Comiti Hollandiae gubernandam commisit* —. *Itaque Theodoricus Comes Holl., propugnator sive tutor existens Episcopatus, ac in castro, quod dicitur* HORST, *cum tota sua Curia manere disponens, Episcopales redditus ex Imperiali praecepto curiose collegit, sed obstante consilio Comitis Ghelriae* — —. *Deinde*, narrata Gelrorum clade, pergit: *iis itaque gestis* WILHELMUS, *Comes Orientalis Frisiae, hac audita victoria gavisus* [πολιτικῶς puto], *primo venit ad Hollandiam, deinde secessit ad* HORST, *ut fratris sui Comitis Hollandiae visitaret praesentiam, quam Theodericus Comes H. extemplo per Henricum Grus* APPREHENDI *et in prisone Castri districtissime cathenari* [jussit.] *Modico dehinc elapso tempore iam dictus Wilhelmus Comes Frisiae disruptis clausulis a captivitate clam exiens, spe protectionis venit ad Ottonem Comitem Ghelriae, a quo per dies aliquot detentus fuit in contubernio magnae laetitiae* — *Dedit idem Adelheydem filiam suam in uxorem* —. Quibus si addas, quae Noster hic de *Ada* matre aditum dissuadente sqq. narrantur, facile patet, Wilhelmum simulata mente a. 1196. pactum fecisse, et *Ottonis* Gelri partibus contra fratrem favisse. Quorsum enim aliter haec *matris dissuasio*, haec fratris *captivatio*, eiusdemque imprimis *fuga* ad *Comitem Gelrensem*, inimicum fratris? *Monachi* res factas optime interdum norunt; *rationes* vero factorum *politicas* saepe penitus ignorant. Quomodo vero paullo post hae nuptiae ansam dederint reconciliationi *Ottonis* Gelriae et *Comitis* Hollandiae, quando hi coadunatis copiis *Wilhelmum fratrem* Comitis Holl. et *generum* Ottonis contra Episcopum adiuvare volebant, statim dicetur.

93) *Henrico Grus*] Fuit *Henricus Grus*, [quem Nostrates *Henrik de* KRAAN *ab ave* huius nominis ita vocant,] unus ex *Ministerialibus Ecclesiae S. Martini in Traiecto* ut p. 153. audiunt. Habuit hic ab Ecclesia Traiectina, ut videtur, in feudum *Comitatum Cunerensem* sive *de Kuinre*, in Oostfrisia tunc ita dicta situm, ubi post devictum hunc Henricum *Wilhelmus* noster Oostfrisiae nunc Comes Castrum de *Oosterzee* construxit. De his BUCHEL. *ad* BEKAM p. 60. (k) „*Domini*, inquit, „ *Kunerani* Comitis olim titulo gaudebant, „ et jus cudendi monetam habebant; „ quorum posteri insulas Vrekiam et E- „ meloweertium eius dominii partes „ Sou-

terialibus [o], fratre vidente et consentiente [p], captus 94) incarceratur. Sed Deo miserante 95) elapsus, sicut praelibavimus, ad Comitem Gelrensem [q] *Ottonem* venit. Ibi aliquantulum remoratus, quia tibiae eius asperitate glaciei graviter exasperatae erant, et prae algore [r] intumuerant, deinde in *Fresiam Orientalem* a fratre sibi concessam ingressus, officiosissime receptus est, de fuga vel salute eius omnibus mire congaudentibus. Filiam Comitis *Ottonis*

o Novem priora omisit Ma. p *Fr. indubitanter consent.* Douz. et S. S. ad C. M. „Malim *fratre inspectante nec prohibente*" Scriv. ad C. M. q Ma. desunt *sicut praelib.* et *Gelrensem.* c. not. „Apud Sw. est *ad Com. Gelrensem Ottonem.* Alius Otto, Wilhelmi patruus, Comes de Benthem". *Gelrensem* tamen etiam C. M. Mox *ubi* Sw. r *Rigore* Ma. et mox *regressus* ex MS. fol.

„ Soudenbalchiis reliquerunt, verum iam „ maris saevitia eae fere obrutae exigui „ sunt momenti, castris, templis, vil„ lisque integris fluctibus obrutis". Condito autem hoc a *Wilhelmo* Castro *Oosterzee*, hic cum *Cunerensibus* conflixit, et occisis quingentis amplius viris Comitem *Henricum Gruem* propulsavit, et eius terram sibi subegit. Res ipsa satis nota est ex BEKA p. 58. et reliquis omnibus. Cf. WAGEN. *Vad. Hist.* T. II. p. 281. *Henricus Grus* fugit *Traiectum* ad Comitem *Theodericum*, Episcopatus Procuratorem, tamquam Ecclesiae vasallus. Et hinc ortae istae inimicitiae inter *Gruem* et *Wilhelmum*, de quibus hoc loco. Bellum hoc cum *Cuneranis* adscripsit EMMIUS BALDUINO *Episcopo*, non *Wilhelmo*, pro quo iure reprehensus a BUCH. ad BEK. p. 60. (l.). Add. HUYDEC. ad STOK. T. I. p. 470. Videntur tamen posteri *Cunerenses*, si non sub *Comitatus*, saltem *Dynastiae* nomine hanc *Cuneram* diu possedisse, qua de re lege doct. not. DUMBAR. *Anal. Med. Aev.* T. II. p. 216. sqq. qui instrumentum cessionis Dominii Cunerani a. 1407. Ecclesiae Traiectensi factae profert, quo *Hermannus de Cuinre* eiusque filii aperte confitentur se vendidisse Traiect. Antistiti *Frederico de Blankenheim* Cunerae cum annexis Dominium. Cf. p. 306. ad a. 1376. Add. VAN RIJN ad *Oudhed. en Gestichten van Vriesland* T. I. p. 489. sqq. 8°.

94) *Captus*] SCRIV. ad Cod. Meerm. „ Malim *fratre inspectante nec prohibente*". Et idem ex DOUZ. „fratre indubitanter „ consentiente". Recte si ad rem spectes: hinc JO. A LEID. l. l. *Theodericum Comitem* per *Henricum Gruem apprehendi* ipsum iussisse narrat. Hoc autem factum est a. 1197. Vid. supra ad h. a. p. 153: Evasit vero eiusdem anni *hieme*, vel initio seq. anni 1198. in hieme; quod conficias ex mentione proxima *tibiarum in fuga asperitate glaciei graviter exasperatarum.* Duxit igitur *Aleidem* filiam Comitis *Ottonis* Gelriae non ante annum 1198. Et haec accurate exposuit, et in ipso anno consentit occo SCARLENS. *Chr. v. Vriesl.* p. 29. b. p. 104. ed. 4.

95) *Deo miserante*] Noster hoc loco, tempori, ut videtur, serviens, os *Wilhelmo* palpat. Sub hoc enim Wilhelmo Comite Hollandiae scripsit, in rebus tamen gestis admodum simplex et verax.

96) *Uxorem duxit*] Eadem ANONYM. *de Reb. Trai.* p. 11. quamquam paullo mutato

tonis honorifice ad se deductam uxorem duxit 96), nuptiis *Stavren* celebratis [s].

Eodem anno 97) *Otto* Comes Gelrensis et *Theodericus* Hollandensis reconciliantur, quae reconciliationis sive pacis concordia usque adeo inter eos convaluit [t], ut *Theodericus* Comes filiam suam *Aleidem* 98) nomine, filio Comitis *Ottonis*, cuius nomen

 Hen-

[s] Haec de nuptiis desunt Ma. inde a *filiam* —. *Vx. dux.* desunt Sw. *uxorem* deest B. qui *Stavrlae.* Sequuntur nunc in Ma., quae hic iam habentur ad a. MCXCVI. et partim a. MCXCVII. [t] *Coaluit* Sw. Ma.

to temporis ordine: *Suis* [Theoderici de Are Episcopi] *temporibus quaedam gravis discordia orta fuit inter Theodericum Com. Holl. et fratrem suum* WILHELMVM, *cui Otto Comes Gelrensis dederat in uxorem filiam suam. Idem quippe. Theoder. ceperat Wilhelmum et deposuit eum in Castro Horst, a quo ille effugit, et statim a Frisonibus pro Comite receptus prope Oesterze Castrum aedificavit, et cum illis de Cuynre saepius et multum conflixit.* Add. JO. A LEID. XIX. 9. p. 174. Add. not. Vir. D. HVYDEC. ad STOKE T. I. p. 462. et 472. qui recte ineptias WILHELMI PROCVRATORIS pag. 496. ed. Matth. de his nuptiis perstrinxit. Ob immutatum a se ordinem idem *Procurator* h. l. nuptias Wilhelmi omisit. Duxit et aliam postea uxorem *Wilhelmus Mariam* Henrici Brab. filiam, *Ottonis Imperat.* viduam. Vid *Excurs.* XI.

97) *Eodem anno — reconciliantur*]. Factum igitur hoc a. 1198. ex rei serie; quippe magis ad anteriora gesta scriptor respexisse videtur, quam ad expressam antea a. 1197. mentionem. Caussa reconciliationis, praeter eam, quam nobis dedit V. D. WAGEN. *Hist. Patr.* T. II. p. 284 — 288. etiam traditur bellum, quod *Theodericus* Episcopus movit *Wilhelmo* Frisiae genero Com. Gelriae eidemque fratri Comitis *Hollandiae*; quam rem pluribus narrat BEKA p. 62. et ANONYM. *de Reb. Trai.* p. 10.

98) *Filiam suam Aleidem*] Miror, qua fronte V. D. ad STOKIVM T. I. p. 473. tam multis agere possit, ut haec *Aleidis* mutatum eatur in *Adam*, et Theodericus una tantum filia beetur. Idque nullo subnixus argumento. Num hic scriptor coaevus ignorare potuit *filias sui Comitis*? Ne vero frustra haec dixisse videar, agedum primo videamus, num *Theodericus* duas filias, *Aleidin* et *Adam*, an vero, ut Vir D. censet, unam tantum *Adam* habuerit? tum porro ponderemus Viri argutias (argumenta enim vocare non ausim) semper hoc magis periculosas, quo maiore stili suadela et temeritate lectoribus male credulis proponuntur. Et quidem Noster coaevus hic vocat *filiam suam* distincte *Aleidin*, et postea multam de infelici *Ada*, altera eius filia, narrationem contexuit. Et ne sphalma scriptoris neve librarii censeas, facit M. STOKE L. II. vs. 1299. p. 473.

Datmen huwelic ghelooven dede
Tusschen ALEIDEN Grave DI-
RIX dochter.

Facit etiam WILHELMVS PROCVRATOR p. 484. *ed. Matth.* Praeterea idi tri-

Henricus, deſponderet: ſed idem puer non multo post languore correptus moritur, et Rinesbergh tumulatur.

MCXCVIII.

testantur reliqui ſcriptores ad unum omnes, qui de liberis *Theoderici* loquuntur. JO. DE BEKA p. 57. *Theodericus — duxit in uxorem ADELHEIDIM filiam illustris viri Theoderici Comitis de Clivis, de qua* DVAS *excellentis formae ſuscepit filias videlicet ADELHEIDIM et ADAN. ADELHEIDIS autem Henrico Domicello Geldriae deſponſata fuit. ADAN vero Ludovicus Comes de Loon contra voluntatem totius Hollandienſis populi ſibi coniugem deſponſavit.* His adiunge JO. A LEID. *Chron.* L. XIX. C. I. CLERIC. ANONYM. p. 86. ANNAL. EGMVND. Cap. XXVII. p. 34. cett. Nec modo Nostrates, ſed etiam ipſi Gelrens. PONTANVS *Hist. Gelr.* p. 204. in Stemmate: *Henricus Comes Gelriae obiit ante patrem ἄπαις, cum uxore ADELHEIDE filia THEODORICI VII. Comitis Hollandiae Reinsburgi inhumatus. Idem dicit* SLICHTENHORST *Gelderſche Histor. B.* VI. C. 23. de utroque, *Henrico* et *Aleidi*: *zy zijn eerlangh naer de bruyloft ende een kort vermaek kinder-loos wt de wereld geruckt, ende met een treurige uitvaert in 't Klooster van Rhijnsburgh in Holland d'een by d'ander begraeven.* Quae certe ex Gelrenſibus Annalibus hauſerunt, quia de *Henrico* quidem puero Reinsburgi tumulato Nostrates, non non vero de *Aleidi*: quamquam iam REINSNOYVS *Rer. Bat.* L. VI. p. 78. idem dixit: *Adelheidis Theoderici filia Henrico Gelriae C. filio fit deſponſata; ſed, intra nubiles annos decedentes ambo Rhenoburgi loculis conditi.* Quod ſi non admittitur, vel ſic tamen de *illa* id intelligi debet, quia alioqui ratio nulla, cur Ottonis Gelriae *filius* in nostra regione ſepeliretur, niſi ut iuxta ſponſam cubaret. His conſentiunt omnes ſeriores Scriptores, SCRIVERIVS, WAGENAAR cett. Vnus obloquitur Vir D. ad STOK. l. l. cuius nunc videamus argumenta: Conſentit, Nostrum certe Scriptorem noviſſe Comitis liberos: ſed tamen, quum hanc *Aleidin* vocet, *Adan* ſcribendum eſſe docet. Audi ipſum: *het ſtaat er zo: maar of hy 't zo geſchreeven hebbe, twijffel ik. Ja al zag ik zijn eigen handſchrift, zo zoude ik noch gelooven dat hy zich verzind had.* Hoc non argumentum est, ſed audacia et criminoſa in iudicando temeritas. Et quare? Rationes hae dantur: 1°. quia non raro contigit, ut in nominibus propriis errent Scriptores. Habebat autem hoc tempore Wilhelmus inſignitas *Aleidis* nominibus *uxorem*, *ſororem* et *mariti uxorem*; *matrem* vero et *neptim Adam.* Quibus reſpondeo: nihil ἀπὸ τοῦ *posse* ad *esse* valere conſecutionem: hoc enim quidem valeret ad indicandam erroris originem, ſi error ante probatus eſſet. Quod hic omiſſum! 2°. STOKIVS VS. 1370. *Adam* vocat *unicam filiam Theoderici.* Reſpondeo: concedo, anno 1203. *Adam* unicam demortui Theoderici fuiſſe filiam. Sed hic ſermo non eſt de a. 1203. Sed de a. 1198. Vnde apparet, hanc *Aleidin* iuvenem obliſſe, uti recte *Gelrenſes* testantur: in eo fortaſſe nimii, quod nuptias contractas fuiſſe velint; etſi noster hos *deſponſatos* tantum innuit. 3°. Vt auctoritatis aliquid adiiciatur, promit verba *Butkenſii*; qui ſic: *laiſſant de ſa femme Adeleyde de Cleves une ſeule fille heritiere ADE, laquelle avoit esté promiſe du vivant de ſon pere à Henry, fils aisné d'Otton Comte de Gueldres, mais estant ledict Henry peu apres trépaſſé, ladicte ADE fut donnée en mariage par ſa mere à Louis Comte de Los.* Reſpondeo: errorem, quem hic in nominibus commiſit *Butkens*, ſuum facit *Huydecoper*; et nihil probat ſerioris ſcriptoris testimonium, in quo ipſe errorem commiſit,

MCXCVIII. *Theodericus* Praepositus de Masdrecht 99) Cleri electione, favore *Theoderici* et *Ottonis* Comitum et consensu civium, *Theoderico* * in Episcopatu successit.

Eodem

* *Theod.* deest Sw. Modo *favore communi Th. et Ott.*, *et cons.* Ma. *De Maldrecht* vitiose C. M. Sw. B.

misit. Esse errorem Butkensii, ex antedictis satis apparet. Omnia complectatur Scriptor CRONICAE DE HOLLANT in MATTH. *Annal.* V. p. 534. *Theodericus* —— —— *habuit coniugem nomine Aleydem* — *de qua habuit* DVAS *filias. Prima vocata est* ALEYDIS, *altera* ADA. *Aleydis fuit Comitissa Gelriae*, *Ada Comitissa de Loon facta est.* —*Anno D.* CIƆ. CC. *III. obiit Theodericus* — —. *Et erat tunc* VNICA *filia Theoderici post mortem eius.* Et haec sufficiant. SCRIVERIVS ad *Cod. Meerm.* adscripsit: *Nota! Domicellos Hollandiae praemature obiisse, cum vulgariter dicant, ambo aevi brevis fuisse, et Rinsburgi simul conditos.* Idem addit; ad Rinsburg *in villa.*

99) *De Masdrecht*] Traiecti ad Mosam. Beka in ejus vit. Apud Sweertium est *Maeldrecht.* Sed et illud mendosum. Refert id quod dicitur hic ad Ann. 1197. Godefrid. Monach. *Conrado*, inquit, *Praeposito Deventre*, *et Theoderico fratre Comitis de Hollant*, *electis Traiectensis ecclesiae mortuis*, *succedit Theodericus de Nurberg.* Sed perperam, ut puto. Ex Necrologiis enim constat Theodericum I. defunctum Ann. 1298. Et qui *Conradus* Godefrido, is est aliis *Arnoldus*, et ut Beka eum vocat, Arnoldus de Isenburch Praepositus Daventriensis. Theodericus, qui Godefrido *Theodericus de Nurberch*, Caesario *de Nureberch*, *lib.* 12. *de Mirac. cap.* 23. aliis est *de Art.* Vid. et Beka et Heda in eius vit. Cur autem tam varie? Legendum *Aerburch* non *Nurberch*, ut coniectat Buchelius ad Hed. *in eius vit.* Et coniectat non male. *Aar* flumen est, ad cuius ripam in dioecesi Coloniensi etiam castrum est *Aerburch.* Ahriorum habet insignia, et plenius gentem illustrat Aegid. Gelenius *de Colon. Agripp. magnit. lib.* 2. *syntagm.* 4. epigrammate etiam hoc subiecto:

Ahria gens fulget nullis obscura tenebris,
Ceu rosa nativis lucet amicta comis.

MATTH.

Rectum tenet *Theodericus de Are*, *Praepositus in Maestrecht*, ut diserte vocatur in ANONYM. *de Reb. Trai.* §. XI. p. 10. qui hunc appellat *virum nobilem et personatum*, *multa sapientia praeditum* —— *nutritum in Curiis Imperatorum* - *qui tempore electionis suae cum Imperatore Henrico in Sicilia fuit*, *cuius morti et exsequiis cum etiam statim tunc interfuisset*, *novus electus ad suam Ecclesiam cito pervenit vocatus.* Quae verba si bene habent, sequeretur, hunc electum esse a. 1197. labente, et quidem intra 3. Aug. et 28. Sept. Nam antecessor eius *Theodericus* Praepos., tunc Electus, ad Papiam obiit d. 3. Aug. 1197. *Henricus* vero obiit pridie ante *festum S. Michaëlis* sive d. 28. Sept. a. 1197. quod tamen Nostro et MATTHAEI ad ANONYM. Observationi p. 152. de anno 1198. est contrarium: quamquam facilis est conciliatio, si statuamus, eum, quum *exsequiis* et *morti* Henrici adfuerit, non ante initium a. 1198. ad sedem suam Episcopalem pervenisse, et propter Schisma inter Reges tunc demum investitum, vel ut hic habetur, a. 1198. Canonice esse electum, quod unice probem. At si respicias ad Caesaream Electionem, omnino rectus erit annus 1197. ut supra GODEFRID. MON. apud MATTH. HEDAE p. 185. dicitur *absens in Italia*, *vir nobilis et magni consilii*, *Praepositus Traiecti ad Mosam*, *non mediocris auctoritatis apud Henricum et Philippum* eius *fratrem Augustos.* Vocatur alibi vi-

Eodem anno *Theodericus* Comes *Fresiam* 100) ingressus, hyemali tempore multos Fresonum *de Drechter* 1) v occidit.

MCXCIX. *Richardus* Rex Angliae in obsidione cuiusdam castri 2) iaculo percussus moritur, et *Rotomagis* 3) sepelitur; cui successit frater eius *Iohannes* 4) cognomento *Sunderlant* w.

MCCII.

v *De Drenchis* B. qui Sweertio procuravit *Iocenigum* et *Ecc. Nortsen.* w *Sonderlant* Sw. B. Ma. Sed Douza ad C. M. „Ita etiam in duobus MStis nostris". Censetque omissa quaedam, quia hoc cognomentum melius quadrat in Wilhelmum Com. Holl. Male. Vid. not. 4).

vitiose Praepositus *de Mydrecht* sive *S. Iohannis*, vid. *Aanhangsel op de Kerkl. Oudh. van Nederl.* p. 183. Natus est error ex depravata scriptione *Maldrecht* pro *Masdrecht*, unde alii coniecerant *Maidrecht*. *Aarburg* autem et *de Are* idem nomen videtur.

100) *Fresiam*] Intellige *Westfrisiam*, ut satis docet mentio *Fresonum de Drechter*.

1) *De Drechter*] Vitiose est apud Sweertium *multos Frisones de Drenechis occidit*. Si contulisset cum nostro, quem videndi tamen non fuit copia, et emendatius edidisset, et mox ad Ann. 1199. *pr. loconigum sepelitur* scripsisset *Rotomagi*, et pro *ecclesia Nortsen*, ad Ann. 1202. *ecclesia de Wurden*. Quaedam tamen apud Sweertium, quae rectius quam in meo, ut ibid. *in loco, qui villa, et castro Husden dicitur*, rectius longe est apud Sweertium, *in loco, villaque, et castro, quod Heusden dicitur.* MATTH.

2) *Richardus Rex Angliae — castri*] Castrum nempe Gayllardum, a Gallis interceptum, dum lustraret *Richardus* Rex Angliae, sagitta in brachio percussus est, et ex vulnere praematura morte decessit, sepultus iuxta patrem suum in Monasterio Fontis Ebraldi, mense Aprili a. 1199. cuius tristem exitum pluribus refert ex scriptoribus fide dignis SCHEID. ad *Origg. Guelphic.* T. III. L. VII. §. 21. p. 273. sqq. *Rotomagensis* sepultura intelligi debet de eius corde. Corpus enim sepultum est *Fonte Ebraldi*, hodie *Fontevrault*.

3) *Rotomagis*] Vocatur Belgis vetuste *Rueme*. Vid. not. Viri D. HVYD. ad STOKE I. p. 475. Erat nempe *Rotomagum*, Metropolis Normanniae, cum multis continentis terrae ditionibus, tunc adhuc in potestate Regum Angliae. Exstat locorum concambium apud *Rothomagum* a. 1197. d. 17. Oct. facta inter *Richardum* Regem Angliae ac *Walterum* Archiepiscopum Rothomag. in RYMER *Act. Angl.* T. I. p. 96. et DV CHESN. *Scriptor. Normann.* p. 1052.

4) *Frater eius Iohannes*] RADVLF. COGGESHALE *Chron. Anglic.* ad a. 1199. in MARTEN. *Thes. Ampl.* T. V. p. 859. *frater Richardi Regis — audita morte fratris sui, cuius curiam paullo ante reliquerat, —statim Chinum castellum adiit, ubi thesaurus Regius servabatur, traditoque sibi castello et thesauro a Roberto de Turneham, mox alia castella et civitates Normanniae occupavit, sicque—in Octavis Paschae apud Rothomagum Dux Normanniae effectus est.—Deinde latenter in Angliam applicuit, ubi die Ascensionis Dom. a Huberto Cantuariensi Archiepiscopo coronatus est.* AEM. STOKE L. II. VS. 1324. *Chronici Rhythm.* ubi ex hoc *Chronic. Egm.* loco de *Iohanne* meminit, eum vocat *een sachte goedertieren man*, quae verba carpit HVYDEC. in not. p. 476. et tamen sic etiam CHRONIC. TVRONENS. l. l. apud MARTEN. p. 1038. A. *Iohannes — iuvenis fuit remissioris animi, amans quietis, et ob hoc pacem cum Rege Franciae quantocyus reformavit.* Plura de eo vide in ECCARD. *Origg. Guelph.*

T.

MCCII. *Theodericus* Comes Hollandiae *Theodericum* Episcopum Traiectensem bello aggreditur 5), et post rapinas et incendia, Y inter

T. III. L. VII. §. 21. p. 274. sqq. Quod autem ad *Iohannis* cognomentum *sunder lant*, i. e. *sine terra*: frustra in *nota margin.* ad hunc locum Vir Ill. J. DOVZA monet, nonnulla hic desiderari, quia cognomen (*sunder lant*) non in *Iohannem* Angliae Regem, sed revera in *Guilielmum Theoderici* Comitis VII. Hollandiae fratrem conveniat. Quadrat enim hoc cognomen omnino in hunc Richardi fratrem *Iohannem*, ex eo dictum, quod diris a Papa *Innocentio* III. devotus Angliae Hiberniaeque regna Romano Pontifici a. 1213. subiicere, et indicto annuo tributo Beneficii loco deinceps habere coactus fuerit. Qua de re V. MATTH. PARISIENS. aliique Anglici Scriptores. Commodum autem incido in notam SCHEID. nn) ad *Origg. Guelph.* T. III. p. 360. „ Decessit Iohannes a. 1216. et quidem XV. „ Cal. Nov. foris quassatus et intus. Infe„ liciorem Iohanne Regem Anglia vix ha„ buit, ad magnas res gerendas natura „ invalidum. Perdidit pedetentim non „ solum cismarinas Provincias omnes „ [Normanniam etc.] sed et in ipsa An„ glia bellum sibi illatum vidit a Ludovi„ co Regis Galliae filio, a populo pro„ ceribusque vocato, qui vi ei extorserunt, „ quod hodienum *magna Charta* vocatur. „ Contra hanc tempestatem *Iohannes* non „ ad arma, sed in sinum Pontificis confu„ git, cui Angliam turpi ausu vectigalem „ fecit, a Gallis et sacrificulis ita contri„ tus, ut auctore Coggeshalio (qui de his „ turbis intestinis peculiarem libellum scri„ psit, editum a MARTEN. *Collect Amplis.* T. „ V. p. 871.) cum Lincolniensis Episcopus „ mortuus esset, *eius loculum Rex, deposito* „ *fastu Regio, cum Archiepiscopis, submissis cer*„ *vicibus super humeros humiliter imponeret* cett." Recte igitur cognomento dictus ac notus fuit *Iohannes sine terra*, quo nomine diserte vocatur in LAMBERTI PARVI Contin. a. 1198. p. 22. D. Male V. D. ad STOK. I. p. 388. ad vs. 406. hoc Cognomen haud obscure derivat ab re gesta a. 1202. Cognomen adeptus fuit ex eo, quod omne Regnum suum Papae resignasset. Quod si anno demum 1213. fecit, scriptor autem noster, qui a. 1205. scribere desiit, hoc nomen iam ei tribuit; hinc consequeretur, vel hunc Monachum serius hoc quidem Chronicon scripsisse, sed tantum usque ad a. 1205. scribendo incubuisse, *reliqua*, ut inquit, *alterius executioni committentem*, vel, quod magis probem, a descriptoris manu hoc tamquam Scholion adiectum esse.

5) *Bello aggreditur*] Origo belli repeti debet ex Pacto de *Oostfrisia* inter *Episcopum* et *Comitem* Holl. aequa ex parte dividunda, sedente arbitro Imper. Frederico, supremo Oostfrisiae Domino. Haec caussa remotior. Proxima caussa fuit, quod, postquam *Wilhelmus*, mediante *Balduino*, *Comes Oostfrisiae* fuit receptus, Balduini successor *Theodericus de Are*, contra expressa Pacti verba, secundum BEKAM p. 62. primo secessit ad Orient. Frisiam, ut *tam de precaria quam de institia Fresonicae plebis aliquantulam posset aggregare pecuniam*, invito Wilhelmo. Hinc captus Episcopus, et vi liberatus, — *Quibus ita gestis, Theodoricus Holl. et Otto Geldriae Comites inierunt validam conspirationem pro eo, quod idem pontifex contra Wilhelmum Orient. Frisiae Comitem pridem movisset hostilem contentionem.* Rem omnem exponunt l. l. BEKA et HEDA p. 185. Lucem dabit etiam ANON. *de Reb. Trai.* p. 11. *Wilhelmus Episcopum Th., qui in Frisiam intraverat, et in illa forte sex septimanis iurisdictiones spiritualem et temporalem tanquam Episcopus et Comes exercuerat, et ex suis iuribus aliquantu-*

inter quae Ecclesia de *Wurthen* concremata a; pax reformatur; datis

a *Cremata* sw. WVRTHEM hodie Oppidum *Woerden*.]

tulam pecuniam in sua paupertate collegerat, — *armata manu captivavit*. — — *Cum per haec et his similia* — *Episcopus ad nimiam devenisset paupertatem* — *Theodericus Comes Holl. propter multas iniurias et contemptus, quos sibi cotidie intulit* (Episcopus), *tandem valido exercitu se apud Geynum deposuit, et plurimi Ministeriales Ecclesiae secum contra Episcopum coniuraverunt sqq.* Commodum autem hic incido in JOANNIS GEVARTII ADVERSARIA MSS. *ad Historiam Brabantinam*, prout exstant in Libro † MS. 147. in *Bibliotheca* RR. PP. *Iesuitarum*, quae olim Antverpiae: ubi ille haec ex COGNATI *Chronico* descripsit, adiectis suis observationibus: quae, etsi longiuscula sunt, tamen quia rem clare explanant, adiungere hic non gravabor. „Chronicon Manuscriptum COGNATI fol. 104. b. *His temporibus Theodericus* Comes Hollandiae et *Otto* Comes Gelriae contra Dominum *Theodericum de Are*, Episcopum Vltraiectinum validam conspirationem inierunt pro eo, quod idem Pontifex adversus *Wilhelmum* [En belli caussam !] Orientalis Frisiae Comitem *Theoderici* Holl. Com. fratrem, et Ottonis Gelriae generum hostilem contentionem movisset; et quoniam inter *Henricum* Ducem Lotharingiae et *Othonem* Comitem Gelriae antiqua quaestio super *Velua* pendebat, timuit Otho, ne ipso contra eum agente Dux terram suam turbaret. Quare A. 1202. *Henricus* Dux Lotharingiae et *Otto* Comes Gelriae apud *Traiectum* supra Mosam comparent, et ibi *Otto* Comes pro se suisque heredibus promisit, Henrico Duci et suis heredibus servire fideliter, tamquam homo suis ligius, et casu, quo requisitus, non serviret, tunc omnia feuda, quae Comes a Duce tenebat, ad manus Ducis redirent". Haec ille COGNATVS. Memorat eadem GODEFRID. MON. a. 1202. p. 367. *Otto Rex et Adolfus Colon. Archiepisc. cum aliis quibusdam Principibus colloquium habuerunt apud Traiectum, quae supra Mosam sita est, de Republica et de diversis negociis.* „Vna tamen, pergit, de praecipuis caussis huius colloquii fuit de inimicitiis, quae inter Ducem Brabantiae et Comitem de Gelre pullulabant. Siquidem uterque manum validam contraxerat, nec sine detrimento pauperum vel oppidanorum conflictus eorum terminari poterat. Tandem pace inter utrosque reformata, et Rege cum Episcopo Coloniense regresso, oritur inter eos gravissima contentio coram Cardinali et prioribus et burgensibus, et vix per triduum sedatur. Causa autem huius discordiae fuit, scilicet de teloniis, et moneta, et de iniustis vectigalium exactionibus, et de violata pace negotiantibus. Auditis autem allegationibus utrorumque, Regis scilicet et Episcopi, mediante legato, sub cuius iudicio haec agebantur, ipsorum utriusque dirempta est dissensio tali conditione, ut omnis exactio violenta cassaretur, et pax firmissima negociantibus stabiliretur". Huius autem Pacti cum *Duce* mentio etiam est in Charta Comitis Gelriae, postquam a Duce captus fuit, in *Registr. Brabant.* apud BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. Preuv. p. 52. sq. *Sciant omnes, quod Comes* [Gelriae] *hanc pecuniam idcirco* [Duci] *solvit, quia apud* TRAIECTVM *in praesentia Regis* [Ottonis] *et Cardinalis et Archiepiscopi Coloniensis et Episcopi Leodiensis et Ducis Limburgensis et Comitis de Hosteden promiserat, quod de cetero ei fideliter, sicut homo ligius serviret; et quod promisit, quod Comes Hollandiae nul-*

lum

datis Comiti obsidibus ab eodem Episcopo. Idem Comes muni-

lum damnum ei inferret. Verum quia hoc non bene observavit —. Cf. *Cod. Probb.* a. 1202. Hac servatus difficultate *Otto* Comes cum *Theoderico* Holl. terras Episcopi invadit. Id docet idem COGNATI Chronicon fol. 105. apud GEVARTIUM: „Post haec *Theodericus Holl.* et *Otto* Gelr. Comes se contra *Theoder.* Episcopum Traiect. potenter accingunt. Nam *Otto* Comes Gelriae totam terram Cisiselanam pulsis Officialibus Episcopi suae ditioni subiiciens, *Daventriam* communivit. *Theod.* autem Holl. Comes totam Transiselaniam depopulatus fixis papilionibus Vltraiectum in gyrum vallavit. Tunc *Theod.* Episc. Vltrai. auxilium *Henrici* Ducis Lothar., cui de novo *Veluam* infeudarat, implorat; Dux itaque requisitus et antiquam quaestionem, quae fuit inter ipsum et *Theoder.* Comitem Hollandiae, pro terra inter *Mosam* et *Scaldin* versus Zelandiam [„Nam, ut praedictum est, auctor Chronici COGNATI pactionem illam, quam A. 1200. ex DYNTHERO attulimus inter *Henricum* Ducem et *Theoder.* Comitem, ad sequentem annum refert". Sic interposuit J. GEVARTIUS, et recte hoc!] revolvens, magnam parat exercitum, et *Ottonem* Com. Gelr. hominem suum ligium, ut sibi contra *Comitem* Holl. serviret, requirit sub amissione feudi. Tunc *Otto* Comes Gelr. suum complicem *Theod.* Holl. Com. nolens deserere, ab altera parte potentiam Ducis pertimescens, totum allodium suum, quod extenditur a ponte Traiecti usque Ruremont obtulit super altare S. Lamberti [*Leodiens.*], et ab Episcopo in feudum recepit; quo facto ipse sibi conquestus de *Henrico* Duce Loth., quod minatus esset suam terram depopulare. Vnde Episcopus precibus et minis movet *Henricum* Ducem, ut *Othonem* Comitem Gelriae pacificum dimittat. Quare Dux austerior factus cum copioso exercitu adversus praefatum *Ottonem* proficiscens terram suam depopulatur, et bello apud *Vden* congrediuntur, et *Henricus* victoria potitus Comitem cepit, deinde Lovanium eum captum remisit. *Deinde Henricus tendit in Hollandiam, quam sibi pro magna parte subiugavit*". De modo vero capti *Ottonis* quomodo in partes abeatur, vide J. J. PONTAN. *Hist. Gelr.* L. VI. p. 120. qui ibidem *Manu exaratum Thielense Chronicon* excitat, quod ut a Doct. Viro *Van Leeuwen* aliquando in lucem protrahatur, opto. Capto autem *Ottone Theodericus* Holland. Comes, qui tunc *Traiectum* obsidebat, statim solvit obsidionem, et Brabantiae fines invasit, direpto prius incensoque *Tielensi oppido*, quod in laud. MS. CHRONICO *Thilensi Castrum* appellatur. Sed in ipsa Compositionis Charta apud BUTKENS *Preuv.* p. 52. *Oppidum Ducis Tyle.* Quam infelix vero post expugnatum Buscoducum nostro Comiti fuerit exitus, narrat Noster: qui tamen tacet de *reconciliatione* ac *Pace* Episcopi Trai. cum *Comite Holl.* inita, quam hoc tamen anno factam esse, memorant Scriptores. Vid. BEKAM. p. 63. *Theodoricus Traiect. Episcopus, et Theodoricus Holl. Comes consimiliter ad unionem pacis sunt perducti, qui deinde cunctis diebus vitae suae semper amici fidelissimi fuerunt.* Cf. HED. p. 185. Quibus vero hoc factum sit conditionibus, non exprimitur. Observavit tamen WAGEN. T. II. p. 291. aliunde ex *Charta Compositionis* inter *Episcopum* Trai. et *Wilhelmum* Comitem Hollandiae biennio post anno 1204. factae, satis patere, *Theodericum* nonnulla feuda ab *Ecclesia Traiectensi* tenuisse: nec fortasse ab re foret, si coniicias, conditiones hac charta comprehensas easdem fuisse, quas *Theodericus* Comes admisit; in his autem di-

tionem Ducis *de Loven* [y], quae dicitur *Busch* 6), expugnatam capit, et infinitam praedam diripit, capto fratre Ducis *Wilhelmo* et *Henrico de Kuk*, et multis aliis tam militibus quam peditibus. Dux vero in ultionem iniuriae ſuae valida manu tam ſuorum quam aliorum principum, potentium, nobilium, quos de diverſo contraxerat, Epiſcopi videlicet *Coloniae*, Epiſcopi *Leodii*, Ducis de *Limburch*, Comitis *Flandriae*, et aliorum quorundam Comitum, eundem Comitem [z] *Theodericum* in loco villaque et caſtro, quod de *Husden* dicitur [a], bello aggreditur et capit. Nec mirum: teſtati ſunt enim, qui in praeſenti certamine fuerunt, mirabile fuiſſe [b], quod tam valido exercitui, tot principibus occurrere potuit vel praeſumpſit, praeſertim cum exercitus eius in

y *Al. Leen* D. ad C. M. Mox C. M. margo „'*s Hertogenbusch*". z *Com.* abest Sw. a Sic Sw. et B. Male C. M. *in loco, qui villa et castro Husden dic.* Omiſit Ma. *villaque et castro.* b *Nec mirum est: istis enim qui —— —— fuiſſe videtur* Sw. *Inſtat istis enim, qui* B.

diſerte *est adiectum, quod Compoſitio quondam ordinata* (a. 1165.) *de terra Oostfriſia* aequaliter tenenda, *inter nos inviolabiliter obſervabitur; quae talis est* ſqq. Ab hoc inde tempore igitur Comes et Epiſcopus ius iterum commune in *Friſ. Orient.* habebant. Qua de re post novae iterum turbae! Inſulſa quae hanc in rem notavit V. D. ad STOK. I. p. 561. lubens omitto. Rem, puto, explicatam dedi, hactenus miro modo implicitam.

6) *Busch*] De hac invaſione et expugnatione Vrbis *Buscoducenſis* per Comitem Holl. ſic ſcribit J. GEVARTIVS *Adverſar.* ex MS. *Chronico* COGNATI p. 105. „Theodericus Comes Holl. expeditionem Henrici Ducis in Hollandiam audiens Ducem ex Holl. cito revocare, Ottonem Comitem Gelriae ſuum complicem de manu Ducis liberare, ſuasque iniurias magnifice ulciſci proponit; unde ipſe obſidionem Vltraiectenſem mox diſſolvens Buscum Ducis obſidet, quod anno Domini 1203. [l. 1202.] cepit 4ª Septembris, captique ibi ſunt ab eo WILHELMVS de Parwijs, filius quondam Godefridi III. Lotharingiae Ducis de ſecundo thoro Henrici Ducis [adde *frater*], ac Henricus Dominus de Cuyck, et multi alii nobiles, quos Dux ad tuendum oppidum Buscoducenſe ordinarat. Porro Theodericus de ſua victoria gaviſus cum ſuis captivis et innumerabili ſuppellectilis praeda ad Hollandiam, ut Ducem inde repellat, renavigare contendit. Sed Henricus Dux cum ſuo copioſo exercitu illi occurrens, commiſſum praelium apud Heusden, ſed tandem devictis Hollandis Henrico ceſſit victoria. Itaque Henricus Dux totam praedam omnesque captivos recuperavit, et *Theodericum* Hollandiae Comitem cum aliis Nobilibus captis ad Castrum *Lovanium* ſecum duxit, ubi ipſe et Comes Gelriae in libera custodia detinebantur". Quod de 4ª die Septembr. hic dicitur, facile conciliari potest cum nostro, qui captum

in unum adhuc minime convenisset. Sed hoc discrimen provenit ei cum ex pertinacis animi minus circumspecta prudentia, tum animosa priorum victoriarum fiducia; et in se [c] profecto didicit, quod idem Deus est, qui exaltat, et qui humiliat. Acta sunt haec ante nativitatem 7) Dei genitricis. Praeterea [d] Episcopus Traiectensis *Theodericus*, sperans 8) Comitatum sine defensore desertum, quaedam loca Comitatus incendio consumit, praedas contrahit, sed usquequaque res ei in prosperum non cessit, captis de parte eius plurimis [e] Militibus et peditibus et multis vicis combustis [f]. Dux et Comes *Theodericus* reconsiliantur 9), datis a Comite duobus milibus Marcarum

c „*Et in se* ex Beka videntur irrepsisse" S. S. Mirum de Scriverio! Beka enim hinc sua hausit. Mox *ante nativit.* explicat Douza per *pridie*. Modo *circumscripta* B. d *Propterea* Ma. Malim *interea*. Mox *spectans Com.* Sw. B. e *Pluribus* Ma. Mox *mil. et equitibus pedit.* Sw. *Mil. eq. et ped.* B. f *Viris robustis* Sw. B. Modo *de repente eius* B.

ptum Comitem innuit *ante nativitatem Dei genitricis*, quae incidit in 8. *Septembris*. Forte captus *pridie*, i. e. 7. *Sept.*

7) *Ante nativitatem*] i. e. ante diem 8. Septembris. *Nativitas* enim *Mariae* ponitur die 8. Sept. Et sic etiam Douza ad C. M. „*Credo* pridie *velle dicere*". i. e. 7. Sept. Vide supra.

8) *Episcopus-sperans*]. Quam pie, et quam modeste haec ab Episcopo facta! Ne autem dubites, audi verba ANONYM. *de Reb. Trai.* p. 11, 12. qui Auctor totus quantus Episcopis est deditus: *B. Martinus*, inquit, *suo Episcopo in brevi tempore sic providit, quod praedicti Comites suae Ecclesiae intestini persecutores divino iudicio a Duce Brabantiae capiebantur, et in vincula deponebantur. Tunc Episcopus, sicut* VIR DISCRETVS *tempus sibi* A DEO [N B.] *datum non obdormiens, subito militiam — — colligit, Hollandiam uno die invadit, rapit, devastat et incendit, et seq. crastino Veluam adscendit et depopulatur, pecuniam accipiendo et exterquendo, Zutphaniam obsidet — singulos ditiores capit, et innumerabilem pecuniam merito ab illis recepit.* Quam discrete haec profecto! et data a Deo occasione!

9) *Dux et Comes reconsiliantur.*] Quum hanc reconciliationem ope 2000. marcarum hoc a. 1202. initam confundat V. D. ad STOKE Tom. I. p. 559 - 568. cum *Charta Ducis Brabantiae*, anno 1200. data, per quam *Theodericus* VII. Comes Holl. Duci *Henrico* resignavit *Zuidhollandiae terram*, eamque ab Duce in *feudum* recepit: hinc ex ea confusione multae aberrationes sunt exortae, immo in caussa hoc fuit, cur idem V. D. Chartam, a cuius cognitione multa in Nostrorum Comitum Historia pendent, tamquam spuriam reiecerit. Quapropter operae pretium facturus mihi visus sum, si hanc Chartam denuo ex Archivis Bruxell. depromtam exhibeam, adiectis eius Vindiciis; unde simul huius belli Historia et Comitis captivitas lucem lucrabitur. Vid. EXCVRSVS IX. *Vindiciae Chartae Brabantinae* A. 1200.

10)

rum 10). Comes Sutphaniae *Otto* a Duce 11) dolose [a] capitur, cum ad eum in pace descendisset, ducatu Regis *Ottonis* et Episcopi Coloniae *Adolfi* [b].

MCCIII.

g „ Sic sane MSS, nostri, sed lege f. *Duce de Love.* Nimirum a. 1203. tert. non. Nov." S. S. et ad C. M. Mox *Ducatu* Donza explicat per *data fide publica.* *Ducatum regentem Ottonis* B. qui *alloqui* pro *Adolfi.*
b Septem haec verba desunt Sw.

10) *Milibus Marcarum* „ Non praeteriri debet, quod DYNTER. *MS. Chronic.* affert, qua ratione pax inter *Holl. Comitem* et *Ducem Henricum* inita, Comesque vinculis solutus sit; videlicet, quod Comes duo millia marcharum argenti pro illato damno persolvit, cum quibus ipse *Dux* suum oppidulum *Buscoducense* instaurari fecit, in quo etiam oppida Brabantiae *Lovanium*, *Bruxella* et *Antwerpia* tres portas construi fecerunt". Habet haec J. GEVART. in *Adversar. MS.* l. l.

11) *Otto a Duce*] Nempe dum Traiectum obsidetur a parte Hollandorum et Gelrorum, *capitur ex insidiis Henrici Brabantiae Ducis* OTHO *Gelriae Comes, dum ad Imperatorem Othonem sub eiusdem salvo ut vocant conductu, iter instituisset*, PONTAN. *Histor. Gelr.* VI. p. 120. qui tamen ibid. plura; docens non convenire Historicos, sed videri sequendos esse Hollandos Annales. Interim lucem dabunt ipsa authentica Scripta, quae *ex Registris Brabantiae* evulgavit hac de re CHR. BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. Probb. p. 51. sqq. ubi inter alia p. 52. a. f. haec habentur: „ Sciant „ omnes, quod Comes [Gelriae] pro- „ misit, quod Comes Holl. nullum „ damnum ei [Duci] inferret. Verum „ quia hoc non bene observavit, et „ Comes Hollandiae et homines ipsius „ Comitis Gelriae oppidum Ducis Ty- „ le et Orten combusserunt, et homines „ suos captivaverunt, et cum Dux ad „ hoc vindicandum proficisceretur, et „ ammonitus a Duce ut ei assisteret, eum „ deseruit, et homines suos in auxilium „ Comitis Hollandiae transmisit — — LAMBERTVS PARV. hic admodum ieiunus est, ad a. 1201. p. 24. A. *Dux Brabantiae H. Hollandiam armata manu intravit, Comitem Hollandiae cepit, et eum Lovanium deduxit; cepit etiam Comitem de Gelre, hominem suum, cum venisset ad eum infra Lovanium; uterque obsides dedit.* Videntur excidisse voces Comes [Gelriae et] *Sutphaniae Otto*; nam *Otto* etiam Gelriae Comes fuit, ut est in Ma. margine. Pro *Duce dolose* habet S. S. „ Sic sane MSS. nostri, sed leg. f. *Duce de Love*".

12) *Obiit*] Obiit nempe d. 4. Nov. 1203. quod satis testatum. Vid. BEK. p. 63. LEO MONACH. Brevic. p. 155. Dubitanter tamen de obitus die WAGEN. *Vad. Hist.* II. p. 295. deceptus mendosa temporis nota in Charta Brabantina, quae a. 1200. data est. Vid. not. 9.). De huius obitu ex GODEFR. MONACH. p. 374. h. a. apud MATTH. *Theodericus Comes Hollandiae moritur, et traditur Comiti de Los provincia cum filia sua. Quod graviter ferens Wilhelmus frater eius, congregatis militibus eundem Comitem de Hollandia expulit, et filiam fratris abstulit.*

13) *Cuius mortem quis tumultus*] Vt recte cognoscatur horum tumultuum origo, primaria hic quaestio prius est decidenda, uter nempe *Wilhelmus* defuncti frater, an *Ada* defuncti filia succedere debuerit. Haec autem quaestio, tantopere agitata, non nostris ex moribus, neque ex *iure feudali hodierno*, nedum ex iure successionis in *bonis Alodialibus* est diiudicanda; uti hac-

MCCII. Obiit 12) *Theodericus* Comes Hollandiae undecimus, cuius mortem (quis tumultus 13), quantae dissensiones, quanta rerum dis-

ſ *Morte Ma. Sw. mortem quales B.*

hactenus a plerisque est factitatum. *Comitatus Hollandiae* fuit *feudum Imperii. hereditarium*, ut tunc temporis omnia feuda maiora erant. Vtrum vero *masculum* an *promiscuum*, hoc quaerendum. Ex quo enim hic *Comitatus hereditarius* evaserat, hacterius non nisi per *legitimam*, et iure Imperii consuetudinario receptam, *successionem* in *filios*, his autem deficientibus, in *fratrem* fuerat devolutus. Res patebit quam clarissime ex seq. stemmate:

THEODERICVS I. Comes Hollandiae I.

THEODERICVS II. Comes II.

ARNVLFVS, Comes III.

THEODERICVS III. Comes IV.

THEODERICVS IV. Comes V. Coelebs †. — FLORENTIVS I. Comes VI.

THEODERICVS V. Comes VII.

FLORENTIVS II. Comes VIII.

THEODERICVS VI. Comes IX.

FLORENTIVS III. Comes X. cui fratres OTTO *Comes de Bentheim*, et alii.

THEODERICVS VII. Comes XI. Maior natu, †. a. 1203. relictis post se, ob Comitatum litigaturis, fratre WILHELMO, et filia ADA. — WILHELMVS Orient. Frisiae Comes, defuncto *Fratri superstes*.

ADA, coniux data LVDOVICO Com. de Los, *patri superstes*.

Hic vides nullam adhuc aliam dari successionem quam in *filium* defuncti vel in *fratrem*, *Florentium* I. Novum igitur quid hoc tempore, nec antea in Hollandiae Comitatu auditum, accidit, ut nimirum superesset defuncti non *filius*, sed

discrimina totam *Hollandiam* 14) occupaverint, non facile poterit exprimi. Sed ne penitus tanquam enormia posterorum [k] noticiae subtrahantur, ratum duximus aliquanta stilo committere, quae memoria digna sunt, explanare, superflua resecantes fastidium lectoris removere, multa paucis includentes. Cum ergo praedictus Comes valida aegritudine grava-

k *Enormi a posterior.* C. M. Sw. *tam enormia posteriorum noticia subtrahatur* B. Mox *aliquanto* Sw. B.

sed *filia* et *frater*. Quaeritur nunc, uter horum succedere debeat? Si *feudum* foret *promiscuum*, i. e. aeque in *filias* ac *filios* derivabile, sine ulla haesitatione fuit ADA. Si *masculum*, procul omni dubio defuncti frater *Wilhelmus*. At res, inquam, fuit nova nec antea usitata! Recurrendum igitur est, ut tunc temporis omnino recursum est, ad *Consuetudines* vel *Communes Imperii observantias*. Quo si recurras, tunc nova oriebatur quaestio, num ipse quidem defuncti *frater* in feudis maioribus succederet, an vero Comitatus IMPERIO de iure VACARET? Hoc postremum tunc obtinuisse, ex sententia ipsorum hominum tunc viventium, docent verba ANONYM. *de Reb. Trai.* scriptoris coaevi, p. 12. *Episcopus — ad negotium* COMITATVS *Hollandiae, qui ibi tunc* VACAVIT, *quia Comes* FILIVM *non habuit, — convertit, et se ad nova lucra taliter accinxit. Mortuo Theoderico Com. Hollandiae* FILIA *sua, quam unicam habuit, nupsit Lodowico Comiti de Loon — a quo noster providus* (NB.) *Episcopus recepit duo millia marcarum, quod eum* COMITIA *Hollandiae de* IVRE IMPERIO VACANTE *infeodari procuraret, et ei insuper potens et manuale auxilium fideliter promisit contra* WILHELMVM COMITEM, *qui* NICHIL IVRIS *habens Comitatum sibi iam usurpare incepit, quia* FRATER *Comitis Theoderici extitit.* Quod si vero ne *Wilhelmus* quidem, ob vacantem *Imperio* Comitatum nihil iuris habebat, multo minus *Ada* ius habuit, nisi id ab Imp. ope pecuniae consequeretur, ut facile quivis animadvertit. Quibus adde, *Florentium* V. Comitem Hollandiae exeunte illo demum seculo ab Imperio obtinuisse, ut is *Comitatus* etiam in *filias* esset derivabilis, uti in *Cod. Probb.* ostendam ex Charta Originali a. 1282. d. 19. Iun. quae hactenus inedita et Nostratibus penitus incognita latuit. Vnde ab hoc tempore Feudum promiscuum factum est: qua tamen de re postea ingentes iterum per *Hoekios* et *Cabeliavios* ortae sunt contentiones, fortasse quia vel incognita tunc haec Florentii V. Charta fuerit, vel quia Nobiles diversis inter se partibus digladiantes hac constitutione stare recusarint. Verum quoniam quid iuris fuerit, satis explicavi in *Dissertat.* XII. *de Feudo Imper. et Alodiis Comitum*; nunc tantum quid facti fuerit, quibusque artibus res ab utraque parte gesta sit, videndum restat, quem in finem cf. EXCVRS. X. *de iure succedendi in Comitatum Hollandiae, post mortem Theoderici VII. Comitis.*

14) *Hollandiam*] Quo melius res gestas intelligamus, quatuor hic primaria capita accuratius sunt discutienda. 1. Quid ab ipso Theoderico VII. decumbente actum sit circa Comitatus administratio-

varetur in villa, quae *Dordrecht* ' dicitur, ac dubium non foret, ei de hac statione migrandum, fratris praesentiam debito germanitatis requisivit, ut vel eius curae filiam suam, *Adam* nomine, commendaret, aut de provisione *Comitatus* cum reliquis Principibus 15) secum ᵐ ageret; quod ne fieret, *Aleydis* Comi-

l Dordracum Sw. B. *Dardr.* Ma. Mox *ut dub.* Ma. Sw. B. m *Secum* abest Ma. Sw. *de reliquis* B.

strationem et bona. 2. Quas partes *Aleida*, Comitis Theoder. uxor cum filia Ada egerit. 3. Quid Nobiles Terrae sive Vasalli Maiores his in turbis fecerint. 4. Quid frater defuncti *Wilhelmus*? De quibus quia longior foret disceptatio, consule *Excursum X.* de *iure succedendi in Comitatum, mortuo Theoderico VII.* De singulis nonnulla in Notis sqq delibabo.

15) *Principibus*] Cave hoc nomen ita accipias, ut plerumque hodie Vernacule *Prinsen* vocantur, qui Principatum aliquem gerunt, vel hoc honoris nomine gaudent. *Principes* sunt viri *primarii.* Douza ad C. M. explicat *ordinibus*, Westphalen *de Ridderschap.* Quod si *Douza* per *ordines* intelligit tres illos Reipublicae status sive Ordines, *Ecclesiast.* puta, *Nobiles* et *Vrbes*, certe per prolepsin locutus est de re, quae postea demum invaluit. Si *Westphalen* per *Ridderschap* intellexit *Ordinem Equestrem*, qualis posthac obtinuit, ignoravit profecto, nondum h. t. peculiarem ex Equitibus sive Militibus Ordinem fuisse constitutum. Quid igitur? Per *Principes* intelligi debent primarii Nobiles, defuncti Comitis Vasalli, qui maiora in Comitatu Feuda, puta *Castellanatus*, *Praefecturas*, *Dynastias*, aliaque bona, Comitis nomine administrabant, quemadmodum ipse Comes Imperii nomine Comitatum gerebat; qui quum defuncto Comite in partes distraherentur, alii *Adae* cum Ludovico, alii *Wilhelmo* adhaerentes: hinc multa bona amittebant, vel maiori potestate et praerogativis mactabantur, prout victricem caussam vel secuti fuerant, vel caussa ceciderant. Saepius hoc *Principis* nomine usus est Noster. Sic infra *omnes fere* PRINCIPES TERRAE, quos vocat *Ottonem*, avunculum Comitis, *Rudgerum de Merem*, *Hugonem de Vorne*, *Philippum de Wasner et quosdam Ministeriales*, pag. 180. l. 1. Hinc ipse *Wilhelmus* frater Theoderici hoc loco adiungitur a fratre *reliquis principibus*, quia ratione Comitatus fratris erat Vasallus ac Ministerialis; sensu longe diverso ab eo, quo infra mortuo fratre dictus est *Princeps et Dominus.* Vocantur hi alio nomine p. 182. l. 4. *Priores terrae*. Etiam *Barones*, *Primates*, *Primores*, *Nobiles*, *Milites.* Sic *Phil. de Wasner*, et *Iohannes de Wasner*, *Symon de Harlem*, aliique audiunt p. 183. l. 12. *viri potentes et nobiles*. Sic *Wilhelmus consilio* PRINCIPVM *Zelandiae* advenisse dicitur in *Cron. de Holl.* apud MATTH. Anal. V. p. 534. Frequens in his est BEKA, (qui tamen quum serioris sit aetatis, frequenter rebus pristinis nomina seriora pro more sui aevi indidit) p. 39. a. 1027 — 1039. *Bernulphus Episc. cum Principibus Holl. pacem fecit.* p. 40. *Occiso Theod. Comite Barones sive Proceres [illegible] Florentium in Com. Holl.* p. 75. *Theod. VII.* (a. 1197.) *exercitum — de primatum suorum consilio subdivisit.* Sic *Primates*

initissae solertia diligenter intercepit, magis, ut post patuit, intendens, suae dispositioni omnia * subigi, quae iam animo conceperat, filiam Comiti *de Loen* 16) despondere, et sic Hollanden-

* *Pat. suae* —— *eas omnia* C. M. — *eni* B. *Intendens* et *omnia* des. Sw. B. Leg. *subici*. Mox *de Lone* Ms. *Dispenere* B.

ses Holland. JO. A LEID. *Ann.* XX, 2. *Maiores Principes*, *terrae Principes* WILH. PROC. p. 540. et 542. *Proceres Hollandiae* AVCT. Bell. Camp. Immo inter hos illo adhuc aevo erant *Immediati* quos vocant *Imperii Nobiles*, quales fuerunt *Brederodii*, aliique; quibus cum *Florentio V.* Com. Holl. ingens hac de re controversia exstitit, de qua alibi. *Principis* tamen nomen latius sese extendebat, et anterioribus temporibus per id indicabantur eximie subiecti Imperio Duces, Comites, etc.; unde vulgo IMPERII PRINCIPES audiunt. *Principum* appellationem competiisse *Comitibus*, docuit JVNG. *Com. Benth. Hist.* p. 172. not. *y*). Observavit etiam V. Ill. G. G. LEIBNIT. in *Vita Mathildis* T. I. S. R. Brunsv. p. 633. not. b.) seculo XI. *et multo adhuc post* Comites *sub* hoc *nomine fuisse comprehensos*. Quare Reges in Chartis postea dicebantur rem statuisse *cum consilio Principum*; unde tamquam axioma posuit MABILLON. *Rei Dipl.* II. C. I. p 218. loquendi modum *cum consilio Principum* inusitatum fuisse ante seculum X., quo Imperatores *Principes* sive Imperii *Nobiles* appellabant. Ex his autem LVDEWIG *singul. Iur. Germ.* Praef. p. 104. 8. concludit tamquam rem indubitatam omnibus: „ quod „ *Diplomata* quae mentionem ante extin„ ctam Carolingam Stirpem faciant vel „ *Principum* vel formulae; *nostro* et *imperii* aut *imperii Principum consensu*, esse „ spuria ". Quam formulam, uti et alia huiusmodi, imitati postea sunt Comites nostri. Nunc tantum vide Chartam Florentii III. a. 1174. in *Ann. Egm.* C. XXVI. *Flor. Com. Holl.* — CONSILIO PRINCIPVM *et Nobilium suorum et coram magna frequentia hominum promulgavit*. Atqui *Comites* nostros uti et *Episcopos Traiectenses* ipsos *Imperii Principes* fuisse dictos, per singulos nominatim alibi ostendam in *Dissertat. Histor. Polit.* No. X. Nunc tantum de Episcopis vide Vir. Nob. IZ. VAN DER LOES Dissert. Iur. publ. de *Vinculo quod olim inter Dioecesin Traiect. et Imper. Rom. German. intercessit*, a. 1775. p. 38. sqq. De Comitibus te cantur tot Chartae, quas alibi producam. Et hinc factum videtur, quod *Princeps* et *Principatus* vox saepius in Nostro pro *Comite* sit adhibita. Sic p. 184. l. 1. et 12. *Novi Principis* [Ludovici Losf.] *iam poenitebat*. p. 185. *laetabantur se Dominum et Principem recepisse* [Wilhelmum Com.], et post paullo: *Principatum Lothewici abrogantes*; deinde dicitur *Wilhelmus in principem et Dominum confirmatus*. Ludovico autem *in adiutorium* concurrisse narrat Noster p. 192. *summos Principes*, qui erant *Episcopus Leod.*, *Dux de Limburg*, *Comes de Flandria*, etc.

16) *Comiti de Loen*] Sic antique scribebatur, pronunciabatur vero apud Flandros *de Loon*, usitatius tamen Gallis *Los sive Comes Losensis*. Comites *Losenses* fuere antiquissimi et olim admodum celebres. Vid. de illis BVCHEL. ad HED. p. 190. (a). MIERIS ad CLERIC. *Anonym.* p. 90. *Ludovici*, de quo hic sermo, parentes erant *Gerardus Comes Losensis* et *Maria* filia *Henrici* III. Comitis Gelriae. Fuerat hic Comitatus *Feudum* Episcopi Leodiensis, unde non mirum, quod *Hugo* Episcopus Leodiensis auxilium *Ludovico* tulit Hollandiam affectanti; quippe qui paullo ante, nimirum a. 1202. turbis inter Henricum Duc. Brab. et Ludovicum Losf. coortis solemniter omnia bona sua resignavit, et ad


S.

densem Comitatum sub eius dominatu transponere *. Et ut eius intentioni nil subduceretur, suae voluntatis fautores sibi conquisivit omnes fere Principes terrae; praecipue *Ottonem* avunculum 17)

* Desunt octo priora verba Ms.

S. Lambertum tradidit, ab Episcopo Leod. in feudum masculum tenenda, ut is auxilio illi adversus Brabantiae Ducem adesset, ut docent *not.* ad JOAN. HOCSEM *Can. Leod.* in *Adolpho a Marcka* T. II. p. 437. Quantis autem hoc anno turbis Ludovicus cum Duce Brabantiae implicitus fuerit, fuse narrat LAMBERTI PARVI Continuator REINERVS LEOD. in MARTENE *Ampliss. Coll.* T. V. p. 25. ad a. 1203. Huius Comitatus ultimus fuit Comes *Ludovicus de Los*, qui sine liberis quum a. 1336. obiisset, hinc ille *Comitatus* ad Episcopos Leodienses rediit, qui deinde sese *Comites Lossenses* scriptitarunt. V. JOAN. HOCSEM. l. l. T. II. C. XXII. Ed. CHAPEAVILL. p. 420. sqq. Plura vid. in JO. MANTEL. *Histor. Lossens.* ex edit. V. D. LAVR. ROBYNS *Leod.* 1717. 4°. Comitum Lossensium Genealogiam breviter delineatam si quis videre cupiat, adeat A. MIRAEVM *Not. Eccl. Belg.* T. I. Opp. Dipl. p. 701. et VAN LOON *Aloud. Hist. van Holl.* T. II. p. 276. Nec adeo incognita his in terris fuit *Lossensium* familia; quippe cognatione ab *avo materno* deducta, etiam nostris iuncta Comitibus, ipsique *Theoderico* VII. et eius filiae *Adae*, unde per nuptias *Wilhelmus* et *Ludovicus* erant affines. Qua de re vid. *Dissert. Critico - Geneal.* No II. Nunc modo cf. Dissert. Inaug. JZ. VAN DER DOES de *Vinculo quod olim inter Dioecesin Traiect. et Imperium Rom.-Germanicum intercessit*, Trai. p. 87. ubi docemur, Ludovicum materna patris origine fuisse ex Comitibus Renecciis, illustris in Archiepiscopatu Moguntino generis, quod Principibus Belgicis etiam ante cognatum fuerat, ac, per SOPHIAM Benthemiensem, de qua ad p. 125., ortum dederat. Paternam vero Lossensium Comitum stirpem a Caroli magni temporibus, et praesertim ab Ogerio Dano, qui primus fuerit Lossensium Comes, esse repetendam, monet PONTAN. *Hist. Gelr.* L. VI. p. 124. Eadem antea quoque, per feminas, cum Gelris, Arkellis, atque Renessiis coniuncta fuit, ut apparet ex eius Genealogia, quae est apud VAN LOON loco supra laudato. Haec pluribus ille l. l. De laude Ludovici V. not. 45.).

17) *Ottonem avunculum*] Intellige *Ottonem* II. Comitem Gelriae, avunculum Comitis *de Loon*, et idcirco huic primo faventem. Eius enim soror *Maria* fuit mater *Ludovici de Los*, ipse vero *Otto* socer *Wilhelmi* Adae patrui: ut hoc stemma docet:



eiusdem Comitis, *Rudgerum de Merem* 18) [q], *Hugonem de Vorne* 19) [r] et ceteros, quorum nomina scribere supersedemus, excepto *Philippo de Wasner* et quibusdam Ministerialibus. Et iam infelici seminario discordiae totum Corpus Hollandiae aspergebatur. Et

p *Comitem de Benthem* S. S. et Ma. marg. q S. S. *Al.* MS. *Merhem*, et in *Al.* Arem. " Douz. ad C. M. „*Al.* MSC. *Merhem.* f. pro *Merwede:* in alio tamen antiquiss. *arem* legitur". *Meren* C. M. r *Voorn* Ma. *Verete* cum C. M. B. *Supersedimus* C. M. *Et tam* B.

Postea vero quam fraudem Aleidis animadvertit Comes *Gelrensis*, neutri se parti addixit, ut infra Noster, et STOKIVS L. III. VS. 103. sq. Ratio fuit, quia erat *Socer* Wilhelmi, et *Avunculus* Ludovici, adeoque utrique affinitate iunctus. Cf. HVYDECOP. ad STOKE I. p. 571. Errant SCRIVER. ad *Marg. Cod.* et ipse STOKIVS L. II. VS. 1385. quando hunc *avunculum* per *Ottonem de Benthem* explicant, qui *patruus* erat *Wilhelmi* et *Theoderici* VII. non avunculus. Nihilominus tamen ab hoc assensu nuptiis *Adae* dato non penitus excludi debet *Otto de Benthem*, sed contra inter primarios annumerandus. Nam *Aleidis* in *Epistola* ad Regem Angliae, *Comes de Los filiam*, inquit, *meam* [Adan] — *in uxorem legitimam duxit*, *et accepit eam de manu* OTTONIS DE BENETHEYM, *qui fuit patruus Domini B. M.* Idem praeterea ipse *Comes Otho de Benethem hoc significavit Domino Regi Angliae*, per literas suas, quarum argumentum vulgavit ex *Actis Publicis Angliae* RYMER T. I. p. 144, 145. Vnde nullum hac de re in posterum dubium superesse poterit; nisi somniis V. D. ad STOKE I. p. 580. aures praebeatis, qui sine ulla probatione has *Aleidis* ad Regem Angliae literas vocat: *Valsch, ja belachlijk valsch is de Brief, die in de Acta van Rymer uitgebroeid is, in welken Vrouw Aleid zalve, in 't Jaar 1207. aan den Koning van Engeland, zoude geschreeven hebben, dat het huwelijk van haar Dochter Ada met den Graaf van Loon beslooten was op Raad en met toestemminge van veele Hollandsche Edelen en Dienstmannen*, cett. Quae dictatoria verba nihil ad rem faciunt, ut docebo EXCVRS. XI. Igitur etiam ii errant, qui *Ottonem* hunc Gelrensem, a. 1202. iam defunctum narrant. Cf. HVYD. ad STOK. p. 572. pr. ex BVCHEL.

18) *Rudgerum de Merem*] Leg. *Rudg. de Merhem*. Fuit hic vir Nobilis et *Vasallus*, immo ut recte docuit V. D. ad STOK. I. p. 579. ex intimis Consiliariis Comitis *Ludovici de Los*, qui ut talis, magis favit ALEIDI pro Domino suo Lossensi, quam *Wilhelmo*. Ita etiam vocatur infra. *Ada* — *ad urbis praesidium* — *una cum* RVDGERO DE MERHEM *et Ost de Barne et aliis quibusdam Militibus et armigeris et balistariis Comitis* LODEWICI *anxia fugit*. Occurrit hinc inter immediatos Imperii Vasallos in *Origg. Guelph.* T. III. Probatt. p. 755. in Charta Ottonis Regis a. 1198. cui subscribunt:

Tirricus Traiectensis Episcopus.

— — —

Baldewinus Comes Flandriae.
Tirricus Comes Hollandiae.
Henricus de Kuick.

— — — — —

RVTGERVS de MERHEIM.

Fuit etiam *homo* seu vasallus Comitatus Hollandiae, et hinc *Aleidi* Comitissae notus,

Et haec omnia agebantur, et ut *Aleidis* Comitissa voti sui ¹ prosperum successum haberet, et *Wilbelmus*, hereditarii fundi alienus, solo nativo ² pelleretur 20). Itaque cum iam praedictus Co-
Z 3 mes

¹ *Voti suae* Sw. B. Modo *ut et Aleid.* Ms. Sw. B. ² *Noxivis* C. M. *nativo* Sw.

tus. Nam 1º subscripsit testis in Charta III. Non. Nov. a. 1200. inter *Henricum* Duc. Brab. et *Theoder. Com.* Holl. et primo quidem loco in *Cod. Probb.* h. a.

Hii sunt Homines Comitis:
Rutgerus de Merhem.
Hugo de Verne.

Deinde in Charta fundationis Monasterii S. Petri in Stroberg, data ab *Theoderico et Vxore Aleidi*, a. 1203. MIERIS *Cod. Dipl.* T. I. p. 139.

Testes:
Comes Otto de Benthem et B. filius eius.
Hugo de Voerne,
Rutgerus de Merheym.

Subscripsit idem in Chartis *Henrici* Ducis Brabantiae et *Ottonis* Comitis Gelriae A. 1202. et 1203. in BVTKENS T. I. *Preuv.* p. 51. et 53. et MIRAEI *Notit. Eccl. Belg.* p. 507. Etiam in Consociatione *Ducis Brabantiae* cum *Ludovico Lossensi*, ubi inter Obsides *Ludovici* recensetur a. 1206. MIERIS l. l. p. 151.

Hi sunt obsides Comitis:
Rotgerus de Merehem,
Theodoricus de Altena.
Otto de Bornem.

Nec non ib. p. 152. in insigni illa Epistola *Aleidis* ad Regem Angliae a. 1207. ubi diserte inter *Nobiles homines Ministeriales de terra Holand*, *quorum consilia et assensu res* (matrimonium Adae) *facta est*, numeratur una cum *Hugone de Vern.* Quum igitur V. D. ad STOK. I. p. 579. ex eo, quod *de Merhem vasallus* fuit *Lossensis*, concludat, hunc non fuisse *Hominem feudalem Comitum Hollandiae*; suam in rebus mediae aetatis ignorantiam prodit. Cf. quae dixi ad Chartam d. 3. Nov. 1200. et EXCVRS. IX.

19) *Hugonem de Verne*] In Cod. MS. male *de Verete.* Legit tamen M. STOKE hoc loco, L. II. vs. 1387. *Oest de Borne*: quod a Nostro scriptum etiam censuissem, quoniam infra hi duo iterum iunguntur, nisi ex priore not. 18.) appareret, alibi iungi *Rutgerum de Merhem, et Hugonem de Verne*, sine mentione *Ottonis de Borne*: imprimis quum ex Epistola *Aleidae* ad a. 1207. pateat, nuptiis Adae adstitisse *Rutgerum de Merhem* et *Hugonem de Verne*.

20) *Solo nativo pelleretur*] Nota! locutionem scriptoris, *ut Wilbelmus bereditarii fundi alienus solo nativo pelleretur.* Hollandiane igitur fuit Wilhelmi *fundus hereditarius*? Respondeo: quatenus *Theoderico* et *Wilbelmo* idem Pater obtigit, Hollandia, id est, *bona illa alodialia*, quae Comitatui Hollandensi eiusque Feudo ita his iam temporibus immixta erant, ut invicem disiungi amplius non possent, fuit fundus *Florentii* patris hereditarius, et hinc *in liberos* derivabilis, ita ut Theodericus tamquam grandior natu *Hollandiam* cum innexis huic bonis obtineret, unde alodiorum in eo Comitatu iacentium pars *Wilbelmo* obtingere debuisset: at quatenus Comitatus regimen *a filiabus* administrari tunc non pot-

mes circa mortis confinia laboraret, quasi iam spiritum exalaturus secreta [u] legatione *Lodewicus Comes de Loen* invitatur [v], Comitatum *Hollandiae* suscepturus super sponsalibus filiae Comitis morituri, certius ipsi reseratis [w], et a Prioribus terrae dispositis et confirmatis. Qui tam insperatae legationi votivae [x] acquiescens venit, vicinam mortem Comitis Holtena praestolans [y]: cuius obitu nunciato festinato *Dordrecht* occurrit [z], et corpore Comitis locello ligneo iam incluso et in exequiis posito, nobilis puellae sponsalibus iocundatus est, et erat miserum videre nobilissimi Comitis reverentiam [a] tam subito disparuisse, ut pro fletu et planctu, qui tanti Principis exequiis debebatur, laetitia sponsalium sonuerit, et nihil huic simile vel inter viles personas uspiam factum vel compertum fuisse, meminerit nemo. Igitur corpus navi impositum, et Ekmundam delatum est iuxta praedecessores suos tumulandum, cui sepulturae funebria, quod sine admiratione

u *Consecreta* C. M. *confecta* Sw. *confecta* B. v *Initiatur* Sw. B. Abs. *Comes de Loen* Ma. w *Moritur tertius ipsi reseratus* Sw. *Interim* non male pro *tertius* B. *tercius* C. M. x *Insperate legatorum votis* Sw. *qui tamen inspirate legatorum votis* B. y *H. praestans* Sw. B. Ma. marg. *Altena*. Douz. C. M. „*Al.* „ MSC. Itin. optim. not. *Ostena*". JO. A LEID. XX, I. *Holthena Castra*. z „AL. *occurrit*". Ma. marg. a *Iuvenculam*, et mox: *prae fletu* — *sonuerat* Sw. B. Tum deest *uspiam*. *Pr inter viles* B.

poterat, hinc ille vel ad defuncti fratrem *Wilhelmum*, masculum heredem, transire debebat, datis *Adae* filiae bonis alodialibus nonnullis, sive, ut tunc vocabant, *dote*; vel ipsa *Ada* bona paterna omnia, ipsumque Comitatus regimen seu Administrationem Imperii nomine faciendam, obtinere utrumque debebat. Posterius deinde invaluit, ut novimus in *Maria Burgundica*; ac facta multo fuit facilius. Pro priore hoc adhuc tempore faciebant Imperii Consuetudines Feudales, atque ita rem decidit Noster, decidebant Nobiles, qui *ab muliere regi se nolle* dicebant; ac per hanc contentionem Comitis nostri Theoderici bona per pactum a. 1206. in *Cod. Probb.* (non diu tamen duraturum) in duas divisa fuerunt partes; accepit nempe sibi Ada *Hollandiam*; *Wilhelmus* vero, retenta *Frisia Orientali*, quae fratris etiam fuerat, insuper *Zeelandiam omnem* acquisivit. Quibus tamen hic non contentus *Adam cum Marito* e possessione eiecit, eosque apud Lossenses plorare iussit. Sed cf. not. 29.)

21) *Tumulum fratris*] Nempe ut ibi cum sorore fratris vidua et reliquis consanguineis diem *tricesimum* celebraret, qua de re vid. not. 33.)

22) *Vlteriorem ripam Fresiae*] Male et ex hypothesi hoc explicat V. D. ad STOK. L. III. vs. 7. T. H. p. 3. respectu *Hollandiae*, quasi non auderet *in citeriorem ripam*, adeoque in *Hollandiam* venire. Non hic enim opponuntur *Orientalis Fresia* et Hollandia, sed *Fresia* et *Egmunda* cum *Sipa*. Invaluit qui-

ne dici non potest, non de propria rerum substantia; quarum erat ditissimus, sed de rebus [b] Ecclesiae tam in Missarum oblatione, quam in elemosinarum distributione celebrata sunt. *Wilhelmus*, qui in *Orientali Fresia* morabatur [c], a fratre sibi concessa, obitu cognito festinanter ad locum currit [d], qui dicitur *Sipe*, et licentia non impetrata, ut vel ad tumulum fratris 21) accederet et rediret [e], in ulteriorem ripam *Fresiae* 22) tristis et dolens se recepit. Sed in hac angustia, quae [f] nimis eum invenerat, aliquantulum relevatus [g] est quorumdam Principum solatio, qui [h] ad eius compassionem totum animum inflexerant, vita et rebus se illi annectere, inter suos, tum parentum copiosa familia, tum rerum satis abundanti [i] affluentia, viri Potentes et Nobiles, quorum vel primi [k] *Philippus de Wasner*, *Iohannes de Rijswiic* [l] fuerunt, annitentibus in id ipsum *Symone de Harlem* (licet postmodum ad *Lodewicum* se contulit), *Wilhelmo de Teilinc*, *Waltero* Ekmundensi, *Alberto Baniard* 23) [m], *Iacobo* Castella-

b Addit Sw. *alienis*. B. *rebus egenis sine Eccl.* *c* Vox deest C. M. Sw. et B. *d Occurrit* Ma. Mox *lic. sub impetravit* Sw. *e Videret* B. *f Qui* Sw. *g Retardatus* Ma. Modo *invaderat* B. *Al.* MS. *invenit.* *h Quem* C. M. Mox *annectentes; suorum cum par.* B. *i Cum praesentum c. f., cum rebus abund.* Sw. *cum rebus satis habundantibus affluentes* B. *k Primus* Ma. *ut primi* B. *l Wassenaer — Ryswyck.* Sw. D. ait C. M. „ Sic (Joh. de *Riisw.*) et *Iun. MS.*„ at Snoius *Philippum vocat*, perperam". Ma. *Riswick*. At Noster recte *Riiswiic* duplici *i*. Quod vero prior Syllaba per *ij*, posterior per *ii* scribatur, nihili est. Vti enim pro duplici *ii* in Latt. Codd. saepe *ij*: ut, *imperij*, *obijt*, *obsequij* invenitur; sic in Belg. lingua (ex qua hoc nomen *Riiswiic* est) pro *ii* postea scriptum est *ij*: unde *wijn*, *zijn*, *spijs*, quae non aliter sonant ex linguae natura quam *wiin*, *ziin*, *spiis*: quae pronunciatio optime adhucdum viget in oris Zeelandiae. Sed pro quo *ii* vel *ij* magno sermonis detrimento a Librariis Belgicis ubique intruduntur *wyn*, *spys*, quae y literae forma antiquis Belgis nihil aliud est quam *i* simplex. Mox Sw. B. *fuerant*. *m Contulerat — Keylingh — Bernardi* Sw. B. *qui — teriis*. Non habet *de Leiden* Ma. sed in marg. *Bernardo* B.

quidem postea distinctio *inter Mosam et Sipam*, ad indicandos seriores Hollandiae fines, quatenus Hollandia *Kenemariam* et *Westfrisiam* tunc complectebatur; sed hoc factum, postquam Mare Austrinum ipsum flumen Flevum absorpsit; cuius *ripa ulterior* tunc discriminator erat *Oostfrisiae*, qui extimus erat limes ditionis *Wilhelmi*, ubi tutus foret. Male igitur ibidem carpitur optimus *Wagenarius*, qui recte dixit, *dat hy zig in de Zijpe niet veilig wagende, schielijk over de Zuiderzee te rug toog.*

23) *Alberto Baniard.*] Quis hic fuerit, an vero, quis non fuerit, ostendit V. D. ad STOK. T. II. p. 121, 122. Occurrit tamquam testis iam d. 28 Aug. 1162. in Charta Florentii III. Com. H. quam quia spuriam esse volebat V. D. l. l. T. I. p. 405 hinc in *Cod. Probb.* cum eius *Vindiciis* exhibebo. Porro in Charta Arbitrii Florentii Com. a. 1164. V. Non. Oct. in ALKM. BAM. p 33. Etiam in Charta Hedensaana Florentii III. d. 27. Febr. 1168. nec non in Chartis d. 3. Oct. 1174. et d. 3. Nov. 1200. quas

lano de *Leiden* 24), quos novi Principis iam poeniteret, nova iura, novas institutiones animo sibi [m] proponere, ab omni negocio seu consilio facile se removeri, alterius gentis quoscumque sibi praeponi 25), praesertim cum *Aleidis* Comitissae nutu, voluntate, dispositione [o] omnia agenda forent; animum femineum mobilem; illum nihil [p] omittere, quod ipsa vellet; non negligendum, quin sibi maturius consulerent. Igitur secreta legatione 26) *Wilhelmus* accitus intempestae noctis silentio ad *Philippum* 27) [q] venit, a quo votive susceptus est, sed adeo latenter ut etiam domesticos eius latuerit, et quia idem *Wilhelmus* tutum sibi non credidit, si publicis aspectibus se praesentaret; (adhuc enim novi Principis potestas et *Aleidis* timor universos occupaverat) cum duo-

m *Inst. omnia sibi* Sw. B. o *Vol. disponente* Ma. *nutu et vol. disponente* Sw. — *nens* B. p *iam nihil* Sw. *illum nec* Ma. Mox *mature* Sw. q S. S. et D. C. M. (de Wasner.) Mox Sw. *veniens*. *Tutus sibi* B.

quas quidem Chartas omnes quum Illustr. STOKII editor dictatorie satis pro spuriis reiiciat, eas propterea in *Cod. Probb.* adiiciam, earumque probitatem adstruam. Vixisse videtur ad a. 1223. nisi *Patrem* et *Filium* cognomines fuisse censeas. E Brederodiis fuisse, credere iubemur Sic ALKEMADE, sic CHRONIC. HOLL. BELG. Divis. XV. 8. Sic BOCKENBERG *Prisci Batav. Reg.* ed. 8o. 1589. p. 127. et *Histor. Breder.* p. 7. Ed. 1587. Sic alii. An ex legitima stirpe, dubitat P. VOET, qui *de Brederodiis* vernacule scripsit, p. 43. Cf. ad STOK. l. l. p. 121. Fuisse hunc *Albertum* Dominum S. Agathae Ecclesiae sive hodierni *Beverwici*, satis constat.

24) *Iacobo Castell. de Leiden*] Recte *de Leiden*, non vero *de Burgo* simpliciter. Cf. infra not. 37.) *Iacobum* hunc urbis Leidensis Praefectum cum fratre natu minore *Philippo* tamquam primo Wassenariae Domino agnoscit Historiographus celeb. P. C. BOCKENBERG. *Prisc. Batav. Reg.* p. 125. sq. et 133. Consule de Castellanis Leid. not. ad Chart. *Theoderici* V. a. 1083. in *Cod. Probb.*

25) *Alterius gentis — sibi praeponi*] Nondum scilicet usu et experientia, ut postea, didicerant Nobiles Hollandiae, fore ut per Matrimonia Comitatus ad alios *quoscumque alterius gentis* transiret; quippe qui hactenus nonnisi per masculos a patre in filium vel fratrem derivatus fuerat; nunquam vero per *filias* cum exteris iunctas. Quod prima demum vice locum habuit sub *Iohanne* II. Avesnio, cuius pater duxerat uxorem *Aleidin* sororem Com. Holl. Wilhelmi II. Immo hi Nobiles ne ipsam quidem Theoderici demortui Com. viduam *Tutricem* tolerare volebant.

26) *Secreta legatione*] i. e. nuncio secreto misso. Non credibile igitur ad eum perrexisse ipsos ante dictos Primates, ut innuit V D. ad STOKE II. p. 3. l. 11.

27) *Ad Philippum*] Nempe *de Wassenaar*, in ipsius *Castellum*, quod Wassenariae intra *Hagam* et *Leidam* situm erat. Huc venit noctu, et inde latenter cum duo-

duobus tantum r rei conſciis naviculam ingreſſus *Flardinc* venit; vili ſatis indumento omnium cognitioni ſe ſubtraxit, pileus quoque eius vultum obtexerat. Sed a *Selandenſibus* 28) s qui eo advecti adventum eius praeſtolabantur, gratanter recognitus s et officioſisſime receptus est. Confestim ad naves alacri feſtinatione cum ipſo regresſi celeri inpulſu remigum removerunt a littore puppim, et aliquantulum remoti in gaudium et exultationem altis clamoribus perſtrepentes, laetabantur ſe *Dominum* et *Principem* recepisſe, qui filius esſet *Florentii Comitis*, vicinus et dignus heres 29) t, principatum *Lothewici* 30) penitus abrogantes. Cum igitur ad proprium portum ſcil. *Sijricſe* u venisſent, et civium aſpectui *Wilhelmum* inſperate praeſentasſent, omnium

Aa tunc

r *Tamen* Ma. *d. t. vel tribus conſc.* Sw. B. Mox: *Haerdnick* Sw. s *Cognitus* Sw. *eis cognitus* B. Modo *pileo quo eius* B. Mox *egresſi* et *remorum* Sw. *pulſu remigii* B. t *Vnus ac dignos heres* Sw. *Vnicus et dignus heres* B. *Nativus et d. heres* Ma. u *Quericſee* Sw. fine *ſcil.* Mox *aſpectu* — *occurr.*

duobus *Nobilibus*, *navi*, adeoque, vel per Moſae Oſtium vel per aliquem meatum mediterraneum, *Flardingam* venit, unde ſtatim in *Zeelandiam* navigavit. Non igitur ex *Oostfriſia* in *Zeelandiam* recto curſu, ut volunt alii. Vidit id HUYD. ad STOK. T. II. p. 4. vs. 24. Duos hos *conſcios* STOKE L. III. vs. 27. vocat *twee cnapen*. i. e. *duos Armigeros* ſeu *Nobiles*, qui necdum *Milites* erant facti.

28) *Selandenſibus*] Per *Zeelandenſes* hic non alios intellige quam *Scaldenſes*, ſive *incolas terrae de Schaldis*, hodie inſulae *Schouwen* in Orientali Zeelandia. Parum autem abest quin credam hic a Nostro ſcriptum fuisſe *Schaldenſibus*; atque ita hoc loco legit etiam STOKE L. III. vs. 31. *de Scoudenaren*. Venerunt etiam hi ſtatim l. 12. *ad proprium portum ſcil. Sijricſe*.

29) *Vicinus et dignus heres*] Nota verba Scriptoris coaevi, ſimpliciter narrantis, et ipſas voces referentis. STOKE III. vs. 41. haec verba: *laetabantur ſe Dominum et Principem recepisſe, qui filius esſet Florentii Comitis, vicinus et dignus heres*, ita optime convertit:

Ende waren vro / dat ſi den Heere
Echte Oyr / hadden / ende gone /
De was 's Graven Florens zone.

Omnem autem lapidem movit Illustris Editor STOKII T. II. 124 — 127. ut hanc vocem *VICINUS — HERES* hinc vel eficiat vel obſcuret, multa verba disperdens, quae nihil ad rem faciunt, et rem mirum in modum obfuscant, omisſis etiam, quae dici debuisſent, et quae hoc loco ipſe addam, nempe Nostri verba p. 181. l. 21. adeo memorabilia!; *Aleidim* Comitisſam *haec omnia egisſe, et ut voti ſui proſperum ſuccesſum haberet, et WILHELMUS, HEREDITARII FUNDI ALIENUS, ſolo nativo pelleretur.* Hinc p. 194. dicit *tumultuatos esſe populos contra Wilhelmum, et fremuisſe ſe contra Comitatum Hollandenſem.* Immo

Lu-

tunc praesentium et postea accurrentium pari studio et eadem unanimitate in *Principem* et *Dominum* confirmatur. Mira utriusque sexus exultatio *, salutemque illi ex inimicis, pacem in longitudinem imprecantium. Cum haec apud Maritimam gentem ** 31) agerentur, *Walterus* et *Albertus* 32) summo studio *Ke-*

* *Exultatione* Sw. B. Mox *long. iterum* Ma. *Adalbertus* Sw. B. ** *Maritimas gentes* B. Mox *Ken-nedus* —— *thesaurarius* Sw. B.

Ludovicus *bostis* audit, quem Wilhelmus sperabat *paternis finibus depellere*. Voces igitur, *vicinus heres* non respiciunt, ut vult HVYDEC. ad *vicinitatem Ludovici*, sed ad *Adae*. Nobiles enim tunc fere omnes respiciebant ad *Masculam* successionem, femineam detrectantes, et propterea etiam *Lossensem* Comitem reiicientes. Quae etiam caussa est, cur ADA in *successione Comitatus* inter *Comites* non recenseatur; numeratur enim *Theodericus* Comes XI. *Wilhelmus* vero XII. Cf. *not.* 20.)

30) *Principatum Lothewici*] Nempe regnaturi sive principatum gesturi ex *Aleidis Comitissae nutu* sqq. supra p. 184. l. 4. Hoc ita exprimit STOKIVS L. III. vs. 21.

Vrouwe Aleiden noch den selven Here
Die swoeren si trouwe nemmermere.

Hinc non possum, quin iterum notem V. D. ad hunc STOKII locum p. 122 — 124. ubi satis contra omnem historiae veritatem primo vult, *Philippum de Wassenare* et reliquos *Adam* quidem voluisse agnoscere *Comitissam* et *legitimam Dominam*, sed tutelam patruo eius *Wilhelmo* committere, etsi Noster p. 180. l. 3. *Philippum de Wassenare* nominatim *excepit*: deinde dicit, „*dat de Edelen van rechts-wegen verplicht en schuldig waren dien Eed te doen aan Vrouwe Ada als Gravinne van geboorte*”. Ignoravit vir D. qui fuerit nexus temporis et indoles nostri Comitatus, quae non permisit, ut *Ada*, sed *frater* mortui Comitatum sortiretur, nisi id obtinere Ada a patruo eius haud ingratiis potuisset, uti id ipse *Adae* pater *Theodericus* videtur innuisse, certe sperasse. Quod autem idem Vir D. *Aleidae* nomen in STOKE l. l. in *Adam* mutatum vult, praeter rem est, et contra fidem Nostri p. 184. l. 1 — 9. qui de *Aleida* loquitur, non de *Ada*.

31) *Maritimam gentem*] Haec de *Zeelandis* hoc aevo sollemnis vox. Vid. p. 191. l. 3. *Comite in maritimis constituto*, id est, *in Zeelandia*; et ad a. 1205. *terra maritima Schalden*. Et sic de hac ipsa re GODEFRID. MONACH. ad a. 1204. p. 374. *Theodericus Episc. Traiectensis cum exercitu et pluribus Nobilibus Hollandiam intravit —— —— Wilhelmus de* MARITIMIS *partibus contracta multitudine —— plurimos eorum captivavit.* Sic a. 1160. p. 107. dicitur Comes sibi *adiunxisse populum maritimum*, quod recte illic Douza explicat per *Zeelandiae*. Nec mirum, quum *maritima terra* sit ipsa Latina explicatio vocis vernaculae *Zeeland*. *Mare* enim Belgis audit *Zee*; unde voce detorta huius incolae iam antiquitus, sicut et hodie, dicti sunt *Seeuwen*. De his *Zeelandis*, sive maritimae huius orae incolis intelligendus certissime est locus AVDOENI in Vita S. L. II. *Eligii*, C. 3. in L'D.ACHERY *Spicileg. Vett. Scriptt.* T. II. p. 91. b. ed. 1723. *Flandrenses* p.

Kenemar ad partes *Wilhelmi* continuerunt; quod *Walterus de Ruveh* *, qui forte *Ekmundam* venerat, ingrato oculo deprehendens (totus enim *Lodewico* favebat) *Walteri* conductu accepto *Harlem* festine se proripuit, ubi *Lodewicus* et *Aleydis*, triduo quam dies tricenarius 33) defuncti Comitis occurreret, venerant;

quid

* *Rimen* Sw. *Raven* Ms. Recte *Ruven* C. M. B. Mox *ingrato oculo* Sw. B.

atque Andoverpensis, *Frisiones quoque et* SVEVI, *et barbari quique circa maris littora degentes*, *quos*, *velut in extremis remotos*, *nullus adhuc praedicationis vomer impresserat*, *primo eum hostili animo et aversa mente exceperunt*. Et Cap. 8. p. 93. a. *Multum praeterea in Flandris laboravit*, *iugi instantia Andowerpis pugnavit*, *multosque erroneos* SVEVOS *convertit*. S. Eligium Zeelandorum insulas Euangelii luce collustrasse, nota res est. Mecum facit, praeter OL. VRED. *Prodr.* II. p. 28. et Auctorem BATAV. SACRAE p. 23. etiam MATTH. *de Nobil.* II. C. 5. p. 181. et Vir. Conf. 1. P. VAN DE SPIEGEL *Oorsprong der Vaderlandsche Rechten* p. 14. Sic equidem malim, quam hoc nomen cum WAGEN. *Vad. Hist.* I. p. 273. et VAN LOON *Aloude Histor.* T. I. p. 275. derivare a *Suevis* Teutonicis.

32) *Walterus et Albertus*] i. e. *Walterus* Dom. de Egmond; et *Albertus Banjaard*, quem posteriorem STOK. III. vs. 83. male vocat *Alard.*

33) *Tricenarius*] Egregie hunc locum si quem alium illustravit Ill. Editor M. STOKII V. D. HVYDECOPER ad L. III. vs. 56. T. II. p. 127 — 131. ubi docuit, *tricesimo post obitum die*, vel etiam post *depositionem* sive sepulturam, Missas sollemnes ad sepulcrum defuncti ab propinquis et heredibus de more factas esse; etiam die VII. et *anniversario*. Ad hanc igitur sollemnitatem non omittendam accelerabant urgente hieme *Aleidis*, et *Lodewicus*, non vero *Ada*. Eodem venire volebat *Wilhelmus*, sed, ut Noster p. 189. loquitur, *licentiam non impetravit*, *ut vel ad tumulum fratris accederet et rediret*. Vtrum vero hîc sermo sit; de 30. die post *obitum* an post *depositionem*, ambiguum. Pro posteriori stat *Huydec.* l. l. Equidem malim *post obitum*. Illud enim antiquissimo hoc tempore de more fuisse, docent verba P. F. CHIFFLETII *de annis Dagob.* c. 4. ibi citata: *Cum tamen* — *affirmet se mira odoris suavitate perfusum fuisse in* OBITV *piae virginis G. ac* TRIGESIMO *post die*, *cum* EX MORE *de illa fieret* COMMEMORATIO, *pari suaveolentia fuisse recreatum*. Praesertim vero quia haec sollemnia in Eccles. Traiectinae Dioecesi ita tunc fuere usitata. Vid. *Statuta Theoderici Episcopi*, qui sub Theod. VII. et hoc tempore vixit, in Not. MATTH. ad ANON. *de Reb. Trai.* p. 161. *Mortuo Praelato vel Canonico in nocte sive in die*, *significetur Campanariis omnium Ecclesiarum*, *ut audito signo Ecclesiae*, *in qua mortuus est*, *compulsatio fiat in omnibus Ecclesiis*. *Idem fiat cum effertur vel sepelitur*. HOC ETIAM FIAT IN SEPTIMO, *in* TRICESIMO, *et in anniversario primo*. — — *Quilibet Canonicus infra tricesimum legat* — *psalterium pro anima defuncti*; *et* COLLATIO *in Missa defunctorum* — *dicatur per* TRICESIMVM *in quolibet Ecclesia*. *Omnes* CONVENIANT *ad septimum*, TRICESIMVM, *et anniversarium primum*. Vbi *hi dies* distinguuntur ab *sepulturae* die, et computantur a die obitus. Vocabatur haec *Memoria*, cuius alterum

exem

quid praeſenſerit, ſeriatim retulit, et ut fugae praeſidio ſaluti ſuae conſulant, conſtanter ammonuit. Tam gravi nuncio conſternati feſtino navigio cum *Ghiſelberto de Aemestel* 34) receſſerunt. Quorum fuga, ſi beneficium noctis non interceſſiſſet, a pagis circumiacentibus *Okkesdorp* et *Alsmar* 35) [z] proculdubio in-

[y] Vitioſe multa Sw. *quia dies tricenarii* B. [z] *Ollesdorp et Alcmaria* Sw. B. „Al. MS. *Alsmar*, et recte; hodie *Aelsmeer*". S. S. et D. ad C. M. *Alcmar* male C. M. *Interceſſiſſet* B.

exemplum aliud agendo exhibetur in *Aanhangſel op de Kerkelyke Oudheden* p. 583. Praeterea dicitur *Aleidis* veniſſe *triduo* ante hunc *tricenarium*; atqui obiit *Comes* d. 4. Novembr. Si igitur Aleidis d. 1. *Decembr.* vel 30. Nov. *Harlemum* venit, unde cum *Loiſſenſi* improviſo Traiectum aufugit, *Ada* in urbe Leidenſi relicta: optime hoc coincidit cum Epiſtola *Aleidae* ad Regem Angliae ſcripta, modo pro 18. emendemus 28. dies, vel dicamus eum ſerius cum coniuge conſuevisse: *Maieſtati ſit notum Regiae, quod Comes de Los filiam meam — in uxorem legitimam duxit, —— et, ut verum fatear, cum eo fuit in thoro legitimo* 18. [l. 28.] *diebus tantum.* Nempe a die obitus Comitis vel poſtridie 4. Nov. ad 1. Decembr. a. 1203. *Ada* enim captiva ſtatim in *Texaliam*, et inde *in Angliam* transportata est.

34) *Cum Ghiſelberto de Aemeſtel*] Vnde tam propere *Giſelbertus de Aemſtel*? et quare *Traiectum* fugam capesſunt? Res aperta est. Erat *Giſelbertus de Aemſtel* homo ſeu *Vaſallus* Epiſcopi Traiectenſis, qui *Aleidae* favebat.

35) *Okkesdorp et Alsmar*] Hodie *Osdorp* et *Aalsmeer*, pro quo Noſter C. M. perperam *Alcmar*. Cf. V. D. HVYD. ad STOKE I. p. 351.

36) *Filia*] Nempe *Ada*! Hinc apparet, *Adam* non ſimul cum Matre Harlemi fuiſſe; quippe quae alioqui cum *Aleida* et coniuge *Ludovico* Traiectum ſe proripuiſſet. Vocatur hinc *materna deſtituta ſolatio* i. e. auxilio, vel quia haec cum reliquis Ludovici Nobilibus in itinere erat, pone ſecutura, vel quia manſit in Rhenolandia, ſeu urbe *Lugduni*, unde Kinemariorum proditione audita prae metu anxia in *Caſtrum ſive Burgum Leidenſe* propere confugit. Errat igitur STOKE L. III. vs. 53. Hoc factum autem *menſe Decembri* a. 1203. et ab eo tempore *Ada* maritum praeſentem in Hollandia non amplius adſpexit, unde recte *Aleida* mater queritur in Literis ad *Regem Angliae*, quod illa cum Ludovico Loſſenſi *fuit in thoro legitimo* 18. [28.] *diebus tantum.* Cf. EXCVRS. XI. *Vindiciae Historiae Adae et Ludovici Loſſ.*

37) *Vrbis praeſidium*] Quod hic *praeſidium in Leidis*, paullo post vocatur *Munitio*. Intellige cum MA. marg. DOVZ. SCRIVER. et reliquis *Caſtrum* illud, quod vulgo *Burgum*, *de Burg van Leiden* vocatur, et urbis erat praeſidium, cuius Caſtellani fuere Domini Waſſenarii. *Vrbes* noſtrae ex eiusmodi Caſtris ſive Praeſidiis potiſſimum creverunt. Nec tanti h. t. momenti urbs ipſa fuit, quin facile defendi *Caſtello* potuerit. Erat autem Alodium Comitis, an dicam, nunc *Adae* Com. filiae; quod probatur ex Pacto Ludovici et Adae cum Duce Brabantiae inito a. 1204. apud MIERIS T. I. p. 145. et in *Cod. Prehb.* Habebant autem Caſtellani, qui huic praeerant, i. e. Domini de Waſſenaar, hoc Caſtellum in Feu-

intercepta fuisset. Sed elapsi *Traiectum* venerunt fugae suae testimonium ipsimet [a] circumferentes. Filia vero 36) *Aleydis* Comitissae materno destituta solatio ad urbis praesidium 37), quod est in Leydis [b], una cum *Rudgero de Merbem* et *Ost de Burne* [c] 38) et aliis quibusdam Militibus et Armigeris et balistariis

Aa 3 Co-

a Protinus Ma. *certissimum* Sw. „*Vivum testimonium* vocat Auctor ad a. 1183". S. S. *b Aleydis* C. M. *Leydis* Sw. B. *Burgum* intelligit Marg. Ma. et Douza. *c Rost de Buren* Sw. *Rost de Burne* B. „MS. in fol. *una cum Rutg. de Merbem et Ost de Burn*. [Sic Ma.]. Supra hi MS. inversa orthogr., *Rogier van Matbem*, item *Oost van Borne* Rhythmogr., *Otte de Bueren* est in Beka et Snoio. Snoius *Marbem Dom. de Oost vocat* Marg. C. M. Sed Douza ad C. M. haec: „*de Beros*, cuius praefectura penes Wassenarios iam inde ab antiquo. *Rogier van Matbem*, item *Oost van Borne* est in MS. hun". „Lege *Rutg. de Mearbem et Hugone de Borne*". Scriv. Sed vid. Not.

Feudum a Comitibus Hollandiae. Hoc autem Feudum cum nonnullis tantummodo ad *Castellum* solum restringere sine ulla in urbem iurisdictione, perinde foret, ac si clavum navis, quem regat nauclerus, ponas absque ipsa nave. Postmodum vero, labente tempore ortisque turbis, Castellanorum potestas in urbem, cui ope Castelli praesidebant, pedetentim ita eviluit, ut quae reliqua erant dominationis vestigia, per emtionem transierint in ipsos Urbis Leidensis Moderatores. Qua de re egregie scriptor Noster FR. VAN MIERIS, BESCHRIJV. VAN LEIDEN T. II p. 306. ubi plura de hoc Castello. Quod vero nunc conspicitur Castellum, non esse illud, quod olim ferebatur, et quo se contulit *Ada*, satis idem probavit p. 391.

38) *Ost de Burne*] Varie hoc nomen scribitur, et praenomen quidem exaratum invenitur *Oest*, *Ost*, *Osto*, *Oston*, *Oste*, *Os*, *Otto*, in Brabantia frequens. Gentilicium vero nomen *Burne* vel *Borne*, *Buren*, *Buyren*, scriptum invenitur. Ex literarum vero B. et V. congruentia hinc saepe *Borne* et *Vorne* confusum, id est Dominus *Ost de Borne*, confusus est cum Domino *Hugone de Vorne* qui tamen *Hollandus*, contra *de Borne* extraneus Princeps, etsi Vasallus Comitum Hollandiae, nec non *Ludovici Lossensis*. Situm erat *Dominium Burnense* in ditione *Iuliacensi*, quod postea docente V. D. ad STOK. L. I. p. 577 — 579. possedit Dom. *Iohannes van der Lekke et Breda*, cuius vidua *Odilia* Salmensis anno 1402. hoc vendidit Duci Gelriae. Hic *Otto de Borne* adhuc superstes occurrit testis in Charta *Arnoldi Lossensis* a. 1218. in MIRAEI *Supplem.* T. II. p. 846. ubi tamen *Otto de Borne*. Eius filius *Remerius* occurrit in literis *Ludovici Losensis* a. 1207. ad Regem Angliae, in MIERIS *Cod. Dipl.* T. I. p. 153. Habuit uxorem *Petronellam*, quacum Alodium suum apud *Opboven* dedit ad fundationem in *Mariae-opboven* prope *fluentum Rurae* intra a. 1191 — 1196. quam donationem a. 1223. *Ostonis* frater *Arnoldus* tunc Praepositus S. Gereonis in Colonia confirmavit Charta, quae exstat in J. KNIPPENBERGH *Hist. Eccl. Gelriae* p. 73. Acceperat *Goswinus de Borne* ditionem Bornensem a. 1233. in feudum ab *Othone* Com. Gelr. ea lege, ut Goswinus cum omnibus suis heredibus perpetuo Comiti adesset adversus omnes, excepto Comite *Losensi*. V. PONTAN. *Hist. Gelr.* p. 136. l. 44. unde simul patet, hunc *Goswinum* etiam tunc fuisse Vasallum Losensem; quemadmodum hic *Ost de Borne*. *Stokeanus* autem editor, loco supra excitato, probare annitens, hunc *Ostonem* non fuisse

Comitis *Lodewici* anxia fugit [d]: sed velociter tota *Kinemaria* ad eandem Munitionem affuit Ducatu Walteri et Alberti. Nec minus segnis [e] *Philippus* 39). *Ioannem* [f] mors praeripuerat. Omnes etiam pagi circumiacentes Reno pari conspiratione 40) venerunt. Quid ergo manus paucorum [g] contra tantos ageret? nam et victualium in brevi defectus audaciam resistendi minuerat. Transierunt ergo in potestatem obsidentium obsessi vita cum salute membrorum inpetrata, omnes tamen [h] armis et spoliis ceteris exuti. *Rotgerus* et *Ost* in vinculis coniecti [i]. Quis hoc nisi vidisset 41) crederet? Sic vario statu humanos fortuna casus! [k] Alii incarcerati usque adventum *Wilhelmi*; filia vero Comi-

d Confugit Sw. qui mox *ductu. Ducatum* B. *e Segnis* C. M. *Segnius* Sw. „f. *Phil. nam Ioh.* D: pro *Segnis* B. *Segnus* *f* „Credo *Iohan. de Rijswijk* significari". D. C. M. *Enim* Sw. pro *etiam*. *g Manus pauca* Ma. *numerus paucorum*. Sw. B. Mox *ageretur*. C. M. *h Omnes cum*. Sw. B. *Omn. tamen* Ma. *i Rot. est in v. coniectus*. Sw. B. Mox *nisi qui vid*. Ma. Sw. B. *k* Addit *eludit*. Ma. *regit*. Sw.

se *Nobilem Hollandum*, sed *Hominem Ludovici Loss.* multa agendo nihil agit; nam etsi hic non fuit *Hollandus*, fuit tamen *homo* seu *vasallus* Comitis Hollandiae. Multoque minus ibidem valet eius argumentatio, quasi propterea falsae et suppositiciae essent omnes illae Chartae, ubi *Ost de Borne* inter Nobiles Hollandiae *testis* subscripsit. Cuiusmodi multa nollem Viro D. excidissent. Ignoravit hunc *Ost de Borne* praeter alios etiam BVCHEL ad W. HEDAM p. 190. (d. 2.) et ad BEKAM p. 66. (h). *Rotgerus* (*de Merhem*) et *Ost de Borne* sequente mense *Decembr.* Leidae a Wilhelmi fautoribus capti sunt p. 190. Saepius hoc praenomen *Ost* in scriptis huius aevi offendi. Nunc tantum vide *Osto de Erpe* in Charta hactenus inedita a. 1181. in *Cod. Probb.*, cui ob simile argumentum alteram adiungo a. 1180. d....

39) *Philippus*] Nempe *de Wassenaar. Iohannes* vero, intra hos dies morte praereptus, fuit *Iohannes de Rijswijc.* Vox *segnis* videtur in mendo cubare. Procul dubio *Ludovicus Loss.*, qui Hollandiae Comitatum sibi vindicabat, Philippi de Wassenaar bona publicavit, siquidem hic *Wilhelmi* partes sequeretur, una cum fratre *Iacobo* Castellano Leidensi. Vnde etiam ad obsidionem Vrbis *Philippus* confestim advolat, fratris Feudo opem laturus.

40) *Conspiratione*] Conspirarunt igitur, simulatque res ab *Aleidi* gesta cognoscebatur, contra *Aleidim* et *Ludovicum* pro *Wilhelmo*, cum *Zeelandenses*, tum *Kinemarii*, porro omnis *Rhenolandia*.

41) *Nisi vidisset*] Nota testem rei gestae oculatum!

42) *Wilhelmo Cognato*] DOVZA ad Cod. MS. *Wilhelmum de Teilinc* designari putat. Ita etiam inseruit W. PROCVRATOR, apud MATTH. p. 489. et consentit WAGEN. *Vad. Hist.* II. p. 305.

43) *Liberaliter —— habita*] Captiva *Ada* ab Wilhelmo paullo post urgente hieme, mense Dec. vel Ian. ex Zeelandia re-

mitisset; *Wilhelmo* cognato 42) suo tradita, liberaliter ab eo est habita 43), in omni quo poterat et debuit honore vel obsequio. Et haec omnia facta sunt *Wilhelmo* Comite in Maritimis adhuc constituto, qui rebus suis circumspecte dispositis *Hollandiam* rediit [l] summo gaudio omnium, deinde Ekmundam veniens, ubi a *Kenemarensibus* quam [m] solemni laetitia receptus sit cum uxore sua [n], *Aleydis* 44) et ipsa nomine, difficile credet [o], nisi qui interfuit. De his satis dictum sit. Nunc ad congressiones [p] inter ipsum et *Lodewicum* articulum transponamus, summa breviter colligentes.

Anno igitur Domini Mº. CCIIII. *Lodewicus* suae non immemor iniuriae totus ad vindictam toto animo surrexit, cognatos, amicos, quorum erat numerosus [q], appellare, multam so-

[l] *Constituta.* abest: Ma. *Dispositis.* C. M. *in Holl.* Sw. [m] *Quoque — fuit.* Sw. B. [n] *Cum matre „ et sorore sua* Ma. „MSc. Harlem; *cum sorore* habet, cui supralscriptum *cum matre et sorore*; male, uti ego „ existimo et praeter fidem historiae". Sic Douza ad C. M. *Aleyde.* Sw. B. [o] *Ipsi nemo diffinire crederet* Sw. B. Non habent: *de his s. d. s.* [p] — *Omnem.* Ma. Mox *summam.* Ma. Sw. B. *Colligamus.* Sw. B. Mox *Comes Ludov.* Ma. [q] *Quorum non erat numerus.* Sw. B. abest *polliceri.*

reduce maioris securitatis caussa in *Frisiam*, et nominatim in *Texalam* insulam amandata est. Hoc narrat CLERICVS *Anonym.* pag. 93. confirmaturque ab ALEIDI Comitissa in literis anni 1207. MIER. *Cod. Dipl.* T. I. p. 152. *Expulso Comite* (Lossensi) *et me — filia mea ad partes vestras — transmissa dinoscitur, quia captivitas eius* IN FRISIA *intolerabilis ei fuit.* Hoc totidem verbis etiam testatur ANON. *de Reb. Tra.* p. 13. *neptem suam, iam uxorem Comitis, cepit, et* TEXELE *misit ad Frisones in custodia decenter servandam.* Add. AVCT. BELL. CAMPESTR. p. 216. Vnde simul patet, non diu illic haesisse, sed in *Angliam* ad Regem *transmissam* esse, ubi a. 1207. adhuc haerebat. Quod confirmatur *Diplomate* Papae *Honorii* in MATTH. *Anal. Med. Aevi* T. III. p. 125. Videtur tamen circa a. 1207. vel sq. a Ludovico Com. Lossensi ex Anglia redux in Comitatum Loss. abiisse. De re ipsa gravissimus est Auctor REINERVS *Lamberti Parvi Chronic.* Continuator coaevus, in MARTENE *Amplis. Coll.* T. V. pag. 32. qui ad a. 1207. sic: LVDOVICVS *Comes de Los* ANGLIAM *ingreditur, Regem pro* VXORE *sua, quae ibi captiva tenebatur, alloquitur, tandem Homo suus factus, et datis obsidibus pro hominio conservando uxorem suam* REDVXIT, *quae per* QVINQVE *annos captiva a Guilhelmo avunculo suo detenta fuit.* Hoc *quinque* annos minus plenos si ordiaris a primo Decemb. a. 1203. devenies usque in annum 1208. vel ad finem anni 1207. sed plura de hac Adae captivitate in *Excursu* XI. quae *Vindicias Historiae Adae* complectitur.

44) *Vxore sua Aleidis*] Nempe erat haec *Aleydis* Gelrica, filia Comitis Gelriae Henrici. Quod addit *Procurator* p. 489. *cum Matre et Sorore sua Aleydis*, vitiosum est, *Adam matrem* filio *Wilhelmo*, non vero *Nepti Adae* fuisse, statim docebo not.

45)

solidorum conventionem polliceri, ea; quae ad manum [r] habebat, large expendere 45), non differt; dum inmensum valido et magno exercitu in brevi adauctus est, concurrentibus in adiutorum 46) eius summis Principibus, Episcopo videlicet

[r] *Ea quae manum.* C. M. Sw, *q. ad manus* Sw. *Non differt.* abest Ma. *dum valido.* Sw. *Dum* i. e. *donec tandem* B. C. M. *in brevi adauctus* fine *est* B. Sw.

45) *Expendere*] Gravis Auctor est ANONYM. de *Reb. Trai.* p. 12. qui *Losfensem vocat virum nobilem et valde strenuum, largum, mitem et bonum, a quo noster providus Episcopus recepit duo millia marcarum, quod eum Comitia Hollandiae de iure Imperio vacante infeodari procuraret, et ei insuper potens et manuale auxilium fideliter promisit contra Wilhelmum Comitem.* Nec laudatur modo ab Traiectinis; sed etiam ab aliis. LAMBERTI PARV. Contin. REINER. a. 1218. p. 60. A. *Hoc anno obiit Ludovicus Comes de Los, vir in armis strenuus, et licet iuvenis aetate, in consilio eloquentissimus, in omni etiam bonitate et honestate conspicuus. Iste est qui in inevitabili necessitate episcopo et Leodiensibus fuit necessarius, quando dux Brabantinus Henricus, qui Leodium ceperat, per eum est maxime et per suos de bello fugere coactus, et maiore et potentiore parte suorum in bello de Steppes cadente in perpetuo privatus est. Iste erat tam episcopo quam Leodiensibus in omni necessitate indeficiens clypeus. Obiit autem IV. Cal. Augusti, cuius mors totum episcopatum ad lacrymas commovit.*

46) *In adiutorium*] Quae hic de *extraneis* Principibus a *Ludovico* in auxilium adscitis; de *Episcopo Traiectensi*; de paucis quibusdam Hollandiae, *Nobilibus* Ludovici partes tenentibus a Nostro dicuntur: ea egregie confirmantur una eademque Charta anni huius 1204. initio confecta, quam exhibet HEDA p. 190. unde MIERIS *Cod. Dipl. Com. Holl.* T. I. p. 142. cuius in capite fideiussores pro Losfensi occurrunt *Episcopus Leodiensis, Dux Limburgensis, Marchio Namurcensis, Comes Gelriensis, Adolfus Comes de Monte, W. Patruus Comitis Flandriae.* Testes vero in calce *Gerardus Comes de Are et Theodericus filius eius — — Arnoldus et Henricus de Riswic, Wolterus Spirinck, Iohannes Persijn, Isbrand et Gerardus fratres de Harlem, Stephanus de Sulen.* Data est haec Charta anni initio vel certe ante d. 24. mens. Iun. a. 1204. Quod hinc colligo, quia ex hac pactione Episcopus Traiectensis h. d. 24. *Iun.* iam cum copiis ad *Suadenburg* pro *Ludovico* pugnavit. Immo iam maturius scripta videtur, initio anni 1204. uti etiam innuit Noster et STOKE L. III. vs. 91. et 105. Argumentum Chartae erat eius generis, ut *Episcopus* hinc multum lucri auferret. Primaria capita erant: 1°. ut *Ludovicus* omne feudum, quod *Adae* pater ab Ecclesia Traiectensi tenuerat, a manu Episcopi reciperet, et tamquam legius homo fidelitatem iuraret. 2°. ut Ministeriales et Servi ab utraque parte redderentur, exceptis Militibus. 3. ut nusquam in posterum Rhenus ad Zwammerdam obstrueretur. 4. ut feudum *de Nagele* resignaretur in manus Episcopi. 5. ut Mercatores utrimque libere negociarentur. 6. Imprimis vero, ut compositio de Comitatu *Oostfrisiae* (de qua tot antea lites exortae, et quam totam Comes *Wilhelmus* ad se attraxerat) *inviolabiliter* observaretur. 7. ut Losfensis huius Comitatus partem suam obligaret pro 300. marcis Colon: et alia, quae habentur tum in Charta

licet *Leodienſe*; Duce de *Limburgh*, Comite de *Flandria* 47); Comite [s] *Adolfo* 48), Comite de *Hare* [t] 49). *Otto* [u] vero Gelrenſis

[s] *Comite* abest Sw. *Adolfo* ſemper C. M. [t] *De Hake* C. M. Sw. B. *De Hare* S. S. et Ma. ex MS. fol. „ *Gerardus Comes de Are* est frater Theoderici Epiſcopi Traiectenſis. Meminit eius Beka in Vita Theo- „ derici". S. S. Idem aliis verbis Douza. [u] „ Otho Gelriae ſc. *Wilhelmi ſocer* ". S. S. *Otto vero Gelr. Comes nullius f. adiutorii filiae, in omn.* Sw. *Otho v. G. nullus fuit adjut. Wilhelmi, ſed in omn.* Ma. Al. *Wilhelmi.* „ In nonnullis utrumque tam *Wilhelmi* quam *filiae* nomen omisſum ". Douz. C. M. „ Pro *filiae* Sw. puto legendum *ſed.* Et ſic optima est conſtructio ". Ma. marg. *Nullius* etiam C. M. Mox *opes et certive* Sw. *certitudo* B. *fr. eiusdem Com.* Ma.

Charta ſupradicta, tum in Pacto ipſius Ludovici cum Epiſcopo, apud MIERIS l. l. p. 144. Quum autem his Chartis testes adſtiterint aliquot *Hollandiae Nobiles* ſupra ſcripti, hinc oritur ſuſpicio, eosdem etiam fuiſſe *Miniſteriales* ac *Vaſallos Epiſcopi*, atque iccirco eo proniores vel potius *obligatos* ad opem *Ludovico* ferendam. Certe *Stephanus de Sulen* Epiſcopi *homo* fuit. Et ſatis ex hoc *extraneorum* auxilio colligimus, vera eſſe quae produnt ſeriores, *Adam invitis fere omnibus Hollandis* Ludovico iunctam, Wilhelmum contra ab Hollandiae *Nobilibus*, tantum non omnibus, certe paucisſimis duntaxat exceptis, pro *vero* et *viciniore herede* ac *Comite* eſſe receptum; *Ludovicum* vero *Losſenſem* copiis peregrinis adiutum, non incolarum benevolentia ſustentatum, *Hollandiam* ſibi tenere conatum eſſe. Hinc iusta est nostri Scriptoris obſervatio, an dicam, querela, p. 195. l. 3. *Sic ergo diverſarum nationum populi tumultuati ſunt contra* WILHELMUM, *et fremuerunt adverſus* COMITATUM *Hollandenſem.* Rem confirmant Leodienſ. Vid Chronic. LAMBERTI PARVI Contin. p. 27. C. a. 1204. *Comes de Los, asſumtis Flandrenſibus et univerſo exercitu ſuo Hollandiam ingreditur; qui in primo conflictu compos voluntatis ſuae extitit; ſed postmodum victus, capta multitudine partis ſuae et ſubmerſa inglorius rediit, uxore ſua in captivitate remanente.* Nempe *in Castro*, in quo ab Wilhelmo poſitam eſſe narraverat p. 26. A. quod *Texaliae* fuiſſe, ſupra vidimus. Quanta autem difficultate interim eodem hoc et ſq. anno ab hoste Brabantino laboraret, narrat idem p. 28. C. 29. B. 30. A.

47) *Comite de Flandria*] Rectius dixisſet Noster *Tutore Flandriae*; ſermo enim non est de Balduino, qui hoc tempore fuit Comes Flandriae, quippe qui iam ab a. 1202. in Terra Sancta haerebat; verum de eius fratre *Philippo*, *Comite Namucenſi*, qui, fratre abſente, *Flandriae* praeerat; ut accurate docuit V. D. HUYDEC. ad STOK. T. II. p. 131. ſq. (Niſi hic potius intellectum velis *Wilhelmum patruum Comitis Flandriae*, qui inter Losſenſis fautores a. 1204. nominatur in Charta HED. p. 190.) Postea iterum vocatur *Comes Flandriae, Philippus*; minus accurate: ſed et ita Dux *Albertus* Hollandiae *Comes* dictus fuit, etſi modo *Tutor*; vivente fratre. Quae vero illum ratio movit, ut Losſenſem iuvaret? *Adſcitum Flandrum* vult M. VOSS. *Ann. Holl* L. III. p. 99., *promisſa ſubditis eius telonii Gervlitani immunitate.* Suboluit fortasſe *Voſſio*, quod *Ludovicus* Homagium praeſtiterit Flandro pro Zeelandia ex Charta Hedenſeana anni 1168. in qua de immunitate Gervlitani vectigalis cautum fuit. Qua de re dicam in *Excurſu* VII.

48) *Comite Adolfo*] Intelligitur *Adolfus Comes de Monte*, ut liquet ex Diplomate a. 1204. *amicorum Ludovici Losſ.* HED. p. 190.

49) *Comite de Hare*] Sic legendum eſſe, non *de Hake*, ut perperam hic *Cod. MS.*, *Sweertius*,

sis 50) nullus fuit adiutorio filiae, sed in omnibus quietum se habebat. Praeterea *Theodericum* Episcopum Traiectensem 51) in amicitias et opus belli secum attraxit, promissis eidem Episcopo duobus milibus et eo amplius talentorum; et ut promissorum fides certior haberetur, fratrem eius Comitis obsidem accepit. Plures etiam Militum Hollandensium, *Isbrandus* scilicet de *Harlem* et frater eius *Gerardus* 52), *Iohannes Persiin*, *Arnoldus de Riiswiic* [v], et fra-

v *De Persyn* — *Rysobyck* vitiose Sw. B.

tius, et ipse STOKIVS L. III. vs. 101. ex Nostro; iam observavit MATTH. ad PROCVR. p. 490. qui docet, innui *Gerardum Comitem de Are*, fratrem *Theoderici de Are* Episcopi Traiectensis, cuius etiam BEKA meminerit p. 65. Et recte. Occurrit *Gerardus Comes de Are* etiam inter *testes* supradicti Diplomatis a. 1204., quo Lossensis amici cum Episcopo Trai. paciscuntur p. 191. Immo iam aliquot ante annos, in Charta a. 1189. in FREHER. *Origg. Palat.* T. I. p. 92. testis: *Gerhardus Comes de Are.* Et ad a. 1198. in SCHEIDII *Origg. Guelphic.* T. III. p. 620. *Vlricus Comes de Nevenburg et filius eius COMES GERARDVS de ARE*; pro quo tamen *Aerburg* lectum voluit MATTH. supra ad a. 1198. p. 485. Hic Episcopi *frater Gerardus Comes de Are vir strenuus et sapiens* ad Suadenburg pro Ludovico Loss. pugnans occurrit in ANON. *de Reb. Trai.* p. 12. Iunguntur etiam in *Charta* Ducis Brab. et Comitis Gelriae a. 1202. in BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. Preuv. p. 51. *Gerardus Comes de Are*, *Adolphus Comes de Monte.* Vnde mirum non est, etiam occurrere in Charta Brabantina a. 1200. cuius vindicias ago in *Excursu IX.*

50) *Otto Gelrensis*] Fuit *Ludovici* Lossensis avunculus, *Wilhelmi* vero socer. Nisi vero huic tantum tempori et anno haec restringamus, vehementer erraret Noster, quando ait, *Ottonem* in omnibus se quietum habuisse. Nam primo, vidimus p. 179. hunc *Aleidi* et *Adae* favisse; tum porro, quemadmodum hic excluditur, tamquam neutrarum partium, ita diserte includitur in Pacto assectarum Lossensis cum Episcopo Traiectensi hoc anno 1204. inito apud HED. p. 190. Nec tamen, opinor, errat Noster. Videtur enim *Otto Gelrensis*, simulac res Lossenses denuo retrolabi animadvertit, sese subduxisse, nec amplius rebus se immiscuisse, certe non armis eum iuvisse, sed Neutrarum esse partium coepisse. Cf. supra not. 17).

51) *Episcopum Traiectensem*] Non uno nomine hic *Theodericus de Are* in partes Ludovici transiit: nempe cum *ex odio Wilhelmi* et vindictae cupidine, tum *spe ingentis lucri*. *Odii* in *Wilhelmum* variae erant caussae. Cogita quaeso *lites ob Oostfrisiam*, captum *Henricum Gruem*, et ipsius *Episcopi incarcerationem*. Haec ultima caussa sola suffecerit; AVCT. *Bell. Campestr.* p. 216. *Wilhelmus* — *ante haec Theodericum Episcopum in coenobio Stauriae Synodalem exequentem justiciam, temere captivavit.* Secundo, accedebat *Spes lucri.* Ita enim Noster: [Ludovicus] *promisit Episcopo* DVO MILIA, *et eo amplius, talentorum, et fratrem dedit Obsidem.* Fusius paullo AVCT. B. CAMP. l. l. *Ludovicus Episc. Theoderici imploravit auxilium,* qui

frater eius *Henricus* et alii multi, cum [w] favore Comitissae, tum odio *Wilhelmi*.

Sic ergo diversarum [x] nationum populi tumultuati sunt contra *Wilhelmum*, et fremuerunt adversus [y] Comitatum *Hollandensem*. Quid ergo *Wilhelmus* ageret? Pauci sibi erant Milites, et nusquam tuta fides, nec tanta popularibus suis belli exercitatio aut armorum copia, ut tanto exercitui et bellis exercitato resisteret. Accepto tamen consilio ad *Hollandenses* [z] 53) se contulit,

 Wal-

w *Alii militum cum* Sw. B. *tum favore* Ma. Ma. *Super* pro *contra* Sw. Mox *sui belli* B.

x — *sorum* C. M. *divisarum* B.

y Desunt haec quatuor Ma. Super pro contra Sw. Mox sui belli B.

z Sic C. M. *Zeelandenses* omnes reliqui, male. *Obtulit*; *Walterus et Adelbertus K. profecit* B.

qui primus ad hoc propter PRAETERITAM INIVRIAM, ET PROMISSAM PECVNIAM *contracto exercitu omnes Hollandienses sibi resistentes cum Florentio maiore Praeposito fratre Wilhelmi Comitis apud Zuadenburch contrivit.* Quorsum vero haec *pecuniae* promissio tetenderit, accuratius explicat HEDA p. 186. *Ludovicus* —— *magnam vim contrahit, in* TRAIECTENSEM *Episcopum praecipuam spem collocans, quem et belli et pugnae socium cum multo auro sibi devinxerat, paciscens* NB. *se* ACCEPTVRVM *Comitatum Hollandiae ab illo in precariam, ut aiunt, tradens Episcopo fratrem suum obsidem.* Sed et longe certiora prodit ANON. *de Reb. Trai.* p. 12. docens, *Episcopum suum providum recepisse* a Ludovico *Comite de Loen duo millia marcarum, quod* (i. e. *ut*) *eum* COMITIA *Hollandiae de iure Imperio vacante infeodari procuraret; et ei insuper potens et manuale auxilium fideliter promisisse contra Wilhelmum Comitem* —— —— *quod Dominus Episcopus adeo honeste implevit* ——. Atqui hic notari meretur, Ludovicum de Los, etsi a tot Imperii Principibus atque Episcopis adiutum et defensum, nunquam tamen ab Imperatore hos Comitatus in feodum recepisse; contra vero hoc ipso anno 1204 *Philippum* Regem hos promisisse *Wilhelmo* Comiti, MIERIS *Cod. D. Com.* I. p. Vbi Rex: *Promissis etiam adiecimus*, 146. a. *quod Wilhelmo Comiti Hollandiae feuda, quae Pater suus et Frater ab Imperio tenuerunt, libere conferre debemus.* In quibus postea etiam OTTO IV. Imp. a. 1213. ipsum Wilhelmum confirmavit, *ibid.* p. 156. Idem hoc ait AVCT. *de Bell. Campestr.* p. 216. *Wilhelmus* — *demum* Ludovicum *nunquam reversurum ab Hollandia depulit; et ab Imperatore* COMES XII. *deputatus est.* His adde Conditiones, in quas Antistes Traiectinus cum Wilhelmo post convenit, quas exhibet BVCH. ad HED. in Charta p. 188.

52) *Gerardus*] „Lego illo tempore *Simonem*, *Iohannem* et *Isbrandum* de *Haerlem*, nullum *Gerardum*". SCRIV. Et tamen Noster diserte! Porro „nunc *de* RIJSWIJC *Arnoldus* et *Henricus*; tertium fratrem *Iohannem mors praeripuerat*, ut ante dixit". SCRIV.

53) *Ad Hollandenses*] Sic C. M. recte, pro quo male omnes reliqui *ad Zeelandenses*; ne exceptis quidem STOKE L. III. vs. 116. nec eius Interprete, neque Codice WILH. PROCVRATORIS p. 491. *Wilhelmus* enim ex *Zeelandia* profectus erat *Ekmundam*, et apud Kinemarios haeserat. Nunc audito, quid in *Hollandia* gereretur, suam praesentiam ibi necessariam ratus ad *Hollandenses* se confert, singulis regionibus belli Praefectos seu Duces constituit; duos

Walterum et *Albertum* 54) Kinemarensibus praefecit, quorum consilio et diligentia, quae agenda forent, amministrarentur, fratri suo *Florentio* et *Ottoni* Praepositis [a] 55), *Wilhelmo de Teilinc* [b], *Philippo de Wasneer*, et ceteris fidelibus pagos Reno circumiacentes vicinos Episcopatui delegavit. Qui idonee iniuncta sibi prosequentes loca defensionis constituerunt, unum in loco, qui dicitur *Busch* 56), alterum circa *Renum Suadenborgh*, grandi et lato fossato aditum hostibus obstruentes. *Walterus* et *Albertus*, non segnes exsecutores commissae sibi procurationis, escas et arma

[a] *Prepos.* saepe Sw. B. Vocem *Praepos.* delet Douz. in C. M. et *Othonem Com. de Benthem*, Wilhelmi avunculum, vult denotari; sed male, notante S. S. qui de Florentio addit: „Iste Florent. Praepos. Traiectensis fuit". Mox *pagorum* B. [b] *Telline* C. M.

duos Kenemariis, alios aliis locis. Hinc paullo post Wilhelmus adhuc *Dordraci* cum exercitu reperitur p. 200. l. 3. unde adventante *Ludovico in Selandia* demum *recessit*. Et Noster etiam p. 191. dicturum se promiserat de congressione inter *Ludov.* et *Wilhelmum*.

54) *Walter. et Albertum*] „Walt. *de Egmonda*, Albertum *Baniaerd*". SCRIV.

55) *Fratri suo Florentio et Ottoni Praepositis*] Hic *Otto* vocatur in BEKA p. 64. (ubi Nostrum sequitur) *Otto Comes de Benthem*. Sed errat: errat etiam Douza, qui, teste S. S., *in MS. in* 4°. Praepositis *delet*, *et Othonem Comitem de Benthem designari annotat*. Fuit *Otto Zantensis* Praepositus, postea a. 1212. *Episcopus Traiect.* XXXIII. creatus, qui fuit filius *Ottonis* II. Com. Gelriae, adeoque *sororius* Com. Holl. *Wilhelmi*, ut qui eius sororem *Aleidis* in matrimonio haberet. Recte igitur h. l. iunguntur *Florentius et Otto Praepositi*: fuit enim alter *Wilhelmi* frater, Florentii Com. III. filius; alter eius sororius. Vidit id primus HVYD. ad STOKE T. I. p. 572. sq. Vnde hoc prodit Schema:

FLORENTIVS III. Com. Holl.			OTTO II. Com. Gelr.	
FLORENTIVS Praepositus Traiectens.	THEODERICVS VII. Com. Holl.	WILHELMVS ═	ALEIDIS	OTTO Praeposit. Zantensis.

De *Florentio Praeposito* capto ab Episcopo adde ANON. TRAIECT. C. XIV. f. et AVCTOR *Bell. Campestr.* p. 216. Successit hic patruo *Theoderico* in Praepositura Maioris Eccles. Traiect., de quo plura *Aanhangsel op de Kerkelyke Oudheden van Nederland*. p. 11, 12. Florentium fratrem Comitis Praepos. Traiect. duabus chartis subscripsisse Rijnsburgensi Abbatiae, easque se servare adhuc ineditas, alteram a. 1199. alteram a. 1201.

20-

ma comportare, ad naves convolare, *Kinemarensibus* indixere die condicto, ut communi inpetu aggerem *Aemestel* interrumperent; ut inpetus aquarum interclusus 57) libero meatu defluens agros occuparet, et loca circumiacentia devastaret: quod et factum est, licet quidam Milites Traiectenses cum popularibus renisi [c] sunt 58). Hoc prospero successu Kinemar [d] animati, terram cespitosam, quae dicitur *vene* [e] 59), ditioni *Ghiselberti de Amestel* subiectam, totam fere incendiis absumpserunt, infinitas praedas tam pecudum quam vestium et ceterarum rerum contrahentes. Inter quae [f] domum *Ghiselberti* 60) honorificae structurae favil-

la-

c *Remissi* C. M. *Traiectum c. p. remissi* B. qui modo *quod dictum est, factum est.* d Sic crebro C. M. *Kinemari* saepe Sw. pro quo *Kinemarii* W. Proc. e *Vere* Sw. Mox *de Amestel* abest Ma. *Combusserunt* B. Sw. cui desunt *infinitas* — usque ad *favillatenus combusserunt.* f *Interim* Sw. B. *Domui vicinae* desunt B. qui *germindtionis.*

notavit MATTH. Alterius quidem versionem Belgicam vitiose dedit MIER. I. p. 136. sed ex *Originali* cum Sigillis hanc producam in COD. *Probb.* d. 20. Febr. 1202. et ipsius Sigillum ad a. 1205.

56) *Busch*] *Busch* est iam *Buschkoop*, *Suatenburch*, Swammerdam. Beka in Theodorico: *quarum unam Florentio Traiectensi Praeposito sitam in Busch, reliquam autem Ottoni Comiti de Benthem sitam in Zuadenburchdam ad tuendum fidelissime commendarunt.*

MATTH.

Pro *Buschkoop ad amnem Gouwe* stant etiam SCRIVER. HVYD. *ad* STOK. II. p. 12. et WAGEN. T. II. p. 314. etsi ultimus dubitanter, utrum *Buschkoop* ad *Goldam*, an *Ten Bosch ad amnem Vegtam.* Posterius unice verum videtur. Non enim *Buschkoop* hoc tempore *Busch* vocabatur, sed longe aliter sonabat; nempe *Buckescop*, et *Buescoep*, in Chartis Rijnsburg. apud MIERIS T. I. p. 180. et 369. a. 1222. et 1273. nomine ab arbore (*Boek*, *Beuk*) *fago* mutuato, pro quo in ipsis Originalibus, quas habeo, legitur *Buckeskop* et *Buecscoep*. Pro *Suadenburg* Beka habet *Suadenburgdam*, uti et STOKE L. III. vs. 128. Dictus autem sic locus est ab *Aggere*, quem Comes Hollandiae medio seculo XII. illic ad obstruendum Rheni alveum munierat: de quo aggere tot lites inter Hollandiae Comites et Episcopos Traiectinos ortae, ut Imperatoris arbitrio opus fuerit ad exstinguendas hasce rixas, qui a. 1165. rem terminavit. Vid. not. 87). p. 113. Ab hoc aggere locus dictus est *Suadenburgerdam*, hodie *Swammerdam.* Nunc vero promisit *Lossensis* Comes Episcopo Trai. HED. p. 190. *nulla unquam occasione Rhenum apud Swatburg obstructum iri.*

57) *Interclusus*] Hoc accipe pro *antea interclusus*; nisi legas, *inter clusas*, i. e. *inter aquarum clausuras* arte factas.

58) *Renisi sunt*] Ita etiam STOK. L. III. vs. 146 — 148. DOVZA recte explicat pro *contra nisi sunt Equites seu Nobiles* Traiectenses, in his procul dubio *Giselbertus de Amstel*, cuius hic imprimis res agebatur.

59) *Vene*] Videtur is tractus, qui hodie abs cespitosis his terris nomen gerit *Amstelveen.*

60) *Domum Ghiselberti*] Per hanc *domum* intelligi debet *munitio* sive *Castrum Domini* de-

latenus exusserunt; arbores pomiferae domui vicinae exustulatae, sine spe germinis relictae sunt; deinde villam, quae *Muden* [g] dicitur, assilientes et congressione superiores cum proxima *Weespe* favillatenus combusserunt, licet prius obsides dedissent, et tunc fiducia Militum suorum rebellassent; et sic omnia usque *Brokele* [h] 61) subiugantes, datis obsidibus, sub pollicitatione pecuniae ad stationem 62) portus navium suarum reversi sunt. In his omnibus *Symon de Harlem* remissus [i] agebat, et notabilem [k] se fecit, quippe qui totus *Lodewico* favebat, quod rei exitus aperuit. Episcopus Traiectensis tantae calamitatis maiore occasione adductus, omnimodis haec ulcisci statuit, et valido exercitu contracto ad munitionem 63), quam *Florentius* tuebatur

g *Muthen* Ma. et *Wispe.* „Im. MS. *Wesep.*" D. ad C. M. Mox *improvisa* pro *superiores* B. h *Breclede* Im. MS. D. ad C. M. *Brukleth* Ma. *Broeckleda* J. a. Leid. i *Remissis* C. M. *De Harlem* abs. Ma. Modo *simul sibi cum pollic.* Sw. k *Non notab.* Sw. B. Mox *omnimodo hoc.*

de Amstel, Vasalli Traiect., unde STOKIVS III. 154. vocat *Amestelle sine vesten*, quod non de *urbe* sed de *Castro* intelligi debere, iam monuit V. D. HVYD. T. II. STOKII p. 15. et etiam apparet ex vs. 175. p. 17. Egregie autem hunc Nostri locum adhibuit et explicavit V. D. WAGEN. in sua *Amstelodami* Vrbis descriptione, T. I. p. 11. sqq. et hinc conclusit, necdum urbis *Amstelodami* h. a. initia fuisse cognita. Quibus adde ne vix *villam* tunc videri prope hoc Castrum adfuisse. Eius alioquin incendium non omissurus fuisse videtur Noster, praesertim quum statim p. 198. loquatur *de villa, quae Muden dicitur*, et *de proxima Weespe* — et *Brokele*: hic vero tantum de *arboribus domui vicinis*. Quemadmodum tamen *Vrbs* Leiden (vid. not. 37. p. 188.) originem ex Castro sive Munitione duxit: idem omnino dicendum de *Amestellae* munitione; unde Domini de Amstel; unde oppidum Amstelodamum; hoc interiecto discrimine, quod hi *Dominorum*, illi *Castellanorum* nomine gavisi sunt.

61) *Brokele*] Varie hoc nomen scribitur. Antiquissima tamen est *Brokele* seu *Brokelede* penultima longa; hinc *Broklede*, *Brokelê*, *Breukelen*, hodie etiam *Breukele*. cf. HVYDEC. ad STOK. T. II. p. 15, 16. A novalibus sic dictus locus, quae Belgis *gebrokenland*, hodie *braakland*.

62) *Stationem*] Videntur hae naves stationes suas habuisse ad ostium amnis Amstelae.

63) *Munitionem*] *Castrum ten Busch* HVYD. ad STOK. T. II. p. 17. explicat, et alii confirmant. V. BEKA, HEDA, CLERIC. ANONYM. Sed rectius ANONYM. *de Rebus Trai.* p. 12. collatus cum ANONYM. *de Bell. Camp.* p. 216. Vnde merito colligimus, *Ottonem* praefuisse *Castro Busch*, *Florentium* vero *Castro Zuadenburg*. Sic prior ille: *quod* (auxilium) *D. Episcopus adeo honeste implevit, — quod ipso anno* (1204.) *in vigilia Iohannis Baptistae* (d. 23. Iun.) *terminos Comitatus prope Midrecht personaliter impugnavit, ubi in continenti vicit et fugavit Comitem de Benthem* (videtur innuere *Ottonem*, sed hic non erat *Comes de Benthem*, sed *Praepositus Trai.* Vid. not. 55. p. 196.), qui

tur, multo militum suorum labore pervenit, procul dubio suo [l] et suorum omnium damno vel periculo, si *Kinemar* doloso consilio aversi non fuissent, et Milites Hollandenses, qui cum *Florentio* falsa fide in munitione morabantur, ad Episcopum non transfugissent. Facta ergo irruptione *Florentius* captus est, et in castro *Hurst* invinculatus. Ceteris vero fuga elapsis Episcopus regionem [m] 64) potenter optinuit, rapinis, incendiis omnia proterens [n] et consumens *Leiden* venit, primus [o] omnium praedecessorum suorum, qui hoc attemptaverit vel praesumpserit. Sed poterat, quia regnum in se divisum facile desolatur. Interea *Lodewicus* in multitudine gravi suorum sequacium tam mi-

l Abest Sw. B. qui mox *et* pro *vel*. *m* *Munitionem* Ma. Douz. S. S. ex Chr. Rhythm. *n* *Ponens* Sw. B. modo *et rapin. et inc.* *o* *Primum* Sw. *Leythen* Ma. cui abest *suorum*, et bis postea *sequentium*.

qui illic terram cum multo populo armato, excepto Wilhelmo, defendit, — — Et statim ipse solus in levi equo, frater vero Gerardus Comes de Are — cum tota militia pedes per paludes versus Suadenburg contra alium magnum exercitum pugnaturi festinabant — —. Totum robur Hollandiae vicit, et FLORENTIVM *Praepositum in Traiecto, — cum multis Militibus captivavit.* Alter: *Contracto exercitu omnes Hollandienses sibi resistentes cum* FLORENTIO *maiore Praeposito fratre Wilhelmi Comitis apud* ZVADENBERCH *contrivit.* Ad hunc *Florentium* Vir D. HOYNCK VAN PAPENDR. male applicuisse, quae ad alium *Florentium* spectarent, docuit Epistola in *Aanhangsel op de Kerkel. Oudh.* p. 582. sq. Ex his locis simul observes, quinam hoc tempore fines comitatus Hollandiae fuerint: nempe prope *Midrecht*, *Swammerdam*, *Ten Busch*; ita ut amnis Amstela h. t. Traiectenses et Hollandenses disiunxerit.

64) *Regionem*] Nempe *Noordholland*, ut M. STOKIO vocatur L. III. vs. 173. et vs. 182. Quod, precor, haud intelligas de hodierna *Noordhollandia*, sed de antiqua regione, nempe quatenus haec, opposita ad *Zuidhollandiam*, complectebatur quidquid inter *Zuidhollandiam* et *Kinemariam* interiacet, in his urbes *Delf*, *Leiden*, *Haarlem*. Quando igitur p. 200. Ludovicus HOLLANDIAM *intrasse* dicitur, hoc intelligi debet de *Hollandia* antiquitus dicta sive *Zuidhollandia*, in qua urbs *Dordrechtum*; quae *Hollandia* statim distinguitur ab urbe *Leiden*, quae *Noordhollandiae* erat. Quae etiam ANON. *de Reb. Trai.* p. 13. *Episcopus fratrem suum G. Comitem cum multis aliis navali bello contra Hollandiam remisit, et totum* THORDRECHT *depraedatum penitus igne cremavit:* ubi etiam Ludovicus *alia parte Comitatus* intrasse dicitur. A. 1394. in Charta *Alberti* Comitis apud VAN DE WALL *Handvest. van Dordr.* inter Noordhollandiae Vrbes computantur adhuc *Haerlem*, *Leiden*, *Delft*, —. Non primus ego haec observo, sed res testata est, huc imprimis applicanda. Vid. plura in D. V. BLEYSWYCK *Beschr. van Delft.* 4°. 1667. T. I. p. 1, 2. VAN LEEVWEN *Batav. Illustr.* p. 211. b. MATTH. not. ad *Anal. Med. Aevi.* T. II. p. 630. Hinc Eccl. Trai. *Decanus de Hollant* distinctus erat a Decanis *Mesalandiae*,

militaris quam pedestris exercitus *Hollandiam* 65) intravit; clementior in hoc Episcopo, quod partium [p] incendiis pepercit; qui datis obsidibus et in custodiam receptis *Durdrecht* venit. Cuius exercitum *Wilhelmus* declinans, quia viribus inferior esset, in *Selandia* recessit, duabus tamen [q] navibus *Lodewici* cum multa praeparatione ciborum captis et abductis. Itaque *Hollandia* subiugata [r], quia non erat, qui resisteret; cor enim populi ad instar nivis defluxerat; *Lodewicus* cum omni manu suorum sequacium Episcopo se coniunxit in *Leyden*, ubi *Symon* de *Harlem* veniens in gratiam receptus est; Episcopus vero et Comes pro libitu suo omnia agentes et disponentes, *Harlem* 66) venerunt, ubi [s] Kinemarenses navali exercitu applicantes, irruptionem in Episcopum meditati, cum nihil profecissent nihil melius quam [t] deditionem aestimantes, sub conditione quingentorum talentorum 67) accepta pace recesserunt. Morabatur interea uxor *Wilhelmi* 68) et mater, itemque soror *Althorp* [u], et multitudo utriusque sexus in diversis locis *Fresiae*, ad quae fugerant. [v] *Lodewicus* autem alas victoriae suae usque ad Ekmundam extendens pos-
ses-

p *Quod parcius* C. M. Sw. B. *Eo* addunt Sw. B. Mox *etiam in cust. receptus.* q *Tantum* Sw. B. et *Ludovicum multa.* r *Ita quod H. subiugaretur* Sw. B. Mox Douz. f. *diffluxerat.* s *Vel* C. M. t *Vel melius quia* Sw. *v. m. quam* B. Mox *dedicationem* C. M. u *Alcorop* Sw. *Altororp* B. *Oudorp* S. S. Supra Ma. „ *mor. int. mater W. et soror*". *Vxor* abest a MS. Harl. Douz. teste. v *Fugierant* C. M. Mox *alias* Sw. B. Ma. utrumque vitiose.

diae, *Schielandiae*, *Rynlandiae*, *Kinemariae*, *Westfrisiae*, *Batuae* etc. optime monente BVCHELIO ad HED. p. 68. (g). et MATTH. not. ad ANONYM. TRAI. p. 210. et *Anal. Med. Aev.* T. III. p. 43. aliisque in locis.

65) *Hollandiam*] Nempe *Zuidhollandiam*, in qua *Dordrecht*. V. not. praec. Et sic etiam ANON. CLERICVS p. 95. et STOKIVS III. vs. 202. diserte.

66) *Harlem*] Cf. hic BEKAM p. 64.

67) *Talentorum*] Per hacc *talenta*, quae STOKIO T. II. p. 19. vocantur 500. *pont*, WAGENARIO 500. *marken*, intellige totidem *Libras* seu *Marcas argenti*, ut supra iam ex V. D. HVYDECOP. indicavi. Hac autem summa Kinemarii sese redimebant. Sic enim intelligi debet Auctor, ut pluribus alii.

68) *Vxor Wilhelmi*] Vxor nempe *Aleidis*, Mater *Ada* Florentii III. vidua, et *soror*; adeoque praeter Theoderici defuncti *viduam* et filiam *Adan*, tota *Wilhelmi* aderat familia; haec enim *Wilhelmi*, non *Adae*, partes sectabatur, procul dubio, quia has solas legitimas censebant. Hinc etiam apparet, errare eos, qui *A-*
dam

fesſionem *Alberti* 69), et villam [w], quae dicitur *S. Agathae* [x] ditioni eius ſubiectam in cineres redegit, ſimiliter Domus *Walteri* [y], benignum vero et pacificum villae et Clauſtro [z] Ekmundenſi praebuit ſe. Epiſcopus, cuius exercitum defectus neceſſariorum iam occupaverat, gaviſus de pecuniae promisſione, ſed ſollicitus, ne quovis modo reditu [a] interciperetur, feſtinus ad propria rediit 70). In augmentum vero calamitatis et miſeriae Comes *de Name* 71), Procurator Flandriae a fratre *Balduino* [b] Iheruſalem profecto relictus, et iam Imperatore Conſtantinopolis

w *Alberti in villa* Sw. B. *Alb. Banjart et vill.* Ma. M. *Scilicet* Wic Wilh. Pr. y *Domum Walt.* B. niſi tamen *pagum* intelligamus. Sic Douz. Mox *Epiſc.* priοribus adiungit Sw. *Nance* pro *Name* Sw. et *augmento* C. M.

x *Al.* MS. Harl. „ſcilicet Wijc" Douz. ad C. z *Al.* MS. *Clauſtro et villae* i. e. de Hoeve. a *Sollicitus de — reditu* B. b *Balduino* abest Ma. Mox *relictus est* B.

dam Scoticam a. 1201. vivere desiisse ſcribant. Verum quaenam illa *Soror Wilhelmi*? Florentius III. quatuor reliquit filias *Beatricem*, *Eliſabeth*, *Adam*, alii *Aleidam*, et *Margaretam*, Comitisſam Cliviae. Haec ultima occurrit in Charta Theoderici VII. a. 1198. in W. HEDA p. 211. Testes: *Ada mater mea*, *Wilhelmus frater meus Comes Friſiae*, *MARGARETA ſoror mea*, *Florentius frater meus*. Eadem videtur Dordraci adſtitiſſe testis *Theod.* VII. a. 1203. in MIERIS T. I. p. 139. *Baldewinus frater noster*, *MARCHGVIA ſoror nostra*. Altera, *Ada*, occurrit in Charta a. 1205. ib. p. 146. quam hic innui puto, quia in Charta traditionem facit, *me volente et aſſenſu Wilhelmi Comitis et Florentii fratrum meorum*, *et Adae Comitiſſae matris meae*, *et Adae neptis meae*. Ex hoc enim loco apparet, illam tunc fuiſſe in comitatu *matris et fratris*, qui hoc alia Charta approbavit; de qua loquor p. 207. Vocatur autem illic *Dei gratia Marchioniſſa de Brandeburch*. Verum de his fuſius in *Diſſ. Critic. — Geneal.* N°. II.

69) *Alberti*] Nempe *Banjard*, prope villam *Beverwijk*, quae hic *Villa S. Agathae* dicitur, et in STOKIO III. vs. 228. *Sinte Aechtendorpe*, et cuius Dominus hic *Banjard* erat. vid. not. 23.) Vnde vero nomen adepta ſit villa *S. Aegtendorpe* ſive *S. Agathae Eccleſia*, nota fabula est. Vid. MATTH. *Fundat. Eccl.* p. 372. de Pago ipſo BOXHORN. *Theatr. Holl.* p. 357. et reliqui Chorographi. Per *Domum Walteri* intellige Caſtrum Domini Egmondenſis.

70) *Rediit.*] Aliam reditus cauſſam Nostro incognitam, tradunt Scriptores Traiectenſes, quae magis etiam rebus dein geſtis congruit. Nempe *Ludovicus*, ſatis nunc ſecurus, Epiſcopo honestam misſionem imprudenter dederat. ANONYM. *de Reb. Trai.* p. 13. *Lodowicus Comes* — (Epiſcopum) *ab infestatione Comitatus*, *tanquam ſui*, *recedere petebat. Quem Epiſcopus quamvis ſtulta petentem fideliter exaudivit*, *et receſſit. Sed ſtatim post ſuum receſſum dictus Comes totam terram illam*, *Wilhelmo ſuperveniente*, *perdidit.* Idem BEKA p. 64. ſimpliciter: *Ludovicus cernens quod nullam rebellionem iam haberet*, *exoravit inſtanter Epiſcopum*, *ut ad propria remearet.* Ignoravit hoc Noster, adeoque etiam STOKIVS L. III. vs. 233. ſqq. perpetuus Nostri interpres.

71) *Comes de Name*] Fuit *Philippus Comes Namucenſis*, qui hic *Procurator Flandriae*,

ſed

polis facto, *Walacriam* 72) [e] suae ditioni subiecit. *Hugo de Voren* 73) fere totam Selandiam 74) acceptis obsidibus ad partes *Lodewici* reflexit, et idem [d] illuc venerat; Wilhelmus undique fugatus et requisitus, piscatoria nave, retibus intectus, mirabili eventu evasit; quippe cum inquisitores eius naviculae ipsius applicuissent, quem [e] conprehendere poterant, illusi reliquerunt. Sed cum *Hugo* modum potestatis insolenter excederet, Selandenses maiorem sui depressionem timentes habito consilio et mutuo data fide eundem *Hugonem* probrose expulerunt, *Wilhelmum* requisitum et inventum in Principem et Dominum exaltaverunt. Quorum benivolentia in se confirmata [f], literis *Waltero* de Ek-

e *Walaniam* — *subegit* Sw. *Walacram* B. Mox *Vorem* B. *Nolen* Sw. Pro *Selandiam* S. S. conj. *Schaldiam*. d *Idc.* C. M. f. *idcirco*, quod et conj. S. S. Mox *obtectus* Ma. *intentus.* Sw. e *Quae* Sw. B. *Apprab. pot. illum* Ma. Rectius vulg. ut puto. Mox *in modum potestatem* B. f Sic Sw. B. Ma. — *am* — *am* C. M. Mox abest Ma. *de Egm.*

sed supra p. 193. l. 1. *Comes de Flandria* audiit, et in Charta HEDAE p. 190. vocatur *Philippus Marchio Namurcensis.* Nimirum defuncta a. 1194. *Margareta* Comitissa Flandriae ex marito Balduino VIII. praeter alios liberos reliquerat filios *Balduinum IX.* Comitem Flandr. et Hannon. *Henricum*, et *Philippum* Comitem Namucensem. *Balduinus* vero, qui a. 1202. Ierusalem profectus, ibidemque a. 1204. Imperator Orientis creatus erat, duas in Flandria reliquerat filias *Iohannam* et *Margaretam*, sub tutela fratris sui *Philippi*, cui parentes *Comitatum Namucensem* ea reliquerat lege, ut a fratre *Balduino* hunc relevaret. Periit autem Balduinus a. 1207. post 13. annos regiminis. Vid. Scriptores Flandriae. Est autem hic *Philippus* Tutor.

72) *Walacriam suae ditioni subiecit.*] An Comites Hollandiae hoc tempore iam habebant *Walacriam*? Omnino! nempe id *in feudum* habebant ab Comitibus Flandriae, idque ex Pacto a. 1168. de quo supra. Pactum autem inierat Comes *Lossensis* cum hoc Philippo Namuc., ut *Philippus* Wilhelmum Comitem e *Zeelandia* pelleret, contra *Ludovicus* Flandros eximeret teloneo *Geervlietano*. Sic certe MEIER. *Ann. Flandr.* a. 1203. et inde WAGEN. *Hist. Patr.* T. II. p. 317. et M. VOSS. *Ann. Holl.* p. 90. Sed publica instrumenta hic lucem dabunt. Nempe confirmavit *Ludovicus de Los* pactum supramemoratum anni 1168. initum inter Florentium III. et Flandriae Comitem, ex quo ulterior illa Zeelandiae pars inter Schaldin et Hedensee ab Hollandis iure clientelari tenebatur, et Flandrenses liberi a teloneo Geervlietano declarantur: ut diserte prodit Charta a. 1168. apud MARTENE *Thesaur. Anecdot.* T. I. p. 1037. *Haec eadem vero approbarunt et confirmarunt Ludovicus Comes* DE LOES ET DE HOLLANDIA. Rideat haec V. D. ad STOK. II. p. 152. modo sciat, non per risum et cachinnos, sed serio, res historicas tractari et falsa refutari oportere. Ipsa enim In-

Ekmunda denunciavit, ut, quanto posset apparatu navium *Leyden* cum *Kinemar* occurreret, per nuncium die [g] quo veniret designato, nullam belli commotionem 75) se absente promoveri, confidere se in Domino, quod hostem paternis sedibus depelleret. Walterus id strenue exsequi [h], omnibus voluntariis inventis, Wilhelmo de Teylinc, Philippo de Wasner non minori studio et voluntate in hoc concordantibus. Morabatur 76) autem *Lodewicus* in villa *Vorscoet* [i] tentoriis potenter [k] extensis. Mercatum ibi plenum omnium rerum sufficientia. Mira exultatio [l] in exercitu novo Principi congaudentium. Solius *Isbrandi de Harlem* absentiam aegre ferentes [m], qui cum avunculo *Allino*

g *Diem* C. M. Mox *belli commoditatem* Sw. *multam b. commod.* B, *prem. et conf.* Sw. *Dimbat* post *Domino* Sw. B. h *Volens* add. Sw. B. *De Teil. Philippo de Wasner* absunt Ma. Mox *Wasn. omni st.* Sw. B. i *Wperskeet* Sw. *Vorschot* Ma. k „Sic duo MSS. Sed malim *sufficienter*" S. S. *Ambitiose* explicat Douza. l *Exaltatio* C. M, *exult. omnium* Ma. Mox *congaudente* Sw. B. m *Aegre ferens* Sw. et *Altrorp.* S. S. *Oudorp* explicat. Recte.

Instrumenta Authentica in lucem producam in *Cod. Probb.* Observa autem, mi Lector, hunc *Comitis de Hollandia* titulum Ludovico datum tunc esse ab Flandris, qui ius eius in Hollandiam agnoscebant, eique auxilium ferebant. Idem etiam obtinuit in Charta Arbitrii, qua Philippus Namucensis inter *Lossensem* et *Wilhelmum* arbiter sedit, Ludovicoque *Hollandiam* attribuit; quam Chartam imprudenter et inepte etiam exsibilat Vir D. ad STOKE l. l. quamquam haec ipsa Charta ex variis Authenticis Actis depromta exstat in MIERIS *Cod. Dipl.* T. I. p. 147, 148. et ex ipso *Originali Chirographo* a me in Probb. producetur ad a. 1168. et a. 1206. Octob.

73) *Hugo de Voren*] Occurrit hic tamquam testis in Charta a. 1199. quae etiamnunc integra exstat in Illustrisf. familia DD. de Rhoon et Pendrecht, quam ob antiquitatem et rei memoriam in aes incidendum curavi in *Cod. Probb.* quia una est ex antiquissimis Nostrorum Comitum Chartis, quae ex sec. XII. aetatem tulere.

74) *Totam Selandiam*] M. STOKE III. 255. hic legit *Scaldiam*. Et S. S. ad Cod. MS. „*f. Scaldiam*". Et sic omnino legendum. Intelligitur enim vel *Scaldia* i. e. *insula Schouwen*, cum annexis, sive tota Zeelandia Orientalis; distinguiturque a Zeelandiae parte Occidentali, quae sub nomine *Walacria* a Philippo Flandro occupabatur, dum contra haec ab *Hugone de Voorn* ad partes Ludovici inflectebatur. Consentit BEKA p. 64. et reliqui omnes.

75) *Belli commotionem*] Quod tamen quum invito Wilhelmo fecerint, quam infeliciter res hinc ceciderit, infra narratur. Haec autem non de *Selandensibus* in genere, sed de *Scaldensibus* videtur intelligendum. Erat enim tunc *Walacria* i. e. Selandia ab *occidente* sub potestate Philippi, Tutoris Flandriae.

76) *Morabatur*] Redeit nempe Ludovicus *ex Kinemaria*, ut bene vidit STOKE III. vs. 295.

77)

no [n] 77) captus, et *Altorp* Comitissae missus in vinculis coniectus est. Fama interea ad aures exercitus delata est, defecisse a Lodewico Selandenses, venisse Kinemar, viam illis 78) interclusam, bellum exadverso instare. Quo non modicum *Lodewicus* conturbatus quid agendum sit cum suis collocutus, nihil sanius repperit, quam hostibus obviam [o] ire, viam ferro aperiendam, quam hostes munitione opposita [p] negaverunt. Hoc igitur decreto consilio, viri belli peritia exercitati, dispositis ordinibus *Leyden* venerunt, fossas 79) ruderibus aut segete praecisa 80) complentes, et quia res erat eis pro anima, hostes forti inpetu assiliunt. Quibus Kinemar et cetera societas e munitione prosilientes inconsulte occurrerunt, omnia sine cautela et sine disciplina belli agentes [q]. Vnde a viris bello exercitatis facile circumventi et oppressi sunt, in se materiam relinquentes, quod magis in bello disciplina quam inconsulta [r] temeritas valeat; plures, quibus ad naves redeundi facultas non fuit, praecipiti fuga ad pontem 81) se proripuerunt, et quia tantae multitudini angustus et infirmus erat [s], et a persequentibus graviter impingebantur, ab ipso ponte

n *Illias* B. „ Ita et MS. Harlem. *Heer Alem* est in MS. Iun. " D. C. M. quibus Scriv. C. M. addit: „Numquid Chronic. Rhythm. innuit? Ita omnino. Sed lege *Heer Alein*". Bene Scriv. Sed vitiose ille MS. Ex *Allino* enim nunquam fieri potest *Allein*; sed scriptum olim fuerit *Alliin*; Cf. HVYD. ad STOK. T. II. p. 26. o *Viam* C. M. *Saevius rep.* modo Sw. *Viam fore aperiend.* B. p *Mun. appos.* Sw. Ma. B. Mox *bellica*, et *foras ruderibus et segete* Sw. *de eius mun.* B. q *Et cum omnia s. c. et disciplina agerentur, a viris exercit.* Sw. —— *rent, unde a viris* B. r *Consulta* C. M. s *Erat pons* et *impugnab.* Sw. B. *impugeb.* C. M.

77) *Allino*] Avunculo *Isbrandi de Harlem*, non vero, ut alii, *Ludovici*. Vid. de illo HVYD. ad STOK. T. II. p. 26. vs. 307. et p. 41. vs. 498.

78) *Viam illis*] i. e. *Ludovico* cum suis. Vrgebant enim ab una parte Kinemarii, ab altera Seelandenses cum Wilhelmo. Cf. STOKE III. vs. 310. sqq. De *opposita munitione* l. 7. v. not. V. D. HVYDEC. ib. T. II. p. 27.

79) *Fossas*] Vtrum Leidensis urbis *fossae*, quae hodie *de Korte Vliet*, an, ut WAGEN. T. II. p. 319. *de buitengraft der Vesting*, inquirit V. D. ad STOK. II. 27. negatque hoc factum in *Leiden Vrbe*, sed circa *Leiden*. Equidem censeo, non ita munitam tunc urbem fuisse *Leiden*, ut tuto ibi degere potuerit *Ludovicus* cum omni exercitu. Quorsum alioqui cum copiis in villa *Vorschoten* consedisset? et cur post victoriam iterum *Vorschoten* rediit?

80) *Segete praecisa*] Res igitur vergente aestate anni 1204. gesta!

81) *Ad pontem*] Credo *pontem* in flumine

te confracto proruentes misero mortis genere, aquarum violentia perierunt. *Philippus* et alii multi per diversa [t] fugientes hostibus et morti se subtraxerunt, plures capti, vulnerati et occisi sunt. *Walterus* et *Albertus* cum quibusdam sibi cohaerentibus celeri fuga evaserunt. *Wilhelmus* vero de *Teylinc* et quidam Milites spe defensionis in unum conglobati aliquantulum hostibus reluctati sunt, dum tandem [u] viribus exhausti, deditione inpetrata, capti et invinculati sunt; *Kinemarenses* navibus et omnibus spoliis exuti, miseri et nudi ad sua redierunt. Hunc exitum habuit indisciplinata temeritas. *Lodewicus* vero cum captivis et spoliis in laetitia cordis et gloria victoriae *Vorscoten* rediit, et de cetero securum se credidit [v]. Hoc gravi infortunio ad aures *Wilhelmi* delato graviter ingemuit, sed omnia dissimulans coeptam [w] profectionem acceleravit, et multitudine [x] sui exercitus tam Selandensium quam Hollandensium superveniens [y] ad locum, qui dicitur *Tol* 82), copias sine alicuius prohibitione exposuit. Ad quod explorandum Dux de *Limburch* missus est [z], vir gnarus belli, qui admirans multitudinem exercitus, diversitatem

t *Diversa loca* Sw. B. Mox *adhaer.* Ma. *spes defens.* B. u *Demum tamen* Sw. v *Reddidit* Sw. rectius B. w *Temptam* C. M. Mox *protection.* Sw. B. x *In mult.* Ma. — *dinem* Sw. B. „*f. cum mult.* S. S. y „*l. super Geest veniens*" S. S. Mox *Eol* Sw. *Al. Tolne* S. S. *Alicuius* abest Sw. z *Iussus est* Sw. Mox *ammiratus* Ma.

ne Rheno, qui Leidam perfluit, Cf. tamen HVYD. AD STOK. II. p. 30. Forte et amniculum Zile intelligi oportet; quo etiam mox Ludovicus cum suis p. 206. confugit, ubi ne via intercluderentur, praecipiti cursu diffugientes, multi aquis suffocati perierunt. Cf. not. MIER. ad CLERIC. ANON. p. 98. Est autem *Zile* flumen prope Leydam e *Rheno* ad *lacum* ducens *Harlemensem.*

82) *Tol*] DOVZA hic adscripsit primo „*ter Tholen bedie*" sed mente mutata rescripsit „hinc clarissimae prosapiae *die van Tol*". Locum clarius explicat STOKE III. vs. 385.

Ende es over Mase getrect
Als de ghene die immer mect / i. e. mikt, bedoelt,
Te zoeken den Grave Lodewike.
Ghevaren quam hi vromelike
Tote RIJSWIJK ander gheest;
Daer dede hi logieren meest
Ter TOLLEN sijn heer groot /
So dat hem niemen verboot.

Idem CLERICVS ANONYM. p. 98. et WAGEN. *Hist. Patr.* T. II. p. 319. Credibile est, hinc ortum esse nomen *de tolbrug*, qui pons adhuc prope Rijswijc,

83)

tem armorum, acierum dispositionem, verbum pro pace fecit. Quod omnimodis [a] Wilhelmus refugit, *sui expulsionem*, *patriae depraedationem*, *suorum mortes*, proposuit [b], vincere aut mori se venisse. Itaque Dux sine effectu pacis regressus, visa retulit, timorem pro audacia, fugam pro defensione incussit, et cum suis sequacibus recessit, Comite *Lodewico* in periculis relicto. Cuius discessu Lodewicus cognito [c], relictis tentoriis et preciosa rerum supellectili multa et diversa, a facie Wilhelmi, qui iam supervenire dicebatur, festinus abiit, ne via intercluderetur, Milites et pedites, ut expeditiores ad fugam essent, loricas et galeas et [d] armorum diversa genera, in manus persequentium reliquerunt. Quorum plurimi praecipiti cursu et coeco impetu in lacum vicinum *Reno*, quem incolae dicunt *Sile*, proruentes, spiritum aquis suffocati supposuerunt. Alii versus *Traiectum* festinantes, passim caedebantur. Et sic [e] infirmata prae timore virtus eorum, ut etiam

a Quam omnimode Sw. *Sed omnimode* B. *b* Abest *proposuit* Ma. *vindicare* pro *vincere* Sw. B. Modo D. f. *visa atque audita.* *c In periculo — — cognitis* C. M. *cognitus* B. Abest *relict. tentoriis* Ma. *d Et galeas armorum* C. M. B. *e Et sic nunc* Sw. B. *Vitae eorum* B.

83) *In civitate*] Nempe *Traiecti*, ubi *Ludovici* fautor Episcopus. Cf. STOKE III. vs. 451. sqq.

84) *Captivis Militibus*] Nempe quos ex parte Wilhelmi ceperat Ludovicus. Intellige non simpliciter *Milites*, sed viros Nobiles ex Equestri ordine, Primarios terrae Vasallos. De quibus sermo p. 209.

85) *Militum*] Nempe *Militum eius* (Ludovici) *numerum apprehendit* (Wilhelmus). MATTH.

Apprehendit i. e. captivos fecit, ut mox p. 207.

86) *Sunt reversi*] Post haec verba STOKIVS, Nostri perpetuus interpres, hoc addit Epiphonema, III. vs. 467.

Dus wan Grave Willam 'tlant!

Et recte hoc! Post hanc enim cladem Vorschotanam, et expulsum *Ludovicum*, is nunquam pedem amplius in Hollandiam promovit. Et ab hac inde clade omnes scriptores *Wilhelmum* pro *Hollandiae Domino* censent. Sic HEDA p. 186. *Ludovicus praelio vincitur, et perpetuo ab Hollandia profugatur. Wilhelmus vero succedens in paternam hereditatem XII. Comes constituitur.* BEKA p. 65. *Itaque Ludovicus Comes de Loon nunquam reversurus ab Hollandia propulsus est, et Wilhelmus in paternam haereditatem laudabiliter exaltatus est.* AVCTOR coaevus de Bell. Camp. p. 216. *Wilhelmus Comes — Ludovicum apud Vorscoten, viriliter aggressus est, quem demum nunquam reversurum ab Hollandia depulit, et ab Imperatore Comes XII. deputatus est.* Add. CLERIC. ANON. p. 99. Hunc in modum de his loquuntur Scriptores antiqui, etiam extranei. GODEFR. MONACH. Annal. a. 1204. *Theodericus Episcopus Traiectensis cum exercitu et pluribus nobilibus Hollandiam intravit,*

etiam a mulieribus fugarentur. Alii, qui evaserant, nudi et confusi [f] in civitate 83) recepti, miserabile spectaculum se videntibus praebuerunt, veram paginam ostendentes in se ipsos legendi [g], ne glorietur fortis in fortitudine sua. *Wilhelmus* vero festino remigum [h] inpulsu Lodewicum subsecutus est, sed minime successit ei [i], illo velociter cum captivis Militibus 84) elapso, quos Episcopo pro debito pecuniae traditos idem Episcopus vinculis et diligenti custodiae mancipavit. Militum 85) tamen [k] eius satis copiosum numerum apprehendit. Omnis praeterea copiosus ille apparatus navium, et infinita praeparatio cibariorum retenta est, Selandenses multa et nobili praeda tam Militum captivorum quam diversis armorum instrumentis [l] ad propria sunt reversi 86). Evoluto autem non longo tempore Wilhelmus Comes *Aspren* [m] munitionem 87) *Folberti* et *Florentii* adversariorum suorum exercitu tam Selandensium quam Hollandensium expugnatam

f Abest in C. M. g *In scripturis legenti* Sw. B. h *Remigium* C. M. i Abest ei Ma. Mox Sw. B. *captis.* k *Militum, cum eius* Sw. B. Mox *num. navium et infin.* omissis sex intermediis. l [Potiri] S. S. Mox Sw. *n. multo t. post.* *Post* etiam B. m *Aspere* Appellative Sw. *Folperti* Ma. *Diversorum* modo B.

vit, et provinciam Comitis de Los rursus subiugavit. Sed Episcopo recedente, cum idem Comes cum suis in quodam oppido nomine Leidis degeret, praefatus Wilhelmus de maritimis partibus contracta multitudine tam pedestris quam navalis exercitus plurimos eorum captivavit; caeteris in palude mersis, et vix paucis evadentibus cum ipso Comite. Ab hoc etiam tempore eum agnovit *Comitem Hollandiae* Episcopus Traiectensis, arg. Chartae Pacis a. 1204. Traiecti initae. Exhibebo etiam in *Cod. Probb.* Wilhelmi ineditam Chartam, admodum singularem, a. 1205. qua Abbatiae Rinsburgens. duas confirmat hobas in *Poel*, cui tria adsunt Sigilla, nempe 1. *Wilhelmi Comitis Hollandiae et Frisiae*, i. e. Oostfresiae; 2. *Adae* Marchionissae Brandenburg. eius sororis; 3. *Florentii* Praepositi Traiectensis eius fratris; quacum consonat Charta in MIER. I. p. 146. Et quamvis urgente procul dubio necessitate *Wilhelmus* postea a. 1206. cum Ludovico *de Los* de dividunda Hollandia et Zeelandia transegit, effectu tamen haec transactio caruit; quod satis evicit exitus.

87) *Aspren munitionem*] De hac re breviter HEDA p. 186. *Wilhelmus brevi post* FAVTORIBVS *Episcopi bellum intulit Asprenam munitionem eorum destruendo.* Fuit igitur *Aspren* tunc necdum Vrbs, sed *Dominium* quoddam; quod nunc in potestatem *Wilhelmi* redactum fuit cum annexo omni iure suo. Cf. de hac *Aspera* munitione, nunc oppidulo, iuris olim Arkelani, ALTING. *Not. Germ. inf.* P. II. p. 14.

88)

gnatam deiecit [n]; Traiectenſes 88) vero cum Militibus Hollandenſibus [o], non longo intervallo, *Durdrecht* navigio applicantes totam incendio combusſerunt [p], vino, frumento, ordeo infinito distracto [q], rebus diverſae ſupellectilis tam incendio abſumptis, quam rapina ſine numero direptis. Proceſſu vero temporis verbum pacis et reconciliationis factum est inter Epiſcopum 89) et Comitem, et ad effectum usque deductum, ſub hac conditione, ut Comes, quae *Henrico Grus* [r] extorſerat, eidem reſtitueret, et Miniſteriales 90) ad Comitatum [s] pertinentes et in Epiſcopatu com-

[n] *Expugnare decrevit* Sw. [o] Abſunt Ma. *o. mil. Holl.* [p] *Conſumſerunt* Ma. *totum inc.* Sw. [q] *Diſſecto* Sw. B. *diſtructo* S. S. Wilh. Proc. In Ma. tamen *diſtracto*. Mox Sw. B. *conſumtis.* [r] *Quid H. Grus* Sw. B. [s] *Et Comitatus* C. M. *et —— um* B.

88) *Traiectenſes*] Horum Dux erat *Gerardus Comes de Are*, frater Theoderici Epiſcopi. Sic BEKA, HEDA et ANON. *de Reb. Trai.* p. 13. Per *Hollandenſes* autem intellige eos Milites, qui Ludovico faventes, proſcriptis a Wilhelmo bonis exulabant. Sic etiam DOVZA.

89) *Inter Epiſcopum*] Epiſcopus quum videret, res Ludovici retro labi, fide etiam retro lapſus est, et partibus Wilhelmi, potioris Principis, ſe applicuit. Satis autem conſtat, Nostrum Scriptorem has reconciliationis conditiones tantum ex rumore ſive auditu referre, ipſam vero Chartam oculis non uſurpaſſe, quae hodiedum exſtat, edita ab W. HEDA p. 188. aliisque, et hinc repetita in MIERIS *Cod. Diplom. Com. Holl.* T. I. p. 141. Belgice vero ſummatim exhibita a WAGEN. *Hist. Patr.* T. II. p. 321. Haec ſola obſervatio ſufficeret ad refellendas criminationes, quas in hanc bonae notae Chartam congesſit V. D. ad STOKE T. II. p. 39, 40. ad vs. 479. Ipſa Charta etiam indicat, Epiſcopum, qui nil niſi lucrum et commodum, ex discordia Hollandiae, ſpirabat, ſtatim ab expulſo Ludovico Loſſenſi e re ſua putaviſſe, abiecta parte Ludovici, ſeſe quantocius adiungere Wilhelmo; *Wilhelmum* vero nihil ardentius optaſſe, quam ut in tot turbis et incerto belli eventu Epiſcopum ſibi haberet faventem. Hinc ſtatim maturata est *Compoſitio* illa inter *Epiſcopum Traiectenſem* et *Wilhelmum Comitem Hollandiae*, a. 1204. quae in omnibus eiusdem fere tenoris et argumenti est atque illa, quam aliquot ante menſes Epiſcopus ab *Ludovico* exegerat, ut recte animadvertit V. D. WAGEN. l. l. ex HED. p. 187. Quam Compoſitionem et foederis conſociationem quo facilius aſſequeretur *Wilhelmus* Comes, videtur dediſſe *mille illas* marcas ſeu *talenta*, de quibus Noster loquitur; idque confirmat ANON. *de Reb. Trai.* p. 13. *Ex his omnibus adeo convaluit et crevit, ut totus ſuus Epiſcopatus, qui antea eum pauperem et inutilem deſpexit, in tantum honoraret, et timeret, ut quidlibet a quolibet pro ſuo libitu et voluntate extorqueret, et* WILHELMVS *Comes Hollandiae, poſſeſſor Comitatûs Hollandiae exiſtens*, MILLE MARCAS *pro* SVA GRATIA *ſibi habenda donaret.* Idem dicunt BEKA et HEDA l. l. Quapropter non opus erat, ut haec

commorantes in ius Episcopi cederent [r], et qui Episcopi [s] et in Comitatu degentes, in potestatem Comitis reserventur [t], datis praeterea ab eodem Comite [v] M. talentis, nec tamen [w] captivos 91) suos optinuit, qui postea infinita pecunia se ipsos redemerunt: *Isbrandus* etiam de Harlem et avunculus eius *Allinus* 92) [x], *Arnoldus* de *Riiswic*, et frater eius *Henricus* de incommodo multorum [y] absoluti, et bonis suis restituti 93) [z] in gratiam et reconciliationem Comitis admissi sunt. Ceterorum autem possessiones et reditus, qui se ad Comitem *de Lone* [a] contulerant, Comes in ius suum 94) reductos partim

 fratri

r Desunt quatuor priora Sw. B. s *Referrentes* C. M. *reservarentur* Ma. Tamen S. S. ex MS. in fol habet *reserventur*. Sw. B. *referentes*. v Addit Sw. hic supra omissa: *obsidibus praeterea copiosus ille apparatus navium*. B. *apprehendit autem praeterea cop. ille app. nav. et*. w *Nec non* C. M. Mox Sw. B. *qui praeterea*. x *Albinus* Sw. B. *Rijswyck* Sw. Abs. *de Rysw*. Ma. y *Vinculorum* Ma. f. rectius. *Multorum* B. Sw. et C. M. z *Destituti* Sw. B. a *De Lo* C. M.

haec pecuniae solutio ante gratiam initam facta in Pacto federis exprimeretur, ut male argumentatur V. D. ad STOKE, cuius etiam criminationes in WAGENARIUM congestas T. I. p. 561. ad L. II. vs. 1359. pro non dictis ipse haberet, si haec legisset. MIERIS autem has duas Chartas, *Ludovici* et *Wilhelmi*, praepostero ordine collocavit, p. 140, et 142. Quod Noster autem hoc *processu temporis* factum dicit, id intelligi debet de *mensibus* labentibus, minime vero de *annis*.

90) *Ministeriales* —] Haec totidem verbis etiam dicuntur in Charta supradicta, quam pro more spuriam habet nullis fultus argumentis V. D. ad STOKE II. p. 40. quem propterea velle refellere, vana foret opera. Douza hic *Ministeriales* recte cum R. SNOIO explicat per *Clientes fiduciarios*, *officiales*, i. e. Vasallos maiores.

91) *Captivos*] Recte, et ita etiam STOKE III. vs. 493. *Doe bleven den Bisscop te pande, sine ghevanghene in sine bande*. Nihil enim de his cautum erat *Wilhelmo* in pacto cum Episcopo, quandoquidem satis sibi duxerat *Wilhelmus*, si Episcopum in partes trahere posset. Procul dubio pacto cum Episcopo inito relaxatus erit *Florentius Praepositus*, *Wilhelmi* frater, ut hic addit STOKE III. vs. 495. quod colligere etiam potuit ex p. 210. l. 1. nec propterea necesse est, ut cum V. D. ad hunc versum hiatum in Nostro statuamus. Constat satis etiam *Florentii* relaxatio ex Charta a. 1205. in *Cod. Probb.* quippe quam cum *Wilhelmo* fratre signavit.

92) *Allinus*] Vid. not. ad p. 204.

93) *Restituti*] Hinc vides, hos tamquam *infideles* et *rebelles* bonis suis publicatis fuisse multatos, iisque feuda sua adempta. Omiserat hoc antea Noster; adiecit BEKA p. 63. *Wilhelmus Comes omnem rem gestam festinanter intelligens, devenit ad Hollandiam — — totum exinde Comitatum ditioni suae subegit, et de PRAEDIIS suorum infidelium, prout voluit, ordinavit*.

94) *In ius suum*] Hoc est, in fiscum redigendo

fratri suo *Florentio*, partim his, qui sibi fideliter adhaeserant, distribuit. Praeterea idem *Florentius* Praepositus autumnali tempore *Selandiam* ingressus, collectis fidelibus Comitis [1] munitionem *Hugonis*, *Scarpenes* 95), expugnatam incendio consumpsit, tanto facilius quanto commodius obsideri potuit, hyemis asperrimo [2] rigore aditum undique praestante.

Anno sequente, qui annus erat Domini MCCV. Comes Flandriae *Philippus* 96), collecta exercitus sui multitudine, et infini-

[illegible] to

[illegible]

[1] *Comitibus* Sw. B. Modo *idem* Ma. deest. [2] *Obsidere* — *asperrimas* Sw. B. Mox Ma. *praebente*.

ductas sive publicatos. Vocat has publicatas *possessiones et reditus* STOKE III. vs. 505. *rente, goet ende thens*. Nihil autem hic aliud intelligi posse videtur, quam *bona feudalia*, quae hi Nobiles a Comitibus tenebant, et quae publicabantur, aliisque dabantur, atprimum Vasalli fide exciderant; ut hic contigit. Et hoc semper durante nexu feudali fatum erat alterutrius partis, quae potiori cedere debebat, quando ob *feloniam* sive in legitimum suum Dominum, an dicam victorem, commissam infidelitatem bonis suis carebant, et feuda sua, i. e. *Dynastias*, *Toparchias*, aliave Ministeria vel officia, vel bona amittebant. Vnde postea tot lacrymae! tot odia! tot partium studia! Hoekios cogita et Kabeliavios. Observa autem hic dici *in ius suum reductos*, non vero, ut MATTH. edidit, *redactos*. *Reducere* verbum sollemne est de iis rebus, quae redeunt ad Dominum; *redigere* non item. Quum autem *possessiones* et *reditus* eorum, qui se *ad Lossensem* contra Wilhelmum *contulerant*, a Wilhelmo *in ius suum* sive ad fiscum Principis *reducta* dicuntur; tacite haec formula indicat, ea olim a Principe profecta. Fuerunt enim omnia ea Feuda, quae hi Nobiles tenebant, feuda Principis seu Comitis, quae, siqua *felonia* committeretur, a Vasallo ad rectum Dominum redibant. Vnde videtis, quam toto coelo aberrent Doctus alioqui Vir P. BORT, Tractat. *de Feudis Holl.* eiusque sequaces, qui, *de Feudis et Domaniis Hollandiae* actitantes, erroneo hoc innituntur fundamento, *Feuda* esse bona *ab Ordinibus* profecticia, quae in *Comites* Hi contulerant. Quod aeque est absonum, ac si quis statuat, Comites sua bona non ab Imperio, sed ab *Ordinibus* eo accepisse tempore, quo nondum *Ordines* cogniti erant. Coaluerunt enim postea demum penes nos Ordines ex *Nobilibus* Principis *Vasallis*, et *Vrbibus* a Comitibus exstructis, largaque pedetentim *Libertatis* et *immunitatum* copia donatis; ipsamque nomen *Ordinum* nonnisi seculo demum XV. apud nos audiri coepit; ut recte iam observavit Doct. WAGENAR. *Vad. Hist.* T. III, p. 486. ad a. 1428. Eiusmodi nugae ut tandem a genuina nostra Historia procul amoveantur, admodum optabile foret. Meliora de pristino Rerumpublicarum Germanicarum statu et Comitatuum regimine dabit, et quomodo Ordinum, cum Nobilium tum urbium, potestas tacito pede invaluerit, docet ROBERTSON *Histor. sive Vita Imp. Caroli V.* in *Introductione* passim: quem doctum Anglum variae

to apparatu navium, terram maritimam *Scalden* 97) [d] expugnare statuit, et dominio [e] Comitis *de Lone* subiugare, *Wilhelmum* expugnatum omni honore et Comitatu exuere, qui tamen eorundem [f] Scaldensium hortatu et confidentia animatus resistere decrevit, competentius arbitratus, in bello mori quam paternis sedibus exulem et profugum se haberi. Et cum esset [g] iam in progressu, ut manus consererent, nunciis intercurrentibus instans negotium ad bonum reconciliationis 98) processit, Comitis-

 sa

[d] *Scheldim* Sw. [e] *Domino* C. M. *dominium* — *Loven* Sw. B. Deest *expugnatum* Sw. B. *expugnatorum* B. [f] *Qui cum eor.* Sw. B. [g] *Esset* Sw. B.

nae iam Linguae Europaeae; Nostra etiam, sibi vindicarunt.

95) *Munitionem Hugonis, Scarpenne*] Non intelligendus *Hugo de Scarpenes*, sed ordo est; *Scarpenesse, munitionem Hugonis*, nempe Domini *de Voorn*; qui a partibus Ludovici steterat. Hunc autem cum suis nepotibus in exilium fuisse actum ac tota regione exterminatum a *Wilhelmo*, refert STOKE III. vs. 509. sq. qui addit *Munitionem eius in Poortvliet* fuisse dirutam: quod intelligendum videtur de Munitione seu Castro *Scarpenesse* iuxta Poortvliet, vel in territorio Poortvlietano, nisi hoc *Castrum* propius situm fuisse *in ipso Poortvliet* censeas. Cf. HUYDEC. ad STOKE III. vs. 512. Add. WAGEN. II. p. 323. Diversos enim fuisse *Hugonem de Voorn* et *Hugonem* Dominum de *Scarpenesse*, ne credas. Quid postea factum hoc *Hugone*, alibi ostendetur.

96) *Comes Flandriae Philippus*] Intellige *Tutorem* Flandriae, non ipsum *Comitem*, uti recte h. l. STOKE III. vs. 518. etsi vs. 541. etiam *Comitem* appellet.

97) *Stalden*] DOUZA ad *marg.* C. *Meerm.* *'t Lant van Schouwen* adscripsit; et recte! STOKIUS tamen hic legisse videtur *'t Lant van Zeelant* (*Seelandiam*) III. vs. 520. Male! Hic autem locus iterum argumento est, Zeelandiam Occiduam (*Bewesterschelde*), tunc in potestate fuisse Comitis *Flandriae* Vid. pag. 202. not. 72). pro qua *Ludovicus de Los* Homagium iam fecerat Flandris. V. supra. Nunc vero Flandri pro *Ludovico* etiam *Orientalem Zeelandiam* invadunt; ast conatu irrito. Forte ad hanc Zeelandiae invasionem referri debet, quod obiter habet MANTEL. in *Histor. Losf.* p. 140. *Illud de Villano* [Ludovici Losf. fratre] *apud alios legi, quod fortiter pugnans contra* VALACROS *occubuerit Calendis Februarii* 1206. *iuxta Rusium* [f. Gusium] *Oppidum*. Pugna igitur inita esse debet ineunte hoc anno 1206.

98) *Reconciliationis*] Intellige Reconciliationem, quam Wilhelmus Comes cum Flandriae Tutore, interventu *Machtildis* viduae fecit, datis *Philippo* Flandro 10500. Marcis argenti; quae profecto ingens fuit summa; sed pro qua obtinuit *Wilhelmus*, ut *Philippus* partes *Ludovici* desereret, et auxilium Ludovico penitus in posterum negaret. Vid. p. 213. l. 3. Vnde consiliis et gradu suo depulsus Ludovicus, ad propria rediit l. 4. postquam anno

sa Flandriae *Philippi* Comitis 99) relicta [h], cui nomen *Reginae* indultum est [b], et *Praeposito Brugensi* 100) summo studio hoc elaborantibus. Pacis vero conditio 1) decem milium quingentarum marcarum fuit [i]. Tanti Comitis potentia *Lodewicus*, et *Alei-*

[b] Sic omnes. Malim cum S. S. et D. *inditum*. Marg. ma. „Nomen vetus, *Griete van Vlaenderlant*". D. ad C. M. „de Regina ista Chron. Iun. MS. consule". S. ad C. M. hoc explicat per Rhythmographi Chronicon, nempe Stokii. [i] Deest vox Sw. Mox *tanta Com.*

antea p. 212. l. 4. *tanti Comitis potentia confisus novo contracto exercitu quasi iamiam Hollandiam recuperaturus Traiectum usque* pervenerat. Huc spectavit etiam AEG. DE ROYA, *Ann. Belg.* p. 37. etsi rem anno non suo collocat: *Tandem facta pace pro* 10000. *marcarum argenti, Ludovicus de Loen Comitatum Hollandiae Wilhelmo relinquens, ad propria cum sua uxore discessit.* Haec autem Pax ingenti illa pecunia redemta, qua Wilhelmus Philippum Tutorem Flandriae a partibus Ludovici avertit, viam stravit ad insecutum proximo anno 1206. Arbitrium inter *Wilhelmum* et Ludovicum, *Philippo arbitro* Brugis in Domo Praepositi initum, per quod amica conventione *Ludovico* cessit *tota Hollandia* cum Zeelandia Orientali, *Wilhelmo* Zeelandia Occidentalis; sed haec transactio artibus *Wilhelmi* pro *Ludovico* nullum sortita est effectum. Vid. EXCVRS. XI. Haec duo Pacta inter se confudit WAGEN. *Hist. Patr.* T. II. p. 324. confuderunt et alii. Vid. infra not. 1).

99) *Philippi Comitis*] Intellige non *Philippum* Comitem sive Tutorem Flandriae, qui *Scaldiam* invaserat, sed *Philippum Elsatiensem*, Flandriae olim Comitem, de cuius obitu in terra Sancta Noster supra ad a. 1191. relicta hac vidua Mathildi, cui quum h. l. *Reginae nomen indultum* esse dicatur, non id ita accipias quasi revera *Regina* fuerit. Fuit filia Regis Portugaliae Alfonsi I. unde et *Regina Comitissa* appellatur, et se ipsa in Chartis *Mathildin Reginam* vocat. Cf. HVYDEC. ad STOK. L. III. VS. 531. Adscripsit hic D. ad C. M. „vidua relicta". Et „*de Regina ista Chronic. Iun. MS. consule* fol. 25". Quibus subiungit SCRIV. *Junius heeft alderеerst de Rymchronyck aen de Heer van Noortwyck vertoent, en die sehat geopent*". Sermo est de AEM. STOKIO eiusque Chronico MS. Sub hoc *Reginae* nomine a. 1190. etiam Chartae coniugis Philippi subscripsit, teste OL. VRED. *de Sig. Com. Flandr.* p. 22.

100) *Praeposito Brugensi*] Obiit d. IX. *Kal. Febr.* a. 1205. *Gerardus de Alsatia*, filius Theoderici Alsatii e Sibylla Fulconis Comitis Andegav. filia; successitque Praepositus Brugens. simul et Flandriae Cancellarius *Wilhelmus*. Vid. *Compend. Chronol. Episcop. Brug.* 8°. p. 69. a. 1731. Brug. Add. SAMMARTH. *Gallia Christian.* T. V. p. 243. Si igitur hoc pactum initum est ante IX. *Kal. Febr.* a. 1205. tunc fuit *Gerardus*; sin serius, ut magis vero simile, tunc Praepositus Brugensis fuit *Wilhelmus*, eique igitur debetur non modo haec Pacis associatio, sed etiam ea, quae proxime secuta est Mense Octobri a. 1206. quippe quae facta est in *Domo Praepositi Brugensis*, et cuius Pacti ipsum Originale Diploma ibidem integrum adhuc servatur, unde depromsi in *Cod. Probb.* h. a.

1) *Pacis conditio*] Agit de hoc Pacto V. D. ad STOKE T. II. p. 151. *Het verdrag,*

Aleidis Comitissa confisi contracto exercitu quasi iam Hollandiam [k] certo habituri Traiectum pervenerunt; sed literis et nuncio de pace et reconciliatione accepta, et auxilio 2) penitus negato, spe sua frustrati et illusi [l] ad propria redierunt. 3).

 Ecce

k *Exerc. iam cunctam Holl.* Sw. B. Mox *habitaturi* C. M. *certo* deest B. l *Delusi*, Sw. B. et modo *accepto, auxil.*

drag, datmen ons, sedert, als dat zelfde, heeft willen opdringen, zoude getroffen zijn tusschen Lodewijk en Willem, volgends uitspraake van den Voogd van Vlaandren, in October 1206. quibus verbis haud obscure carpit WAGEN. *Vad. Hist.* T. II. p. 324. Concedo; Wagenarius hoc fecit, et Chartas duas sive pactiones duas confudit. Verum non opus fuit, ut Vir Doctus propterea id fedus, quod hic memoratur, et quod sane diversum est ab altero illo, Mense Octobri seq. anni inito, tot spiculis confoderet. Differentia enim est manifesta. 1o. *Nostrum Chronicon* loquitur de pactione inter *Comitem* sive Tutorem Flandriae *Philippum* et *Wilhelmum* Holl. Comitem, *Ludovico Lossensi inscio* et ingratiis, inita: quae Compositio in caussa erat, cur Ludovicus *literis et nuncio de pace et hac reconsiliatione accepto spe sua frustratus ad propria redierit.* Contra illa (de qua HVYD. et WAG.) fuit postea secuta reconciliatio inter *Ludovicum de Loon*, et *Wilhelmum Comitem*, ambabus partibus in arbitrium Philippi Flandriae concedentibus. 2o. Pactum hoc Nostri confectum est mediantibus *Comitissa* Flandriae, Philippi vidua, *Machtildi*, et *Praeposito Brugensi*. Contra alterum pactum initum est mediante ipso *Philippo* Flandriae tutore, qui ex priore illo pacto cum *Wilhelmo* in gratiam redierat. Neque haec ignorare V. D. HVYD. potuit. 3. Hoc Pactum initum est a. 1205. illud vero d. 14. Octob. a. 1206. 4. Hoc Pactum agit de non invadenda insula *Scheldiae* (*Schouwen*), illud vero de dividendis bonis Hollandiae inter *Ludovicum* et *Wilhelmum*. 5. Hoc Pactum conditionem habuit de 10500. Marcis *Philippo* solvendis, si retrocederet; illud vero ne γρῦ quidem de solvendo. 6. Hoc Pactum fuit *Pacis*, alterum *Arbitrii* et de dividundo. 7. Hoc denique Pactum exhibet Noster; illud vero, vel ignoravit, vel *alterius consecutioni commisit*, ut infra loquitur. Quomodo talia confundere potuit Vir doctus! Argumenta igitur, quae contra probitatem posterioris Chartae, qua *Ludovicus* et *Wilh.* invicem reconciliantur, inde derivat, nullius sunt usus. Quandoquidem tamen ad STOKE T. II. p. 151. sqq. illud Pactum sive Arbitrium a. 1206. d. 14. Octobr. initum tantopere exsibilat: operae pretium foret, ut eius argumentis, nimium blandientibus, omnem fucum abstraherem, et quid fidei huiusmodi scriptis haberi possit, ostenderem. Sed haec agam in Not. ad *Cod. Probb.* a. 1206. d. 14. Octobr., ubi ipsam Pacti chartam ex Ecclesia *S. Donatiani*, quae Cathedralis Brugis est, ex *Originali* depromtam exhibebo, adiectis et in aes incisis tribus Sigillis, quorum unum *Philippi Comitis Flandriae*, Pacis arbitri; secundum *Ludovici de Los et de Hollandia*; tertium *Wilhelmi Comitis Frisiae*. Hoc tamen pacto Wilhelmus non stetit; ut docet Historia.

2) *Auxilio*] Vtrumque intelligi potest et coniungi, auxilium nempe *Philippi* Flan-

Ecce longam gestorum seriem 4) qualicunque stilo exaravimus.

Hendrici, de cuius reconciliatione cum *Wilhelmo* nuncius ad Traiectum sibi advenerat, et *Episcopi* Traiectini, qui cum *Wilhelmo* post discessum Ludovici fedus inierat: idque suadet vox *penitus*.

3) *Redierunt.*] Haec confer cum STOKE L. III. vs. 558. sqq.

Dus mosten si heren onblide /
Sonder troost danen si quamen /
Als de nummermeer ne namen
Tenwaert vromen in Hollant /

i. e. sic frustratis, sine solatio redeundum illis fuit, unde venerant, quippe qui postea ne γρῦ quidem in Hollandia acceperint. Quibus verbis, quae STOKE ex Nostro descripsit, plus concludit *V. D.* ad h. l. T. II. p. 152. quam par est. Si enim huic credas, *Ludovicus* non modo non amplius in Hollandiam rediit (quod verum est), sed etiam nullum amplius conamen iniit, immo ne postea quidem a. 1206. per captos arbitros ex pacto quodam conari potuit, ut bona Hollandica saltem ex parte cum coniuge Ada recuperaret. Et huiusmodi profecto ficulneis argumentis sustentatus pro ficticio censet habendum Pactum illud Pacis inter *Wilhelmum* et *Ludovicum* mense Octobr. 1206. initum, unde luce meridiana clarius appareat, quae *Ludovici* Losscensis conamina fuerint in recuperanda Adae Coniugis possessione, *Hollandia*, relictis *Wilhelmo* patruo *Zeelandia* et *Frisia Orientali*.

4) *Ecce longam gestorum* —] In his etiam finiit priorem sui Chronici partem M. STOKE L. III. vs. 576. perpetuus ille et satis accuratus Nostri Chronici descriptor, qui hoc ingenue monere non neglexit, his verbis:

Dit was alsic vinden conde
Vanden Grave tot Egmonde /
Ende niet meer ne vandic daer.
Deze Willem starf in ons Heren jaer
XII. hondert XX. ende drie.
Enen sone so liet hie enz.

i. e. *Haec sunt quae reperire de Comitibus potui in Egmunda, et nihil amplius illic inveni. Obiit autem Wilhelmus a.* 1223. Hos tamen 5. priores versus V. D. ad STOK. T. II. p. 46. malo exemplo extrudit, etsi omnia indicant, esse haec ipsius STOKII verba, cui omnino iniurius fores, si crederes, ipsum reticuisse, unde hausisset. Nihil autem post haec verba STOKIVS de rebus postea inter *Ludovicum* et *Wilhelmum* gestis habet, nisi simpliciter: *Obiit Ada, Obiit Wilhelmus*, quamquam Wilhelmus usque ad a. 1223. superstes fuit, *Ada* etiam diu adhuc vixit, *Ludovicus* multa deinde conamina fecit tum apud *Papas*, tum apud vicinos *Principes*, per *facta*, per *pacta*, per *arma*, quo *Adae* bona recuperaret, sed omnia frustra! In his igitur STOKIVS, deficiente nunc Nostro, magis mutus factus est quam piscis, et in reliquis insequentium Comitum rebus enarrandis admodum ieiunus, ut cuique inspicienti in oculum incurrit, donec ad sui proxime temporis res gestas deveniat. Idem dixeris de *Wilhelmo Procuratore*. Ac dolendum est, nullum inter vetustos exstare Scriptores Indigenas, qui reliquas *Wilhelmi Comitis et Ludovici res* gestas ab a. 1206. ad 1223. accurate perscripserit. Nos igitur quodammodo hunc defectum supplebimus tum ex scriptoribus exoticis, tum praecipue ex actis Authenticis publicis, in EXCVRS. XI. qui *Vindicias Histor. Ludovici Losf. et Adae* complectitur.

5)

mus *. Alia praeter haec 5) si forte supervenerunt, quae ad praesens negotium spectant **, alterius executioni committimus 6).

C A-

* *Exaramus* Sw. B. ** — *venerint* Ma. Sw. B.

5) *Alia praeter haec*] Quam multa praeter haec acciderint, huc referre, non propositum est. Videri ea possunt apud WAGEN. *Vad. Histor.* Tom. II. pag. 324. sqq. c. not. p. 327. iunctim *Actis publicis*, quae exstant in MIERIS *Cod. Dipl. Holland.* T. I. p. 149. sqq. et MATTH. *Anal.* T. III. p. 126. sqq. Negat omnia, et male ex his verbis Scriptor in *not.* ad STOK. II. p. 151. concludit, rem omnem gestam cum Nostri narratis ad finem fuisse perductam, et post pactum p. 212. memoratum nihil amplius accidisse; quum contra Noster diserte dicat; *Alia praeter haec si* —, *alterius executioni committimus.* Ratio autem, cur hic substiterit, cursumque abruperit, non proditur: videtur vel taedio scribendi vel senio motus calamum deposuisse; vel etiam alium nactus esse, qui telam pertexturum, promiserit, at promissis non steterit. Hoc certo constat, in medio cursu abrupisse narrationem; quod valde dolendum.

6) *Committimus*] Margo Ma. „ Finit Auctor hic, qui apud Sweertium, et cuius nomen putatur *Meerhout*. In margine inveni ita: *Praesens* iste Codex fuit Nicolai Episcopi Harlemensis, et deinde Hedae VII. viri". Loquitur Matth. de eo Codice, quo ipse usus est, in quo *Wilhelmi Procuratoris* Continuatio et multifariae Interpolationes aderant. Codice usus est *Sweertius* vitiose quidem, sed in quo non aderant hae Interpolationes. Si quid autem video, Codex ille MS., quo ex Bibliotheca Burgundica Bruxellis usus sum, idem est, quem in procuranda sua editione adhibuit *Sweertius*. Cf. Praefationem.

1)

CATALOGVS

COMITVM ET COMITISSARVM,

NEC NON ABBATVM EGMONDANORVM,

PROVT IN LIMINE MS. COD. MEERMANN. HABENTVR. 7).

Theodericus primus Comes,		Gena [l. Geva] Comitissa	I.
Theodericus Com. secund.		Hildegardis Com.	II.
Arnulphus Com.	III.	Lutgarda Com.	III.
Theoder. Comes	IV.	Othelhildis Com.	IV.
Theoder. Comes	V.		
Florentius Comes.	VI.	Gertrudis Com.	VI.
Theoderic. Comes	VII.	Othelhildis	VII.
Florentius a Crass. Com.	VIII.	Petronilla	VIII.
Theoder. Com.	IX.	Sophia	IX.
Florentius Com.	X.	Ada Com.	X.
Theodericus Com.	XI.	Aleydis 8).	XI.
Wilhelmus Com.	XII.		

Flo-

a Sic Scriv. emendat. Exstabat *Theoder. Crass.*

7) *Habentur*] In hoc MS. Comes ultimus occurrit *Wilhelmus* II. qui obiit a. 1256. Abbas autem ultimus *Nicolaus*, qui Egmundae praefuit a. 1263. — 1269. Vnde satis probabilis ex ipso contextu fit coniectura de aetate huius MS. Codicis, cuius scriptor ante obitum *Nicolai*, adeoque ante a. 1269. hunc exaraverit. Vt de ipsa scriptura taceam.

8) *Aleydis*] Repeti hic debuerat nomen *Aleydis*. Hoc enim nomine uxores habuerunt cum *Theodericus* Com. XI. tum frater eius *Wilhelmus*. Com. XII. Quod autem notes velim! Omissa in hac Comitum serie est mentio *Adae* et mariti *Ludovici* Lossens., ac *Wilhelmus duodecimus* Comes computatur. Qua de re vide not. 29). p. 186. a.

Florentius Com.	XIII.	Machtildis	XII.
Wilhelmus Romanorum Rex, Com.	XIV.	Elisabeth Comit.	XIII.

NOMINA ABBATVM EKMVNDENSIVM 9).

Wonoboldus, primus Abbas.		Andreas	II.		
Bruno	III.	Reynerus	IV.	Stephanus	V.
Alardus	VI.	Oseelmus *	VII.	Walterus	VIII.
Wiboldus	IX.	Lambertus	X.	Franco	XI.
Libbertus †	XII.	Henricus	XIII.	Arnoldus	XIV.
Theodericus	XV.	Ysebrandus 10)	XVI.	Lubbertus	XVII.
Nicolaus	XVIII. 11).				

Ee

* *Aliter Anselinus.* † *Lubbertus.* Vti et mox dedi pro *Hilbertus.*

9) *Abbat. Egm.*] De his Abbatibus eorumque gestis scripsit JO. DE LEYDIS *Chronicon Egmundan.* seu *annales Regalium Abbatum Egmundensium*, cui accedunt, praeter THEODORICI A LEYDIS *Breviculos*, LEONIS *Monachi Egm. Breviculi maiores Historiam Comitum continentes*, edit. ab ANT. MATTH. Lugd. Bat. 4o. a. 1692. et brevem horum recensum dedit V. D. VAN RIJN *Kerkelijke Historie en Oudheden* T. IV. fol. p. 124. sqq.

10) *Ysebrandus*] Hunc *Isbrandum* JO. DE LEYD. *Chr. Egm.* C. XXXVI. p. 46. *in Catalogo Abbatum poni* negat; *vixisse* tamen *a.* 1239. idque *patere* vult *ex quodam privilegio Hospitalis Haecmundensis.* Agnoscit quoque hic Catalogus paullo post scriptus. Cf. MATTH. ad l. l. p. 203.

11) *Nicolaus*] Sequuntur in huius, quo usus sum, Codicis Calce Diplomata illa quatuor, quae primas Regum et Imperatorum Donationes, Comitibus Hollandiae factas, continent, nempe a. 863. 868. 889. et 985. quae ad suos quoque annos 889. 922. 969. et 985. exhibeo in *Cod. Probb.*

